terant satisfacere. cū oēs hoīes essent potē tie finite. culpa āt, p qua satisfacere debue rant erat infinita. vt dicit Tho. sup sniaꝝ. Ideoq3 humanū genus vidēs se in hmōi satisfactōe defecisse in terris. clamabat ad dñm dicens. Emitte dñe manū tuā de al to. i. filiū tuū vnigenitū. quo videlicȝ mor tem destruas. hoīem eripias. ꝛ p culpa ire satisfacias. H est ꝙ quod pfigurabāt patri archē. qd pcinebant pphete. qd optabant sancti. qd desiderabant iusti. qd inq̄rebāt pctōres dicentes illud Isa. lxiiij. Utinaȝ disrūperes celos ꝛ descēderes. In q̄ vbo magnus ondit hūane miserie cumul⁹. ad quē releuandū nō sufficiebat tot⁹ mundi ambit⁹. q2 non inueniebat condignus. vt d2 ad Rom. viij. Qd patet ex eo. q2 isti nō petūt remediū de terra sed de alto ꝛ de ce lo. Ūn prius dicebāt. Emitte manū tuaȝ de alto. Et postea. Utinā disrūperes ce los. Magnū desideriū. magnā necessita tem. magnūq3 defectū indicat. Licet aūt humanū genus nō merebat exaudiri ex iu sticia. tñ cōgruū fuit exaudiri ex miscōia. Unde deus pr̄ videns afflictiōeȝ ppl'i sui q̄ erat i egypto diabolice seruitutis. vt d2 Exodi. iij. ꝛ gemitū ei⁹ audiens. nō ē ob litus clamorē paupeꝝ. eo ꝙ de eo scriptū est. Quia nō imppetuū irascet. neq3 ineter nū cōminabit. miscōia mot⁹ filiū suū vni genitū mittere decreuit in mūdū. Cuius missionis aduentuȝ ne subito insperateq3 veniret. multis voluit pfigurare mysterijs ꝛ pdicere pconijs. Int̄ q̄s erāt quidā qui de longe pdicebant. vt patriarche in lege nature. in figuris obscuris. qui etiā volue rūt videre eum sed nō viderūt. vt d2 Lu. x. Quidā ppius q̄ eū p legē ꝛ pphetias ma nifestius venturū ondebāt. Sȝ hi clama bant dicētes. Heu q̄s victur⁹ sit qñ hec fient. videbim⁹ eū. sȝ nō modo. Nu. xxiiij. Quidā vero ppinquissime eū pdicere me ruerūt. vt apli qui patriarchaꝝ figuras. p phetaꝝ scripturas ipleri vidētes. christo venienti viā pparabāt. Fecit hoc baptista iohānes q̄ āmonēs ppl'm dicebat. Dirigi te viam dño. rectas facite semitas dei nr̄i Fecerūt hoc ꝛ apli. q̄b⁹ saluator veniens pus q3 alijs aduentū suū tam gratiosū in notuit. innotescensq3 toti mundo publica ri mandauit dicens. Dicite filie syon. ecce rex tuus venit tibi mansuetus. q̄ fuerūt v ba in pncipio thematis pposita. In quib⁹ vbis tria tangunt circa saluatoris nr̄i ad uentū. Primo nāq3 describit aduent⁹ filij dei vt cōmēdabilis ꝛ gratiosus ex admi rabili nouitate sue maiestatis cū dicit Ec ce rex tu⁹. Scdo describit vt desiderabil' ꝛ affectuosus ex optabili vtilitate huma ne fructuositatis. cum additur. venit tibi. Tertio describit vt acceptabilis ꝛ solatio sus ex ppiciabili pietate diuine bonitatis cū subiūgit mansuet⁹. Nō ꝙ hō amplius timeat pncipē mundi ipm subiugantē. au diens q2 venit rex suus vtiq3 fortior ꝛ po tentior diabolo rege supbie. De quo Job xli. Ipse est rex sup omnes filios supbie. q̄ fortior xp̄s superueniens eum vicit. vniuer saq3 eius arma abstulit Math. xij. nō de speret amplius neq3 solicitet de aīe sue sa lute. q2 venit sibi. Unde. Nihil soliciti sitis inquit aplus. Dñs em̄ ppe ē. q̄ scȝ supple bit omnē indigentiā insufficientie. Phili. iiij. Non etiā formidet. nec phorrescat ex cellentiā imense maiestatis. q2 venit man suetus. vt dirigeret māsuetos in iudicio. ꝛ doceret mites vias suas. A

Dixi primo ꝙ in verbis pmis sis describit ad uentus filij dei vt cōmendabilis ꝛ gratio sus ex admirabili nouitate sue maiestatis cū dicit. ecce rex tu⁹. Tangunt autem hic tria magna ponderatione digna. Primo ꝙ xp̄i aduentus est admirabilis nouitas. de qua nouitate d2 p pphaȝ. Ecce dies ve niūt dicit dñs. ꝛ suscitabo dauid germen iustū. Et certe mirabil' nouitas. Quis em̄ audiuit tale. aut q̄s vidit sil'e. vt scilicȝ dñs dñoꝝ fieret fu⁹ fuoꝝ. Sicut ipe de se ait Seruire me fecisti in iniq̄tatib⁹ vr̄is. Est ꝙ nouū: q2 nūq3 apparuit sil'e. vnus eni est ꝛ scdm scȝ sileȝ in h nō hȝ. vt d2 Ecc̄s. iij. q2 supra rōneȝ ꝛ supra naturā. Ūn ps. A dño factū ē istud. ꝛ ē mirabile in ocul' nr̄is Ūn Greg. Mirabil' natura. mirifice idu ta. assumēs qd non erat. manens qd erat. Scdo aduent⁹ iste ē excellētissim⁹ maie state. q2 rex. excelsa regal' maiestas ē in ter ris. i. Pe. ij. Siue regi tanq3 pcellēti obe dite. Sed q2 tanta sublimitas paupi fuo est formidabilis. ideo tertio addit. tuus. Est eniȝ rex humanus. Primo pter hūa ne nature conformitatem. Gal. iiij. Mi sit deus filium suum. natum ex muliere.

Secūdo ꝓpter nature vnitatē. Philip. ij. Exinaniuit seipsum formam serui accipiens. ꝛ habitu inuent⁹ vt hō. Tertio ꝓpt' dominj largitatē Isa. ix. Paruul⁹ nat⁹ ē nobis Ecce oīno rex tu⁹. Ista em̄ angelis data nō sunt. qꝛ nusꝗ̄ anglos apphendit. sz semen abrae apphendit. Ad heb. ij. Est ergo rex oīm generaliter. qꝛ ipe est rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū. Apoca. xix. Et Thim. vi. Sed tn̄ est rex hoīs specialiť ꝓpter pdicta sic ꝙ nec āgeloꝝ. ꝗ tali modo nō indiguerūt. nec demonū. ꝗ tali mō non meruerūt. sed indigni fuerūt. vt ait Anselm⁹ in libro Cur deus hō. ca. iij. Sed cōtenti de eius admirabili nouitate ꝛ gratiositate. breuiť videam⁹ qs est iste rex glie ꝗ vt hodie ingrediť ad saluādas gētes. Est aūt rex vere dict⁹. qꝛ null⁹ regit eo meli⁹. De ꝗ i ps dicitur. xxij. Dn̄s regit me. ꝛ nihil mihi deerit. Duo dicit de isto rege. Primo quia regit. Et h̄ tripliciť ſm Inno. q̄rtū super isto ṽsiculo. Primo vt dux viatorē ne deuiet Sap. x. Justum deduxit dn̄s p vias rectas. Scd̄o vt lux in tenebris ambulātē ne exorbitet. Joh. viij. Qui sequiť me n̄ ambulat in tenebris. Tertio vt pastor gregem ne a lupis pereat. Hiere. xvij. Nō sū turbatus te pastorē sequēs. De pmo dr̄ in Ps. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me in terrā rectā. Et abacuc. iij. Deducet me victor i psalmis canentē. De scd̄o Joh. viij. Ego sum lux mundi. De tertio. Joh. x. Ego sū pastor bon⁹. Bene ģ diciť rex ꝗ sic regit vt nauē nauta. vt rex regnū. vt dux exercitū. De naue Jaco. iij. Naues cuꝫ magne sint circūferunť a modico gubernaculo. Modicū gubernaculū apparuit xp̄s veniens i mundū q̄si reputatiōis nullius. qꝛ paruulus natus Isa. ix. De regno in ps. Regnū tuū regnū oīm seculoꝝ. De exercitu Isa. vi. Dn̄m exercituū vidi oculis meis. Bene regit iste rex hoīem sicut oculus cecuꝫ. Job. xxix. Oculus fui ceco. dicit xp̄s. Itē regit hoīem sicut frenū equū. Ecci. xxviij Facito frenos ori tuo rectos. Nec solū regit freno. sed etiā stimulo. ne dormitet. ij. Cor. xij. Dat⁹ ē mihi stimul⁹. Itē vt magister scolas. ps. Qui regis israel intēde. Scd̄o dicit ꝙ nō solū ita prudenť regit. ſz etiā habūdāť. cū addit. Nihil mihi sub isto rege deerit. hoc nō inueniť apud alios reges. sub ꝗb⁹ subditi multa patiunť. defectus ꝛ incōmoda. nec ē talis curia alicuius regꝫ in ꝗ nō oporteret seruitores p se de mltis solicitari. Eccs. Vidi cūcta sub sole. ꝛ ecce labor ꝛ afflictio spūs. hoc nō ē sub isto rege. ꝗ suis audacter dicit. Nolite soliciti eē Math. vi. Vn̄ petrus ꝯfidēť dicit proijcere in eū oēm solicitudinē. qm̄ ipi cura est d' vob. Ideo bene dicit. Nihil mihi deerit. Vn̄ aug. dicit. Pascit cōtemnentē se scꝫ gentilē ꝛ iudeū. ꝛ nō pascet sequentē se scꝫ xp̄ianū. q. d. nō est verisimile cū ipe ꝓmisit suis dicens Math. vi. Primū q̄rite regnū dei. ꝛ hec oīa adijcienť vobis. Vn̄ Luc. xxij. dicit xp̄s discipul. Qn̄ misi vos sine sacculo ꝛ sine pera. nūqd aliq̄d vobis defuit. Qui dixerūt. Nihil. s. defuit nobis. Bn̄ ergo dr̄ rex a regēdo ꝗ nullus regit meli⁹. Est etiā rex quo null⁹ regnat excellētius. qꝛ est rex regū. Apoc. xix. vn̄ respectu eius alij reges sunt. sicut picti respectu regis veri ꝛ viui. Est insup rex a recte opando. Vn̄ poeta. Si bene regna regis dignus es noīe regis. Vn̄ Isido. li. iij. de sūmo bono ca. ix. Recte reges vocāť ꝗ seipos ꝛ subditos bn̄ regēdo modificare nouerūt. Nō est aūt hoc facile inuenire in regib⁹ terrenis ꝗn in aliquo deficiāt. Naꝫ quidā ꝛ si subditos bene regāt. seipos tamen male decipiūt. Alexāder magn⁹ bn̄ iperabat alijs. sed male sibi. Quia vt dr̄ de eo: vastabat eū furor aliena vastādi. ita ꝙ ppť nimiā auariciā cū poete corā eo fingerent aliū mūdū pter istū. cupiditate maxia vexatus. intra se dicebat. vtinā possem ipꝫ h̄re. Dauid bene rexit alios. sed se male. eo ꝙ cōmisit adulteriū ꝛ homicidiū. Salomon bene ꝛ sapienter gubernauit ꝑplm. ſz seipm pessime. qꝛ libidine victus ad idolatriā ē prolapsus. Et q̄d de singulis dicere opus ē. cū nō est hō sup terrā ꝗ nō peccet. Sunt alij qui bene se regunt. male vero subditos. vt simplices ꝛ idiote. De q̄bus Hieronymus in prologo biblie in epistola ad paulinū. Sancta inq̄t rusticitas solū sibi prodest. ꝛ quantum prodest ex vite merito. tantū obest si contra eā inimicus surrexerit. Vult dicere ꝙ quidā reges et prelati bene viuunt quo ad se ꝛ deum. ſz nesciunt gubernare defendendo ꝑ͛mū ab insultib⁹ inimicoꝝ. Sed non sic christus. quia et quo ad regimen vite proprie bonus rex diciť. qꝛ sine peccato. Joh. viij.

Quis arguet me de peccato. Et Petrus.
In ore eius nō est inuentū mendaciū. qui
pctm̄ nō fecit. Quo aūt ad regimē alioruꝫ
bonꝰ rex dicit. qꝛ de eo dr̄ Mar. vij. Be-
ne oia fecit. qđ de nullo rege dici pt. iō me
rito dr̄ rex. Tria aūt attollūt in xp̄o sta
tū regiū ꝛ eius regalē maiestatē cōmēdāt
videlicet icōparabil' pietas. inflexibilis e-
q̄tas ꝛ omp̄s ptās. Et ista tria debent esse
in rege. De primo quō in rege debet esse
incōparabil' pietas ptꝫ. Nā ꝛ si omnibus
pietas suadet Lu. vi. Estote misericordes
regibꝫ tn̄ oino indicit ꝛ precipit eo ꝙ dicit
Seī. li. ij. de clemētia ad nerone. ꝙ nihil
decoriꝰ est in regente q̄ꝫ clementia. vn̄ po
nit exemplū ꝙ in signū huiꝰ rex apum si-
ne aculeo est naturaliter. qꝛ natura nec se-
uum nec vltorē esse voluit. iō aculeuꝫ de-
traxit. ꝛ irā eꝰ inermē reliqt. Vn̄ ð rege dr
Miscdia ꝛ ꝑitas custodiūt regē. Et q̄s ḡ
clemētior rege xp̄o. q̄ ad vniꝰ hois deuo-
tū gemitū oia pctā dimittit ꝛ vindictaꝫ ꝑ
petuā in tpalē ꝑmutat. Vn̄ de eo Math.
xviij. dr̄ ꝙ cū oblatus esſꝫ regi debitor de
cem miliū talentoꝝ. ad simpliceꝫ petitio-
nē oia illi dimisit. ꝑ q̄d significat transgres
sio decē ꝑceptoꝝ. quā dn̄s ad deuotū ge-
mitū relaxat Ezech. xviij. Quacunqꝫ ho-
ra ingemuerit pctōr. oim iniq̄tatū suaruꝫ
nō recordabor. Vn̄ Ecci. xviij. dr̄. Mise
ricordia dn̄i sup oēm terrā. Non est sic de
alijs regibꝫ. q̄ ꝛ si misericordes sunt in ami
cos. tn̄ seueri ꝛ crudeles in hostes. iuxta il
lud poete. Parcere subiectis ꝛ debellare
supbos. Nō sic xp̄s q̄ facit solē suū oriri su
per bonos ꝛ malos. ꝛ pluit sup iustos ꝛ in
iustos. Et q̄d mirū ꝙ ita pius est cū habe
at p̄rem ꝑ̄ſſimū. vt dr̄ Lu. vi. vn̄ ei ꝓpriū
est misereri semꝑ ꝛ parcere. vt dicit Greg.
in quadā collecta De scđo. s. quō i rege de
bet esse inflexibilis eq̄tas ptꝫ. Nam sic dic
Aug. li. iiij. de ciuitate dei. c. iiij. Remota
iusticia regna nō sunt: nisi magna latroci-
nia. Et iō ꝛ si rex debet esse pius in bonos
tn̄ debet eē iustꝰ in maleficos. iusticia exi-
gente. Ei eīn dictū est illud a dn̄o. Male
ficos ne patiaris viuere sup terrā. Exodi
xxij. In eo vt dicit policratꝰ li. iiij. c. ij. rex
ꝑsonā publicā gerit ꝙ oim iniurias ꝛ dā-
na. sꝫ ꝛ crimia oia media eq̄tate perimit. ꝛ
ꝑm ip̄m nō est h̄ odij nō rancoris. qꝛ gladi
us eius est gladiꝰ colūbe. q̄ sine felle rixat
sine iracūdia ferit. ꝛ cū dimicat nullā om-
nino cōcipit amaritudinē. Talis rex xp̄s
est. de q̄ dr̄ Hiere. xxiij. Regnabit rex ꝛ sa
piens erit. ꝛ faciet iudiciū ꝛ iusticiā in tra
Ecce rex sapiēs in discernēdo. iudex i pu-
niendo malos. iustus in remunerādo bo-
nos. Quia rex. iō nō pōt in iudicio vinci
ptāte. i. Thimo. vi. Solus potens est rex
regū. Quia sapiēs. ideo seduci vel errare
nō pōt. Quia iustꝰ. iō munere vel precio
amore vel odio corrūpi nō pōt. Prouerb.
vi. Nō accipiet ꝑ redēptōne dona plima.
Quia iudex. ideo vlcisci paratꝰ. Hiere. x.
Quis nō timebit te o rex gētiū. Quia ita
q̄ꝫ rex. ideo reuerendꝰ a subditis. Quia sa
piens. ideo audiēdus. Quia iustꝰ. iō me-
tuendꝰ. Quia iudex. ideo formidandus.
De tertio videlicet quō dꝫ eē potentia in
rege pꝫ. Nā Prouerb. dr̄. xx. Rex q̄ sedet i
solio dissipat om̄e malū intuitu suo. Tal'
rex xp̄s ē. de q̄ dicit Ecci. xviij. Deꝰ solus
iustificabitur ꝛ manet inuictꝰ rex inetnū.
Vere inuictꝰ. ita vt demōes territi dicāt
Quis ē iste rex glie. q. d. Nos habemꝰ re-
gem supbie fortē in inferno. Quis ḡ ē iste
rex fortior illo. Sed rn̄dēt angli dicētes.
Dn̄s fortis ꝛ potēs i ꝑlio. Fortis inquam
deijciēdo eū de celo. Potens eū eijciendo
de mūdo. Joh. xij. Nūc p̄nceps mūdi hu-
ius eijcit foras. Et dn̄s potēs in ꝑlio. ca
ptiuos auferēdo de inferno Math. xij. c.
Uniuersa arma eius auferet. Timenda ē
ḡ ista ptās hoibꝫ. ex quo ita intolerabilis ē
demōibꝫ. Timēda ē paupi ꝑuo. ex q̄ ita est
formidabilis regi superbo. B

Dixi secūdo ꝙ in v̄bis p̄missis describit ad
uentꝰ filij dei vt desiderabil' ꝛ affectuosꝰ
ex optabili vtilitate hūane fructuositatis
cū addit tibi. Multū desiderabilis aduē
tus istiꝰ dn̄i est quē tot seculoꝝ seculis: et
fere quinqꝫ milibꝫ annoꝝ ꝛ vltra totuꝫ ex
pectauit genus humanū. Nec mirū si fu-
it ita desiderabilis patribꝫ qui fuit ita vti
lis oibus. Isa. xxv. Ecce dn̄s deꝰ noster
iste. expectabimus eū ꝛ saluabit nos. Ec-
ce fructuosa vtilitas q̄ maior esse nequit.
quia salus. que merito fuit sanctis deside
rabilis. iuxta illud Aggei. ij. Ueniet desi-
deratus cūctis gentibus. Et Gen̄. penul
timo. Ipe erit expectatio gentiuꝫ. Et ibi
dem. Expectabo salutare tuum domine.

Circa q̄d sciēdū ꝙ antiq̄ pr̄es expectabant dn̄m ⁊ desiderabāt ꝓpter multas vtilitates. ⁊ ꝑsertim ꝓpter nouem. ꝓut scribit Inno. iiij. sup illud ps̄ Et nūc q̄ ē expectatio mea. nōne dn̄s. Ps̄. xxxviij. Primo nāꝙ expectabant euꝫ vt doctorem. Ozee. x. Tempus req̄rēdi dn̄m. cū venerit q̄ docebit nos iusticiā. Vn̄ iā q̄si post aduētū ipius dr̄ Joel. ij. Exultate ⁊ letamini i dn̄o deo vr̄o. q2 dedit vob doctorē iusticie. Hoc p̄mū desideriū exp̄mit in antiphonis. Et p̄mo i p̄ma añ. q̄ icipit. O sapia. vbi habet in fine. veni ad docēdū nos viā prudētie. Et sumit. Lu. i. vbi dr̄. Ad dandā sciam salutꝫ plebi ei⁹. Principiū aūt añe. sumit. Eccl. xxiiij. Scd̄o desiderabāt ⁊ expectabant eū vt redēptorē. ps̄. Redemptōꝫ misit dn̄s ꝑplo suo. Bursa i q̄ r̄posita fuit ista redēptio fuit btā ꝟgo. ⁊ significat h̄ in secūda añ. O adonay. Et sumit Judith. vi. q̄ moysi in igne rubi apparuisti. Ecce redēptio in bursa. Vn̄ subdit. veni ad redimēdū nos in brachio extēto. Tertio desiderabāt ⁊ expectabāt eū vt liberatorē a limbo. Zach. ix. Tu q̄ꝫ in sanguie tuo eduxisti vinctos de lacu in q̄ nō erat aq̄. qd̄ significat in tertia añā. O radix yesse. Et sumit Jsa. xi. Et in fine subiūgit. veni ad liberandū nos. Quarto desiderabāt eū vt liberatorē a carcere pctōꝝ. Treñ. iij. Lapsa est in lacū vita mea. ⁊ posuerūt sup me lapidē. h̄ exp̄mit in q̄rta añā. O clauis dauid. Et sumit Jsa. xxij. Et subdit. Ueni ⁊ educ vinctū de domo carceris. sedentē in tenebrꝭ ⁊ i vmbra mortꝭ. Et sumit h̄ Jsa. xlij. vbi dr̄. Dedi te in fed⁹ ꝑpli. ⁊ in lucem gētiū vt ap̱ires oculos cecoꝝ. ⁊ educeres de cōclusiōe vinctū. de domo carceris sedentes in tenebris. Quīto expectabāt eū vt illuminatorē cordiū Lu. ij. Qd̄ parasti añ faciē oīm ꝑploꝝ. Lumē ad reuelatiōeꝫ gentiū. Hoc exp̄mit in q̄nta añā. O oriēs splēdor. Et sumit Zach. vi. Et ibi subdit splendor lucis etn̄e. Et sumit Sap. vij. Et subdit. veni ⁊ illumia sedētes i tenebrꝭ ⁊ i vmbra mortꝭ. Et sumit Jsa. ix. ps̄. Exortū est in tenebris lumē rectꝭ corde. Sexto desiderabāt eū vt ꝓtectorem ꝯ hostes Jsa. xix. Mittet eis saluatorē ⁊ ꝓpugnatorē q̄ liberet eos. Hoc petit in sexta añā. O rex gentiū. Et subdit. Et dn̄ator eaꝝ. qd̄ sumit Aggei vlti. Et in fine subdit. Ueni salua hoiem. Sicut ḡ expectauerūt dn̄m venturū in carnē. ita nos expectam⁹ eum venturū ad iudiciū vt remuneratorē ⁊ saluatorē. qd̄ petim⁹ in septia añā. O emanuel rex ⁊ legifer nr̄ veni ad saluanduꝫ nos. Sed q2 auxilijs sctōꝝ indigem⁹ in p̄nti ⁊ in futuro. ideo de sctis adduntur alie due añe. Vn̄ octaua ē. O thoma didime. In q̄ subdit. succurre nob miseris. ne damnemur cum impijs. in aduentu iudicis. Nona añ. ē O ꝟgo ꝟginū. Et bn̄ imediate añ natiuitatē xp̄i dr̄. q2 de ꝟgie nat⁹ ē ille desiderat⁹ dn̄s. Sed q̄re scti p̄res tot secul annoꝝ expectantes. in desiderio suo sunt frustrati. Quia Lu. x. dr̄ de eis. Voluerūt hec videre. et nō viderunt. Glo. Voluerūt videre deū in hūanitate nr̄a. ⁊ nō viderūt corꝑaliter. licet spūaliter sicut Abraam q̄ vidit ⁊ gauisus ē. Joh. viij. Ad qd̄ breuiter dicēdū ꝭm Tho. sup. iij. sniaꝝ. dis. iiij. q. ij. ar. i. ꝙ antiq̄ p̄res nō potuerūt mereri icarnatiōem xp̄i ex trib⁹. Primo q2 merituꝫ p̄mi hois nō se extēdit ad totā naturā hūanam. Sed incarnatio ē medicamentū totius nature hūane. nullo ḡ mō potuit ab aliq̄ puro hoie mereri. Scd̄o q2 illud q̄d est p̄ncipiū merendi nō pōt cadere sub merito. Sed incarnatio q̄dāmō est p̄ncipiū merendi. imo ē cā oīm meritoꝝ hūanorū. Quia oia merita nr̄a efficaciam habent a xp̄o ꝑ quē gr̄a ⁊ veritas facta est. ḡ nō potuerūt mereri. Tertio q2 meritū hūanum nō se extendit vltra cōditiōꝫ hūanā. q̄ i h̄ cōsistit vt aliq̄s mereatur aliquā diuinitatis ⁊ bonitatis participationē. ꝭm ꝙ tota plenitudo diuinitatꝭ habitet i hoie. Hoc excedit cōditiōꝫ hūanā ⁊ oē meritū hūanum. ḡ nullo mō cadere pōt sub merito nisi large dicat meritū ois participatio ad aliq̄d habendum q̄ p̄cessit in genere hūano. Hec Thomas.

Dixi tertio ꝙ in verbis p̄missis describitur aduent⁹ filij dei. vt acceptabilis ⁊ solaciosus ex propiciabili pietate diuine bonitatꝭ. cū dr̄. Mansuetus. Ac si eni diceret. licet sit rex magnus ⁊ terribilis sup oēm terrā. tamen nō venit debellare aut iudicare homines sed demōes. Et ideo demonib⁹ venit terribilis vt eos iudicet. Joh. xij. Nūc iudiciū ē mundi. hoib⁹ vero pi⁹ ⁊ misericors ⁊ ꝓpiciabilis. Quia Joh. iij. dr̄. Neq̄

pater misit filiū vt iudicet mundū. sed vt
saluetꝰ mundꝰ ꝑ ipm. Uenit ḡ eis mansue
tus tripliciꝰ. Pmo corde Math. xi. Disci
te a me. qꝛ mitis sū ꝛ hūilis corde. Scdo
ore. Hiere. xi. Ego q̄si agnus mansuetus
q̄ portatꝰ ad victimā. Tertio ope. Zopho.
ij. Querite iustū. q̄rite mansuetuꝫ. Uenit
ḡ mansuetus vt māsuetudinē doceret ser
uos suos corde ore ꝛ ope. ꝯtra illiꝰ supbi-
am q̄ totuꝫ genꝰ hūanū seduxerat. Istud
dn̄s voluit on̄dere in eo ꝙ tpe passiōis ve
nit sedens sup asinā sicut de eo ꝓpha p̄di-
xerat Zach. ix. Qd̄ dn̄s facere voluit ꝓpt
q̄ttuor. Primo vt hoī statū suū qualē tūc
habuit insinuaret. Hō eni tūc erat similꝰ
asino ꝓpter pctm̄. Juxta illd̄ ps̄. Hō cum
in honore esset nō intellexit. cōparatus ē
iumentis insipiētibꝫ. ꝛ silis factꝰ est illis.
Sicut eni iumentū d̄ nullo alio solicitū
ē nisi d̄ terra de q̄ viuit. Un̄ ad eā sp inspi
cit. nihil curās de celestibꝫ ita hō ante xpi
aduentū deditꝰ erat terrenis nihil curās
de celestibꝫ. Und̄ sibi dicebatꝰ illud Jsa. i.
Si audieritis me. bona terre comedetis
Nec soluꝫ: qꝛ terrena curabat. sed ꝛ dn̄m
terre nō cognoscebat. sicut cōqueritꝰ dn̄s
Jsa. i. Cognouit bos possessorē suū et asi
nus p̄sepe dn̄i sui. israel aūt me nō cogno-
uit. Nec tūc cognoscebat seipm̄. sicut dn̄s
flendo sup hierl̄m on̄dit an̄ hierl̄m Luc.
xix. Si cognouisses supp̄. statū tuū ꝛ ma-
la tibi iminentia fleres etiā. Scdo voluit
h̄ facere dn̄s vt supbiā iniq̄tatꝫ destrueret
Un̄ Zach. ix. Postq̄ȝ dictū ē. Ecce rex tu
us venit tibi sup asinā. Seq̄tur ꝛ disp̄dā
quadrigā ex effraim ꝛ equū de hierl̄m. vn̄
Cassiodo. tractans illd̄ ps̄. lxxv. Ab icre
patione tua deus iacob dormitauerūt q̄
ascēderunt equos. Dicit ꝙ hec ꝓpha dicit
de illis supbis q̄ in actibꝫ suis gloriantꝰ. in
quo nō sedet xp̄s. i. saluator. Juxta illud
ps̄. Nō saluatꝰ rex ꝑ multā ꝩtutē. ps̄. xxxij.
Glosa. Rex qui carnē suā regit nō saluatꝰ
ꝑ multā virtutē. s. si in ea p̄sumit ascribēs
sibi bona ꝛ nō deo. Nec solū rex talis non
saluatur. sꝫ etiā gigas q̄si rege fortior. q̄ ꝯ
mūdū ꝛ suā cōcupiscētiā militat. nō salua
bitꝰ i mltitudie ꝩtutis sue. si. s. subp̄iēdo ꝯ
deū se exaltat. Cuiꝰ rō seq̄tur q̄re isti am-
bo nō saluantꝰ. qꝛ fallax equus ad salutē. i.
supba estimatio q̄ ascēdit estimās se suā ꝩ-
tute saluādū fallax est. Un̄ in habūdātia
ꝩtutis sue. i. quātūcūq̄ȝ sit ꝑfectꝰ. q̄nto ci-
tius ꝓperat sic equus tāto ḡuius cadit ses-
sor equi. Tertio voluit h̄ facere dn̄s vt se
simplices inhabitare on̄deret iuxta illud
Cū simplicibꝫ sermocinatio eiꝰ. Quarto
vt pctōres tāq̄ȝ asinos pōderibꝫ pctōꝝ o-
neratos sibi de cetero associādos mōstra
ret ꝭm Criso. Un̄ ipe dicit Mat. xi. Trā
site ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis
Ex q̄bꝫ oībꝫ infero tria correlaria delecta
bilia mētibꝫ deuotis xp̄ifideliū. Primo ꝙ
volēs vt xp̄s in mentē hoīs hodie adue-
niat. necesse hꝫ carnalia desideria rep̄me-
re. Istd̄ patet ꝑ h̄ ꝙ xp̄s venit vt rex q̄ a re
gendo dictꝰ ē. Rex aūt ꝭm Jsido. lib. iij.
de sūmo bono ca. ix. dictꝰ est etiā q̄libꝫ de
uotus. q̄ recte agit ꝛ sensus suos bn̄ regit.
ꝛ morꝰ resistentes sibi rōnabili discretiōe
cōponit. Hac rōne hodie ꝯsulitꝰ xp̄ianis
ieiuniū. per qd̄ ꝯcupiscētia refrenatꝰ ꝛ caro
domatꝰ vt obediat impio rōis. Scdo i-
fero ꝙ volēs vt xp̄s in mentē hoīs adue-
niat debet hr̄e deuotū desideriū ad cele-
stia. Istd̄ ptꝫ qꝛ xp̄s nō venit i mūdū nisi
desideratꝰ a p̄ribꝫ. Un̄ de iusta aīa d̄r. De
sideriuꝫ cordis eiꝰ tribuisti ei dn̄e. ps̄. xx.
Notāt dic̄ desideriū cordis nō carnis. qꝛ
tale n̄ exauditꝰ Job. xxxix. Clamor exacto
ris nō exauditꝰ. ita expōit Jnno. iiij. istud
ꝩbū. Tertio ifero ꝙ volēs mereri xp̄i ad
uētū i se ꝑ grāꝫ dꝫ hr̄e ꝑfectā māsuetudinē
ꝛ hūilitatē. Istd̄ ptꝫ qꝛ xp̄s venit sup asi-
nā hūilē ꝛ māsuetā. vn̄ Jaco. i. Jn māsue-
tudine suscipite isitū ꝩbū. Et Eccl. i. Bn̄
placitū ē deo fides ꝛ mansuetudo. Primi
significāt incipiētes. q̄rū est carnalia desi-
deria rep̄mere: ꝛ sic vicia vitare. Scdi si-
gnificāt ꝓficiētes. i q̄bꝫ scā desideria ꝩtu
tū debēt crescere. vt dicit Hugo d̄ archa
mystica. Et tertij significāt ꝑfectos q̄ dn̄t
ꝓfunda hūilitate ꝩtutes ꝯgregatas custo
dire ne pereāt ꝭm Greg. in Ome. eo ꝙ pe
rit oīe qd̄ agitꝰ si nō i hūilitate teneatꝰ De
oībꝫ his d̄r in ps̄. Declina a malo. q̄ ad p̄-
mos icipiētes. Et fac bonū q̄ ad scdos. s.
ꝓficiētes. inq̄re pacē ꝛ ꝑseq̄re eā. i. ꝑseuerā
ter seq̄re ꝭm Jnno. iiij. q̄ ad tertios. s. ꝑfe-
ctos. Tales ḡ q̄ sic disponentꝰ in eoꝝ cōsci
entia merebuntꝰ hr̄e gratiosū in se saluato
ris aduentuꝫ ꝑ grām in p̄nti ꝛ in futuro ꝑ
gl'iam. Ad quā nos ꝑducat rex xp̄s dn̄s.

Sermo tertius dn̄ice p̄me aduentus.

Benedictus qui
b venit in noīe dñi. Math. xxi.
Inter oīa q̄ humano generi ex
p̄uaricatiōe primi parentis inflicta sunt.
vnū ē p̄cipuū ꝙ mox vt peccauit hō p̄m⁹
incurrit maledictōnē et obprobriū sempi
ternū. Juxta illud Gen. iij. Quia audisti
vocē vxoris tue ⁊ comedisti de ligno ex q̄
p̄ceperā tibi ne comederes. maledicta ter
ra in ope tuo. Istā maledictiōez se h̄re bñ
sensit ꝓpheta q̄ ait Hiere. xv. Ve mihi ma
ter mea qꝛ me genuisti virū rixe et virū di
scordie in vniuersa terra. Et sequit̄. Oēs
maledicūt mihi. Sed qꝛ vt dicit magn⁹
pr̄ Aug⁹. in li. Enchiridion. ca. xlvij. Tā
tū fuit illud pctm̄ ⁊ tā magnū. ex q̄ scꝫ il-
lud maledictiōis obprobrium ꝓcessit. vt
in vno hoīe originalit̄ ⁊ radicalit̄ totū ge
n⁹ hūanū dānaret̄. qđ solui aut dilui ñ po
tuit nisi ꝑ vnū mediatorē dei ⁊ hoīm iesuꝫ
xp̄m. Hec ille. ꝓinde sācti p̄res sciētes nō
ꝑ aliū eis restitui posse bñdictiōem q̄ꝫ ꝑ il
lū cui dictū ē. In semīe tuo bñdicent̄ oēs
gentes. Gen. xxij. de q̄ ps. ait. Eteni bene
dictionē dabit legislator. inuocabāt meri
to deū vt mitteret eis saluatorē q̄ libera-
ret eos ab obprobrio maledictōis sēpit̄ne
iuxta illud Nu. vi. Ipi inuocabunt no-
men meū ⁊ ego bñdicā. Qđ q̄dem fecit de
us pr̄ ꝑ filiū suū bñdictū ⁊ gl̄iosū in secu-
la. qñ misit eū in mūdū vt auferret obpro
briū ⁊ cōtemptū ab hoīe. ⁊ redderet bñdi
ctionē ꝓ maledictōe. ⁊ vitā ꝓ morte. Quā
quidē bonitatē diuīe pietatis hodie reco
lit eccl'ia. reducendo ad memoriā fidelib⁹
tante misc̄dīe bñficiū. ⁊ grās agendo deo
p̄ri. qꝛ misit filiū suū benedictū in nomie
suo. Vñ hec fuit cā institutiōis hui⁹ tp̄is
ab eccl'ia vt a fidelib⁹ deuotius celebrare
tur. Nā sicut dicit Aug⁹. sup iohem. Nul
la fuit cā veniendi xp̄m: nisi pctōres sal-
uos facere. tollere morbos. tollere vulne-
ra. ⁊ nulla erat cā medicine. Venit ḡ ma-
gnus de celo medic⁹. qꝛ tot⁹ mūd⁹ vbiq꞉
iacebat egrotus. Gen⁹ ḡ hūanū totū peri
erat. ex quo peccauit vn⁹ in quo totū erat
Venit hō vn⁹ sine pctō q̄ saluos faceret
ab oī pctō. Nō eni de celo ad terram tra-
xerūt eū n̄ra merita. sed n̄ra pctā. Hec ille
Quō ergo nō est celebrandū tantū bene-
ficiū in q̄ venit ille bñdictus in noīe dñi.

q̄ a maledictōe peccati ꝑpetua totū libera
uit genus hūanū. spemq꞉ dedit hominib⁹
quia si tantā benedictōnē dedit in primo
aduentu quantā dabit in scđo. Vt dicit
Bern. sermone de aduentu dñi. Merito
vt dicit Ambro. sup Lucā p̄res sancti sta
tuerūt vt vnusq̄sq꞉ hoc tp̄e digne se p̄pa-
ret ad suscipiendū eius natiuitatē. qui vt
bñdictus venit in noīe dñi. vt dicūt v̄ba
nostri thematis. In quib⁹ verbis aduen-
tus iste describit̄. in q̄ xp̄i aduent⁹ ōndit̄ a
nobis susceptōe dignus tripliciter. Prio
describit̄ vt venerabilis et magnificus ex
gl'ia aduenientis. qꝛ bñdictus. Scđo vt
amabilis ⁊ gratiosus ex parte vtilitatis
ꝓuenientis. qꝛ venit. Tertio vt potēs ⁊ vi
ctoriosus ex auctoritate mittentis. quia
in nomine domini. A

Dixi primo ꝙ in v̄bis premis
sis ostendit̄ aduē
tus n̄ri saluatoris esse venerabilis ⁊ ma-
gnificus ex gl'ia aduentus. qꝛ bñdict⁹. Li
cet aūt xp̄s fuerit benedict⁹ oī benedicti-
one que pōt cōicari creature. eo ꝙ benedi
ctionē omniū gētiū deus pater dedit illi.
vt dicit̄ Eccl. tñ ne faciā tediū tangā qua
druplicē bñdictionē sibi diuit⁹ in patriar
chis ostēsam ⁊ p̄figuratā. Scđo quadru
plicē bñdictionē sibi in suo aduentu i car
nē exhibitā. De p̄mo quō quadruplex be
nedictio xp̄i fuit in p̄riarchis prefigurata
patet primo. Dicit̄ eni Gen. xij. ad abraaꝫ
Benedicā benedicentib⁹ tibi. atq꞉ in te be
nedicent̄ vniuerse cognatōes terre. Quō
aūt hoc fieri debuit. declarauit angelus.
Gen. xxij. dicens. In semine tuo benedi-
cent̄ oīs trib⁹ t're. Et qꝛ null⁹ alius p̄ter
xp̄m apparuit in q̄ ista ꝓphetia esset adim-
pleta. ideo oportet dicere ꝙ xp̄s sit istud
semē benedictū in quo de⁹ benedixit om
nes trib⁹ terre. Vñ apl's ad Gal. iij. dicit
Christus redemit nos de maledicto legꝫ
fact⁹ ꝓ nobis maledictus. qđ tūc factū est
qñ pepēdit in ligno. Quia maledict⁹ om
nis q̄ pendet in ligno. Et ne q̄s hoc intel
ligeret de aliq̄ alio. sicut iudei dicūt. stati
Apl's dicit. Abrae dicte sunt ꝓmissiōes ⁊
semini ei⁹. nō dicit et seminib⁹ q̄si multis.
sed semini tuo q̄ est xp̄s. Istud semen bñ-
dictū ōndēs iam venisse dixit angel⁹ ma-
rie. bñdictus fruct⁹ ventris tui. Scđa fi
gura patet de isaac quā dedit filio suo ia-

cob. Gen̄. xxvij. Ubi bn̄dicēs ait illi. Ecce
odor filij mei sicut odor agri pleni cui bn̄-
dixit dn̄s. Seruiēt tibi omnes ꝓli. ⁊ ado
rent te trib9 terre. Esto dn̄s fratrū tuorū.
et incuruent̄ ante te filij mr̄is tue. Qui ma
ledixerit tibi. sit ille maledict9. Et q̇ bene-
dixerit tibi. bn̄dictionib9 repleatur. Certū
aūt est ꝙ hec benedictio nō est adimpleta
ad lr̄am totaliter i iacob. q2 frater ei9 esau
non seruiuit sibi. imo iacob vocauit eū do
minū mittēs ei munera. vt patz Gen̄. xxxij
nec in aliquo alio ita ꝑfecte sicut i xp̄o. De
quo dr̄. quo ad primū. hic est fili9 meus di
lectus Math. iij. ⁊. xvij. Ecce odor filij ad
patrē. Seruiēt tibi omēs ꝓli quantū ad
gentes ⁊ adorent te trib9 scz iudeoꝝ. Esto
dn̄s fratrū scz xp̄ianorū. ⁊ incuruent̄ an̄ te
filij matris tue. scz sinagoge. Ista oīa expl̄-
se dicunt̄ de xp̄o. in ps̄. Deus iudiciū tuū
regi da. Et sequit̄. Et dn̄abit̄ a mari vsq3
ad mare. Et seqtur. Oēs reges seruient ei.
Et sequit̄. Sit nomē eius bn̄dictū in secu
la. ante solē ꝑmanet nomen eius. Et bene
dictū nomē maiestatis eius. Tertia figu-
ra patet de iacob quā dedit iude Gen̄. xlix
De quo dr̄. Nō auferet̄ sceptrū de iuda. et
dux de femore eius. donec veniat q̇ mittē-
dus est. ⁊ ip̄e erit expectatio gentiū. Laua
bit in vino stolā suā. ⁊ in sanguine vue pal
liū suū. Istud nō pōt exponi de alio q̄3 de
xp̄o ad quē durauerunt duces iuda et sce-
ptrū regni. ⁊ post eū nō. q̇ etiā de sanguine
ꝓprio aspersit corpus suū. vn̄ dicebat se vi-
tem Joh. xv. ⁊ ꝑ cōsequēs sanguinē suū vi
nū. Quarta figura patet Nume. xxiiij. vbi
balaam spūsancto in se irruēte. vt ibidē di
citur benedicens tabernacul̄ iacob dixit.
Qui benedixerit tibi. sit ille bn̄dictus. et q̇
maledixerit tibi. maledictōnib9 repleatur.
Et sequit̄. Orietur stella ex iacob. ⁊ virga cō
surget ex israel. De iacob erit q̇ ꝑdet reliq̇-
as ciuitatis. Hoc nō pōt intelligi de aliq̇
q̄3 de xp̄o. in cuius aduētu in mūdo orta ē
stella Math. ij. Sicut ꝑtestant̄ gentiles
magi dicētes. Uidimus stellā ei9. in signū
ꝙ ip̄e radijs sue doctrine illumiauit oēm
hoiem venientē in hunc mundū Joh. i. qđ
nullus alius fecit. Fuit etiā virga q̄3tū ad
correctionē inimicoꝝ. sicut pr̄ ꝓceperat si-
bi dicēs. Postula a me ⁊ dabo tibi gentes
Et seqt̄. Reges eos in virga ferrea. In ad
uentu etiā ei9 ꝑdite sunt reliquie ciuitatis
hierusalē. q2 ꝑdiderūt iudei locū ⁊ gentem
vt dr̄ Joh. xi. Ideoq3 spūsancto ordināte
pueri q̇ exierant obuiā xp̄o. clamabāt dicē
tes. Bn̄dict9 q̇ venit in noīe dn̄i. ad signi-
ficandū ꝙ hic est de quo figure sub vmbra
figurabāt. de q̇bus dic̄ apl̄s ꝙ oīa in figu-
ra cōtingebāt illis. Restat igit̄ dicere ꝙ de
xp̄o ista oīa fuerūt impleta. ⁊ ꝑ cōseqn̄s pa
tet iudeos falsum dicere. ꝙ adhuc sint im-
plenda in antixp̄o. Quō aūt ista circa icar
nationē xp̄i fueruut impleta: ostendit ꝓphe
ta. ps̄. xx. dicēs ad lr̄am de xp̄o. Qm̄ preue
nisti eū in bn̄dictionib9 dulcedinis. vbi di
cit Inno. iiij. Qđ xp̄s in incarnatione sua
fuit ꝓuentus quatuor bn̄dictōnib9 realib9
sicut ibi quattuor figuralib9. Prima bene-
dictio qua fuit ꝓuent9 fuit immunitas pec
cati. vn̄ dicit. ꝓuenisti. i. ante ortū donasti.
q2 in peccato nō est conceptus. Nos autē
preuenimur in maledictiōe amaritudinis
q2 in peccatis ꝯcepit nos mater nr̄a. ⁊ na-
scimur filij ire. Scd̄a bn̄dictio fuit in vni
one duaꝝ naturaꝝ. de qua Luce. i. Bene
dictus fructus vētris tui. Tertia in pleni-
tudine gratie ⁊ veritatis Joh. iij. Q2 non
ad mensurā datus est ei spirit9. sed cū ple-
nitudine Joh. i. Plenū gratia ⁊ veritate.
Quarta benedictio glorie. q2 ab instāti cō
ceptionis sue fuit comprehensor. Isa. xxij.
Erit scz xp̄s i soliū glorie domui pr̄is sui
et suspendā super eū omnē gloriā dom9 pa
tris eius. De his benedictōnib9 dr̄ Deute
ro. xxxiij. Neptalim abundantia ꝑfruetur
et plenus erit benedictionib9. Hec Inno-
cen. Ecce quomodo plenitudinē benedi-
ctionū habuit christus in suo aduētu. quā
nullus ꝑter eum habuit nec habere potest
Ideo et si alij sancti dicunt̄ benedicti a do
mino et benedictiones accepisse in mūdo.
iste tamē excellentissime oīa que in figu-
ris fuerūt ꝑostensa in se habuit. ⁊ cum be-
nedictionib9 in mundum venit. Unde de
eo dici potuit veraciter. Benedictus qui
venit

B

Dixi secūdo ꝙ in verbis pre
missis ostendi-
tur aduentus saluatoris nostri gratiosus
ex pietate diuine liberalitatis. quia venit
Magna siquidē diuine pietatis bonitas
apparuit in hoc. quia venit ad hominem q̇
venire nō potuit ad eum. Sed nunq̇d ve
nit ad vindictā faciendā pro peccatis ei9.

Certe nõ. sed venit in hunc mundũ pecca
tores saluos facere. vt dr̃. i. Thimo. i. Et
ipe solus testat̃ Luce. xix. dicẽs. Venit em̃
filius hoĩs q̃rere ⁊ saluũ facere qd̃ ꝑierat.
Circa qd̃ sciendũ ꝙ xp̃s venit ad hominẽ
quadruplicit̃. Et scd̃m h̃ erit q̃druplex ad
uentus eiꝰ ſm Bern̄. Primꝰ est aduentus
ad hoĩes in mundũ. Scd̃s in hoĩes scʒ in
mentẽ. Tertiꝰ ꝯ hoĩes in morte. Quartus
similit̃ ad iudiciũ. Et significant̃ hi quatu
or aduentus ꝑ q̃tuor septimanas huiꝰ tem
poris sacratissimi. In primo aduẽtu venit
ad hoĩes per carnis assumptionẽ. In secũ
do venit in animũ nr̃m ꝑ gratie infusionẽ.
In tertio ⁊ q̃rto veniet in iudiciũ ꝑ meri
toꝝ discussionẽ. Propt̃ primũ aduentũ de
bemus esse humiliati. Propter scd̃m com
puncti. Propter tertiũ cauti. Propter q̃r
tũ circũspecti. De primo dr̃ Joh̄. xvi. Exi
ui a patre ⁊ veni in mundũ. iterũ relinquo
mundũ ⁊ vado ad patrẽ. Felix itinerarius
qui sic a pr̃e exijt. ita ad p̃rem redijt. Iste
aduẽtus fuit ad saluandũ. sic dixit angelꝰ
Math. i. Ipe em̃ saluũ faciet ꝑplm̃ suum a
peccatis eoꝝ. In isto aũt aduẽtu xp̃s assũ
psit nr̃az humanitatẽ q̃tuor de causis. Pri
ma vt in ea nob̃ p̃rem ad misericordiã fle
cteret. Vñ glo. suꝑ illũ locũ Apl̃i. Qui eti
am interpellat ꝓ nob̃. dicit. nõ voce sed mi
seratiõe ⁊ ostẽsione humanitatis sue. semꝑ
em̃ hoĩem assumptũ ⁊ graue onus passio
nis qd̃ sustinuit pat̃no vultui offert vt no
stri misereat̃. Et h̃ est qd̃ dr̃. i. Johã. ij. Ad
uocatũ habemꝰ ꝓ nob̃ apud deũ p̃rem ie
sum xp̃m iustũ. ⁊ ipe est ꝓpiciatio ꝓ peccatꝭ
nr̃is. Et nõ tm̃ pro nostris sed etiã totius
mũdi. Scd̃a causa vt in ea diabolũ falle
ret. Adeo em̃ sapiẽter in hac vita ꝯuersatꝰ
est ꝙ diabolus ex certa scientia nunq̃ȝ po
tuit cõphendere eũ esse filiũ dei. licet be
ne cõiecturabat̃ eũ esse filium dei ex signis
sic clamabat dicens. Jesu fili dei vt q̇d ve
nisti ante tp̄s ꝑdere nos. vt dr̃ Mar. i. Vi
dens em̃ eiꝰ miracula opinabat̃ eum ẽẽ de
um. sed videns eius famẽ ⁊ sitim credebat
hominẽ. ⁊ ita decipiebat̃. Et per cõseq̃ns
vltimo deceptus est. q2 credens se procu
rare mortẽ hoĩs peccatoris ꝓcurauit re
demptionẽ hoĩs. Vñ dicit Isido. li. i. de
summo bono ca. xiiij. Ideo diabolꝰ q̇s iu
ste tenuit amisit. q2 iniuste redemptorẽ no
strũ occidit. Illusus est diabolꝰ morte dñi
quasi auis. Nã ostensa xp̃s sue carnis mor
talitate quã interimẽdã ille appetebat. ab
scondit diuinitatẽ vt laqueũ quo eũ velut
auem improuidã prudẽti irretiret decipu
la. Et sequit̃. Nã si innocẽs xp̃s nõ occide
ret̃. homo diabolo addictus ꝑ p̄uaricatio
nẽ non absolueret̃. Hec ille. Tertio assum
psit carnẽ vt i ea hominẽ glorificaret. Vñ
apl̃s. Mortui estis ⁊ vita vestra abscondi
ta est cũ xp̃o. Saluatorẽ em̃ nr̃m expecta
mus qui reformabit corpꝰ humilitatꝭ nr̄e
configuratũ corpori claritatis sue. Quar
to vt in ea hoĩem ad suũ amorẽ obligaret.
Quid em̃ nos tantũ ad amorẽ suũ obliga
re potuit q̄ȝ ꝙ infirmitates nr̃as ipe porta
uit. Vt dicit Bern̄ in li. de diligẽdo deũ.
De secundo aduẽtu q̇ est in mentẽ per gra
tie infusionẽ in quo venit xp̃s ad inhabitã
dum. dicit̃ Joha. i. Verbũ caro factũ est ⁊
habitabit in nobis per gratiã. De qua in
habitatione dicit̃ Joh̄. xiiij. Si quis dili
git me. sermones meos seruabit. ⁊ ad eum
veniemus. ⁊ apud eũ mansionẽ faciemus.
Ex isto aũt aduentu homo cõsequit̃ tripli
cem fructũ. Primo gratuitaȝ in filium dei
adoptionẽ. quo ad hoc dicit̃. Pater meus
diliget euȝ. Scd̃o gr̃e spũssancti collatio
nẽ. quo ad hoc dr̃. ad eũ veniemus. Tertio
collate gratie ꝯseruationẽ. q̇ ad hoc dicit̃.
mansionẽ apud eũ faciemus. Ista est dul
cissima sua inhabitatio. de q̃ dic̃ ipe. Pro
uer. viij. Delicie mee esse cũ filijs hominũ.
Vnde ipe stat ad hostiũ ⁊ pulsat ꝑ gratiaȝ
preuenientẽ. ⁊ si q̇s aperit sibi. intrat ꝑ gra
tiã subsequentẽ. ⁊ cenat cũ eo ꝑ gr̃am perfi
cientẽ Apoca. iij. De tertio aduentu scʒ in
morte dr̃ Lu. xij. Et vos parati estote. q̇a
qua hora nõ putatis filius hominis veni
et. In isto aduentu veniet ad discutiendũ
nostra merita. Vnde Matthei. De omni
verbo ocioso reddent homines rationem
ad exigendũ nobis credita. scʒ bonoꝝ na
turaliũ fortuitoꝝ ⁊ gratuitoꝝ. De quibus
Math. xxv. Vni dedit quinq̃ȝ talẽta. alij
duo. alij vero vnũ. Tũc em̃ requiret lucrũ
de oĩbꝫ istis. Iste aduentus est valde in
certus. ⁊ ideo vt dicit Aug. ad dioscoꝝ. vi
gilare debet omnis xp̃ianꝰ ne eũ imꝑatuȝ
inueniat dñi aduentus. Quare aũt voluit
esse diẽ aduentꝰ huiꝰ incertũ. idẽ assignat
rõem. ⁊ dicĩ li. de vita xp̃iana. Ad h̃ volu
it dñs te nescire diẽ illũ. vt q2 nescꝭ qñ ve

niat semp sis parat⁹. Et Greg. xij. li. Mo ra. dic. Ad h̄ cōditor noster nos latere vo luit vltimū diē nr̄m. vt dū ignorat sp̄ pri mus esse credat. Et tanto quis fit feruen tior in opatione q̄nto incertus est de reuo catiōe. vt dū incerti sumus qn̄ moriamur. semp ad mortez parati venire debeamus. Hec greg. De q̄rto aduētu ad iudiciū dr̄ Mat. xxiiij. ⁊ Lu. xxi. Tūc videbūt filiuz hōis venientē cū ptāte magna. Iste erit terribil' aduētus mal'. q2 ad puniendū eos et ad faciendū vindictā in natiōib⁹. bonis vero delectabil'. q2 ad remunerandū. Pri mis dicet. Ite maledicti in ignē eternum. Secūdis dicet. Venite bn̄dicti p̄ris mei possidete regnū Matth. xxv. Sic aūt ille prim⁹ aduētus xp̄i fuit desiderabil' p̄rib⁹ antiq̄s. ita iste desiderabilis iustis omib⁹. Om̄es eīn clamāt illud ps̄. Ostēde nobis faciē tuā sc3 clare visionis. ⁊ salui erimus. Nec mirū q2 desiderant cū dies iudicij sit eo2 maxima vtilitas. Primo q2 tunc exal tabunt iudicādo cū xp̄o Sap. iij. Judica bunt sancti nationes. Et Math. xix. Se debitis ⁊ vos iudicātes. Secūdo q2 tunc liberabunt ab omi pena ⁊ miseria Isa. xxv Auferet dn̄s omnē lacrimā ab omi facie. Apoc. xxi. Absterget deus oēm lacrimam ab ocul' sancto2. i. oēm causam lacrimādi. pro pena. Tertio q2 liberabunt a potesta te peccādi Isa. xxv. Auferet dn̄s obprobri um p̄pli sui de vniuersa terra. Ps̄. Adhuc pusillū ⁊ nō erit pctō2. Quarto q2 tunc eri pient a potestate diaboli Naū. i. Nō adij ciet vt p̄trāseat in te belial Isa. xi. Nō no cebūt neq3 occident. Quinto q2 liberabū tur a seruitute corruptōis Rom. viij. Ipa creatura liberabit a fuitute corruptionis Sexto q2 tūc videbūt facie ad faciē deuz suū. i. Joh. iiij. Scim⁹ q2 cū apparuerit si miles ei erim⁹. i. Co2. xiij. Videm⁹ nunc per speculū ⁊ in enigmate. tūc aūt facie ad faciē. Hec Inno. sup illud Ps̄. xij. Usq3 q̄ domine obliuisceris.

Dixi tertio q2 in verbis p̄mis sis describit aduē tus xp̄i susceptōne dign⁹ vt potēs ⁊ victo riosus ex auctoritate mittētis. q2 in nomi ne dn̄i. De quo in ps̄. dr̄. Beatus vir cui⁹ est nomē dn̄i spes ei⁹. Uere potentissimuz et victoriosissimū nomē. in q̄ vt dic ps̄. fi del' penetrat etiā mur. desissimū iuxta illō In nomine dn̄i trāsgrediar murū. In hoc solo nomine dauid vicit goliam. sicut ipse testatur dicēs. Tu venis ad me cum hasta et gladio. ego aūt cōtra te in noīe domini Potentissimū ⁊ victoriosissimū nomen in quo eijciunt demones Lu. x. In noīe tuo etiā demonia subijciunt nobis. Et q2 xp̄s fuit vnus de⁹ in suba cū p̄re. ⁊ p cōseq̄ns in potētia ⁊ v̄tute. ideo ad significandum eū esse eq̄lē p̄ri sp̄ūssctūs p ora pueros cla mabat de eo q2 venit in noīe dn̄i. Hoc ipe sol⁹ testabat Joh. v. dicēs. Ego veni i no mine p̄ris mei ⁊ nō accepistis me. Q2 aūt venerit in noīe dn̄i testabant miracl'a que erant ad gl'iam patris. vt dicit Lyra ibīd Et q̄ nemo potuit facere nisi esset deus cū eo. vt dicit Nicodem⁹ Joh. iij. Et ipe so lus dic Joh. xv. Si nō fecissem opa in eis que nemo alius fecit ⁊c̄. Est aūt sciendū q2 signū q2 aliq̄s venit in noīe regis ⁊ de eius mādato ⁊ volūtate est. qn̄ maiores regis ⁊ consiliarij ⁊ generaliter oēs illi q̄ nō nisi re gi obediunt. eū audiūt. ei famulant ⁊ obse quunt. Qn̄ aūt subiecti quasi instabiles q̄ dam ei obediūt. q̄dam nō. signū est neq̄cie in subditis. nō in dn̄o veniēte. Sic est i p posito. Nā ps̄. diu ante clamabat q2 xp̄us debuit venire in noīe patris sui. vz3. psal. cxvij. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i. Qui cū venit in mundū mox oēs creature ma iores de toto mūdo. ⁊ oēs secretarij sc3 an geli q̄ nō obediūt nisi soli deo ei seruierūt ⁊ obsecuti sunt hūilit' ⁊ fidelit'. Istud patz q2 in natiuitate angeli cātabant gaudent. Glia in excelsis. vt dr̄ Lu. ij. Et hi etiā in vita ministrabāt ei. vt patz Math. iiij. Ac cedentes angeli ministrabāt ei. Ita etiā et alie creature irrōnales q̄ in opib⁹ supnatu ralib⁹ soli deo obediūt xp̄o parebāt ad nu tū. sicut p̄tz trāscurrēdo a p̄ncipio sui ad uentus in mundū vsq3 ad ei⁹ ascensum in celū totā seriē euāgelij. Nā in natītate ei⁹ celū dedit stellā regib⁹ in ductorē ad p̄ese piū Mat. ij. Itē mare solidū calcāti se p̄ buit Mar. vi. Et idē mare trāquillitatez in tēpestate dedit Math. viij. Surdi mu ti. leprosi. ceci a natiuitate. claudi. demoni aci multi curati sūt. Et qd̄ oīm maius est mortui suscitati sunt. Quō g̃ iudei p̄nt ne gare messiā venisse. aut quō expectāt aliuz vētu2. Un̄ p̄tz q2 ipi sūt sic̄ s̄bditi istabiles ⁊ nequā. q̄ apte vidētes tāta miracl'a i xp̄o

noluerũt ei obedire. licet venisset in nomi-
ne dñi. Cũ aũt venerit antixp̃s in nomine
suo illũ accipiẽt. Hinc cõq̃rit iohes dicẽs
In ꝓpria venit. et sui eũ nõ receperunt. Et
qd̃ deteri⁹ est etiã ignominiose tractauerĩt
ps̃. lxxiij. In terra polluerũt tabnaculum
nois tui. i. xp̃m in quo deus habitauit Ex
his oĩb⁹ ad piaꝝ mentiũ ꝯsolationẽ tria
infero memorialia. Primo q̃ ad p̃mã par-
tem sermonis. Qd̃ volẽs ex aduẽtu xp̃i bñ
dictõez ꝯseq̃ glie ⁊ grẽ. necesse hꝫ se a viciis
custodire ⁊ pseruare h̃ sacro tp̃e. Istud pꝫ
q̄ꝛ Ecc̃i. xxxij. dꝛ. Qui vigilauerit ad illuꝫ
inueniet bñdictionẽ. Bene aũt vigilat qui
oculos mẽtis in ꝟo lumie tenet. ꝭm Greg.
in omel. Scd̃o infero ꝙ volẽs ꝯsequi bñ-
dictionẽ ⁊ vtilitatẽ aduẽtus dñi. necesse hꝫ
diligent̃ insistere eloquio diuino ⁊ ꝭmoni.
Istud pꝫ Deute. xxxiij. vbi leui dicit patri
suo. Qui custodierit eloquiũ tuũ ⁊ pactuꝫ
tuũ ꝭuauerit. Bñdic eũ dñe. Tertio ifero
ꝙ volẽs ꝯsequi bñdictionẽ xp̃i venientꝫ in
noie dñi. necesse habet oꝑib⁹ misericordie
et pietatis intẽdere. Istud pꝫ. q̄ꝛ nomẽ do
mini nõ est nisi oleũ misc̃die. vt dꝛ Cant. i.
Et ideo null⁹ eo dignus ẽ nisi misericors.
iuxta illud. Qui misericors est misericordi
am ꝯsequet̃. Vñ Ecc̃i. vij. dꝛ. Pauꝑi por-
rige manum tuam vt ꝑficiatur ꝓpiciatio
et bñdictio tua. Cui⁹ ꝓpiciatiõis ꝑticipes
nos faciat bñdict⁹ q̃ vẽit i noie dñi Amẽ.

Dñica scd̃a aduẽt⁹. p̃m⁹ Sermo q̃rtus

Erũt signa in so

le ⁊ luna ⁊ stellis Luce. xxi. In
hac dñica scd̃a sctã mr̃ eccl̃ia fa
cit mentionez de vltimo aduentu dñi. qui
erit ad iudiciũ finale in ip̃a consũmatione
seculi. Qd̃ q̃dez iudiciũ appellat̃ generale.
eo ꝙ in ip̃o xp̃s vẽtur⁹ est iudicare viuos
et mortuos. Dicit̃ etiã nouissimum. q̄ꝛ et si
hodie xp̃s iudicat ⁊ ab hũani generis ini-
tio iudicauit deijciens de paradiso prios
parẽtes. ⁊ hoies sepe luũt ꝓ suis factis di-
uinit⁹ penas. tñ tũc erit nouissimũ. q̄ꝛ post
illd̃ erit bonoꝝ plenissima ⁊ vera felicitas
⁊ maloꝝ digna ⁊ sũma infelicitas. In quo
etiã nõ solũ iudicabunt̃ q̃ tunc fuerĩt iudi-
canda. veꝝ etiã q̃cunq̝ ab initio iudicata
et q̃cũq̝ vsq̝ ad illud tp̃s adhuc iudicãda
sunt. apparebunt esse iustissima inq̃t Aug⁹.
de ciuitate dei li. xx. ca. i. ⁊. ij. Volẽs igitur
mater sctã eccl̃ia filios suos hr̃e illi⁹ aduẽ-
tus memoriã recolit euãgeliũ d̃ illo nouis-
simo die ⁊ eius antecedẽtib⁹ signis. vt ꝑ h̃
inducat hoies ad ꝯpunctionẽ ⁊ verã peni
tentiã. Nã sicut dicit Gre. xiiij. moralium
Terror iudicis nõ põt vitari nisi ante iu-
diciũ. qd̃ vtiq̝ nõ est nisi ꝑ satisfactionẽ pe
nitẽtie ꝓ pctis. Nõ solũ aũt memoria illi⁹
tremendi iudicij valet ad inducẽdã ꝯpun
ctionẽ in hoie ꝓ pctis p̃teritꝫ. sed etiam ad
cautelã faciendã de futuris. Unde Criso.
suꝑ Joh. omel. xlv. dic̃ ꝙ memoria iudicij
impetũ tenebit vehemẽtius oi freno. q. d.
qui trib⁹ cathẽis frenari nõ posset. sola me
moria futuri iudicij frenat̃. iuxta illud ps̃.
A iudicijs em̃ tuis timui. Hinc Job de se
dic̃. Semꝑ em̃ q̃si tumẽtes suꝑ me fluct⁹ ti
mui deũ. Job. xxxi. Suꝑ quo Grego. lib.
xxi. moral. in fine dic̃ ꝙ terrore iudicij ois
cura reꝝ tp̃alium ⁊ carnis delectatio oĩa
despiciunt̃. Et li. xiiij. dic̃. Qui ꝑuerse agit
si iudiciũ tremendũ timeret. male non age
ret. Vñ Ecc̃i. vij. Memorare nouissima ⁊
ineternũ nõ peccabis. Qd̃ tractãs Greg.
omel. xxix. dicit. Nr̃a p̃sentis temporis ita
agenda sunt gaudia vt nunq̃ amaritudo
futuri iudicij r̃cedat a memoria. Ut igit̃ ꝓ
preteritis doleamus. a futuris caueamus
p̃ntis euãgelij seriẽ de ipso iudicij generał
ordine audiamus. De q̃ aliq̃ me vestre ca-
ritati dictuꝝ breuiter ꝓpono. Veꝝ q̄ꝛ ista
sine sp̃ũssancti gratia facere nõ valeo. dicit
em̃ Beda in omel. suꝑ illo verbo Johan.
Nemo p̃t venire ad me ⁊c̃. Et si hoies ab
hoib⁹ audiũt. tñ ꝙ intelligũt. intus datur
intus choruscat. itus reuelat̃. hoies foras
verbũ dei seminare p̃nt. sed in vanũ labo-
rãt nisi itus de⁹ docẽs apiat sensus. Qua-
re p̃mo ꝓ impetranda gr̃a sp̃ũssancti vigi-
lem⁹ quã vt facili⁹ impetrem⁹ ad matrem
grẽ q̃ sp̃ũsctõ ꝯcepit ⁊ peꝑit gr̃am mũdo re
curram⁹. salutãtes eã ꝟbo angelico ⁊ voce
amena dicẽdo Aue maria gr̃a ⁊c̃. In il-
lo tp̃e. Erũt signa in sole ⁊ luna ⁊ stell. ⁊ in
terris p̃ssura gentiũ. In euãgelio p̃nti tria
tangunt̃. Prio nãq̝ describit signa p̃cedẽ-
tia iudiciũ. cũ dic̃. Erũt sig. Scd̃o descri-
bit iudicꝫ aduẽtũ. cũ dꝛ. Tũc videbũt. Ter
tio addit ꝯsolatõez iustoꝝ. cũ dꝛ. His aũt.
A Dicit ergo primo describẽdo signa prece
dentia iudiciũ. Erũt signa. Circa qd̃ sciẽ-
duꝫ ꝙ xp̃s hec ꝟba dixit ap̃lis feria tertia

post dn̄icam ramispalmaꝝ. Nā cū multas
parabolas iudeis in tēplo ipo die ꝓposuis/
set. tandē exiuit de tēplo. Et cū discipli ōn
derent ei edificia muroꝝ templi ꝛ ciuitatꝫ.
xp̄s p̄dixit eis subuersionē illoꝝ. q̄ꝛ facta ē
per titū ꝛ vespasianū. ꝛ tādē subiūxit ꝺ cō/
summatione seculi h̄ qđ dic̄ euāgelium ho
diernū dicēs. Erūt signa. Sicut aūt dicit
Nicolaus de lyra sup Math. xxiiij. c. Q̄đ
post tribulationē antixp̄i anteq̄ȝ appareāt
manifesta signa iudicij erit tp̄s breue ī quo
poterint illi q̄ decepti fuerint p antixp̄um
penitere. Et h̄ significat Apoc̄. vi. vbi dici
tur. Factū est silentiū in celo q̄si media ho/
ra. Istud em̄ tp̄s nō durabit nisi. xl. dies vl'
circiter. Un̄ dꝛ Math. xxiiij. Statim aūt
post tribulationē illoꝝ dieꝝ. i. paruo tēpo
re elapso post tribulationē antixp̄i appare/
bunt signa manifesta ꝓpinqui iudicij. Un̄
dicit. Erūt signa in sole. Math. xxiiij. dꝛ.
Sol obscurabiꝛ nō p p̄uationē lumis sui.
cū sit ei naturale. corpa aūt celestia tūc ma
nebūt in sua natura itegra. Sꝫ ista obscu/
ritas erit p interpositionē alic⁹ corpis opa
ci. quemadmodū fit in eclipsi. Et luna in
matheo dꝛ. Et luna nō dabit lumē suum.
Q̄đ pōt intelligi dupl'r. Uno mō qꝛ erit i/
terposita inter terrā ꝛ solē. ꝛ sic ps lune q̄
est versus terrā obscurabiꝛ cum nō habeat
lumen nisi a sole. Alio modo per interposi
tionē nubium obscurantiū. Et stellis. De
stellis dicit Math. xxiiij. ꝙ cadent de celo
nō q̄ntū ad eaꝝ substantiā. cū sint incorru
ptibiles. sed s̄m apparētiā. qꝛ vere stelle ab/
scondenꝛ nubiū densitate. ꝛ de nubib⁹ ver
sus terrā descendēt exalatiōes ignite q̄ di/
cunꝛ stelle cadētes. Horra autē dicit super
Math. ꝙ ista obscuritas solis et lune pōt
dupliciꝛ intelligi. vel p subtractionē ꝓprie
luminositatis. ꝛ sic s̄m glo. sol ꝛ luna ad tē
pus suo lumine p̄uabunꝛ. vt iā dictū est vt
vicinū dn̄i nuncient aduentū. Sed pacto
iudicio ꝛ mūdo innouato maius lumen re
cipient. iuxta illud Isa. xxx. Et erit lux lu/
ne sicut lux solis ꝛ lux solis septupl'r. Und̄
dicit Cris. ꝙ p̄rēfamilias moriente. dom⁹
eius turbaꝛ. familia plangit ꝛ nigris se ve/
stimētis induit. Sic humano genere pro/
pter qđ facta sunt om̄a circa finē ꝯtristato
celi mysteria lugēt. ꝛ cādore deposito tene
bris induunꝛ. vel obscurari dicunꝛ. non di
minutione sue lucis: sed superueniente clari
tate veri solis obscurari videbunꝛ. ꝛ nulli/
us esse luminis. Isa. xxiiij. Erubescet luna
ꝛ ꝯfundeꝛ sol cū regnauerit dn̄s exercitu/
um. Silr qđ dꝛ de stellis. Stelle cadēt. h̄
pōt intelligi q̄ntū ad mutationē luminosi
tatis in obscuritatē. ꝛ ita cadēt nō a situ. sꝫ
a lumine. vt ad tp̄s lumīe careant. vt vici/
nū dn̄i indicēt aduentū. Uel scđo q̄ntum
ad apparitionē. Sicut em̄ nunc videꝛ va/
por ascendēs inflāmat⁹ cadere ad moduȝ
stelle. sic veniente iudice. tales inflāmatio/
nes crebrius ꝛ ampli⁹ fient q̄si signa inflā/
matōis mūdi. Uel tertio h̄ dꝛ ꝓpter scintil
lationē q̄ apparebit in aere ocul' stupefactꝫ.
De obscuratōe solis dicit Orige. esse p̄ba/
bile ex hoc. qꝛ tunc circa ꝯsummationē se/
culi ex magno fumo eleuato obtenebrabiꝛ
superior pars aeris. ita vt lumē solis non lu
ceat. De lune obscuratiōe p̄babile est. qꝛ cū
luna nō recipit lumen suū nisi a sole. igitur
obscurato sole obscurabitur luna. De casu
stellarū p̄babile est. qꝛ ex q̄ tanta erit obscu
ritas ꝙ obscurabiꝛ sol ꝛ luna. multo mag̃
stelle obtenebrabunꝛ. q̄ q̄m nō apparebunt
iudicabūꝛ ab homib⁹ cecidisse. Hugo aūt
de p̄ratis hic dic̄ ꝙ tunc erit vniuersal' ecli
psis p totū mundū q̄ nō fiet p lune interpo
sitionē. sed per v̄tutem diuinā. Et iđo du
rabit q̄ntū deo placebit. sicut ī passiōe dn̄i
factū fuit. Scđo pōt hoc intelligi metha/
phorice. qꝛ tunc sol ꝛ luna ꝛ stelle meroreȝ
diei illius inspicere nō audebūt. sicut nec
passionē xp̄i. Tertio p̄t hoc intelligi mysti
ce. qꝛ tūc sol. i. xp̄s q̄ est sol iusticie obscura
biꝛ. eo ꝙ subtrahet suis electis p̄tātē faciē/
di v̄tutes ꝛ miracula. Tūc etiā predicatio
cessabit per quā xp̄s mundū illumiat. Lu
na etiā ꝯuerteꝛ in sanguinē. vt dꝛ Johel. ij.
Luna intelligitur ecclesia que recipit lu/
men a sole xp̄o. que tunc polluceꝛ sanguine
peccatoꝝ ꝛ tyrannoꝝ. Stelle sunt docto/
res qui ad iusticiā erudiūt hodie multos.
qui tunc cadent. qꝛ a docendo deficient et
cessabunt. loco quoꝝ surgent pseudo falsi
doctores. vt dꝛ Math. xxiiij. Et in terris
pressura gentiū. Ista pressura in terris erit
ex concursu multoꝝ. q̄ s̄m Horā hic cōsur
gent ꝓpter terremotū maxime de locis mō
tanis et insulis. Sed Hugo de sancto vi
ctore dic̄ ꝙ ista pressura erit duplex. Una
propter rugitum maris. quem tūc de pro/
pinquo audire erit horribile. Und̄ ī textu

pre confusione sonitus maris ꝛ fluctuum.
Erit enim pmo nimia eleuatio maris extra
terminū suū naturalē.s.vltra altitudinem
montiū.xl.cubitis.iuxta illud ps̄. Mira-
biles elationes maris. Scd̓o erit ipius ni
mia ad infima loca depressio.ita vt vix ap
pareat. Apoc.xxi. Mare iam nō est. Ter-
tio erit ipius horribilis sonitus. iuxta illd̓
ps̄. Eleuauerūt flumina vocez suā. Propt
ista ergo vt dicit Hugo illi q̄ habitāt i ma
rinis partibꝫ ꝯcurrent ad loca elongata a
mari timore rugitus maris p̄ ꝯfusione so-
nitus maris ꝛ fluctuū.scꝫ inordinata com
mixtiōe vndaꝝ. Uel sm ipm.ꝯfusionē istā
possum⁹ itelligere ꝯturbationē nouā .q̄lis
nūq̄ꝫ visa ē. Et est h̄ mltū pbabile. Naz sm
Jacobū de alexādria. Facta alteratiōe cir
ca corpa celestia necesse ꝯfundet mare. qd̓
disponit p corpa celestia. vt dr̓.i. Methe-
roꝝ. Scd̓o ista p̄ssura erit ex psecutiōe an
tixpi corā q̄ fugient hoīes de regnis suis
ad xplm alteꝝ. Uel q̄a opprimentur vndiq̄ꝫ p
ipm. Et hec erit pressura in terris. Ex hoc
aūt terrore sequet in hoībꝫ immutatio. vñ
sequit in lr̄a. Arescētibꝫ homibꝫ p̄ timore.s.
maloꝝ q̄ cernēt.ꝛ expectatione maloruz q̄
supuenient in posterū vniuerso orbi.i. vni
uersalit. Ita dicit Hugo de sancto victo-
re. Ex isto igit timore arescēt hoīes q̄ erāt
opulenti ꝛ pingues. Quia puer.xvij. dicit
Spūs tristis exiccat ossa. Tūc enim imple-
bit illud Isa.xiij. Omes manus dissoluen
tur commendabilis
ex missionis vtilitate. cui perseuerant est i⸗
sistendū. cū dicitur. preparabit viā tuā an⸗
te te. id est ante ostensionem tuā. Et quia
hec preparatio que fit per sacerdotes i mē
tibus fideliū. nō est nisi ministerialis. Ipsi
em̄ sunt ministri per quorum officiū predi
cationis et doctrine: deus auctor princi⸗
palis preparat corda fideliū. vt sint digna
receptacula gratie diuine. Unde Isaye
lxi. de sacerdotibus dicitur. Uos sacerdo
tes domini ministri vocabimini dei nostri
Et paulus pro omnibus dicit. Ministri
christi sunt et ego. Qualiter autē deus pre
parat corda fidelium habitū est in sermo⸗
ne precedenti. Ideo hic solum restat vidē⸗
dum de via quomodo diuersi diuersimo⸗
de in eā preparātur. Alius em̄ de inuio re⸗
ducitur ad viam. Alius in via deducitur
per viam. Alius deducitur sup̱ viā. Alius
de via educit̄ ad patriā. De inuio ad viā
ducitur cecus. In via p̱ viā ducit̄ iustus.
In via sup̱ viā ducitur perfectus. De via
ad patriā decitur sanctꝰ. De ꝓmo quō de
inuio ad viam ducit̄ cecus. dicitur Ozee.
ij. Ecce ego sepiā viā eius spinis. ⁊ sepiā
eā maceria ⁊ semitas suas nō inueniet. ⁊ se
quet̄ amatores suos. ⁊ nō apprehēdet eos.
et queret eos ⁊ nō inueniet. Et dicet. Ua
dam ⁊ reuertar ad virū meū priorē. qꝛ be⸗
ne mihi erat tunc magis ꝙ̄ nunc. Istud al
ludit facto qꝺ contingit circa cecos q̇ tūc
dirigunt̄ ad viā. quando aliqꝺ obstaculū
vel impedimentū inueniunt in inuio. Uñ
qñ se sentiūt iter spinas aut tribulos. tūc i
telligunt se nō esse in via recta. ⁊ sic cogun
tur querere viā. Moraliter. Sic etiā deꝰ
volens peccatorē reducere ad viā veritatꝭ
⁊ iusticie ponit eū iuter spinas. i. mittit in
eū tribulationes ⁊ angustias q̇bus cōpun
ctus peccator nō valens procedere vlteri
us ad peccandū reducitur ad viā salutis.
Uñ tribulatiōes sūt signa misericordie di
uine. Uñ Apoc. iij. dr. Ego quos amo ar⸗
guo. Et Bern̄. dicit. Nullū testimonium
amoris eius credibiliꝰ. nullū certiꝰ in vita
ista ꝙ̄ quod desiderat ꝓpheta dicēs. Corri
piet me iustus in misericordia. Licꝫ em̄ vi
det̄ esse iratus. tamē est misericors. Iuxta
illud. Cū iratus fueris misericordie recor
daberis. Super quod verbū dicit Rich.
Uolo irascaris mihi pater misericordie. sꝫ
ea ira qua corrigis deuiū. nō qua excludis
deuia. Nō em̄ cum irasceris. sꝫ cū te sentio
iratū tūc maxime sentio te ꝓpiciū. Ad hoc
em̄ irasceris vt sentiā iram. ⁊ sentiens cor⸗
rigam qꝺ peccaui. De secundo quō in via
per viā ducit̄ iustus dic̄ ps̄. Deduc me do
mine in via tua. ⁊ ingrediar in ꝟitate tua.
Et q̄si dn̄s rn̄dens dicit ibidē. Oculi mei
ad fideles terre vt sedeāt mecū. ambulans
in via immaculata hic mihi ministrabat.
Et iteꝝ. Intelligā in via imaculata qñ ve
nies ad me. Uia ista imaculata est via vir
tutis ⁊ iusticie. q̄ dicit̄ imaculata. qꝛ nō pa
titur in se maculas vicioꝝ. De tertio scilꝫ
quō sup̱ viā ducit̄ p̱fectus. loquit̄ sapiens
Prouer. iiij. Uiam inquit sapiētie mōstra
bo tibi. ⁊ ducā te p̱ semitas eq̄tatis. q̄s cū
ingressus fueris. non artabunt̄ gressus tui
et currens non habebis offendiculū. Ista
tria designant tres status. scilꝫ incipienti⸗
um. proficientiū. et perfectoꝝ. Incipiētes

deserunt malum. ideo quasi ceci reducunt de inuio ad viā. Proficientes operant bonum. ideo ambulant in via. Perfecti perseuerant in bono. ideo gradiunt super viam Non solum em contenti sunt implere pcepta. sed etiā consilia. Post hos statim seqt alter. qui de via ducitur ad patriā. Et iste est sanctus. Ps. Deduc me dñe in via eterna. id est qua itur ad eterna. Et iter. Deus in sancto via tua. Hec est triplex via quaz angelus domini. i. quilibet predicator preparat in cordibus fideliū. Nam eius est officium peccatores quasi cecos ducere de inuio ad viā ne aberrent a salute. Justos ducere per viam in via ne declinent a bono. Perfectos ducere super viam vt proficiāt et perficiant ne cessent. Solius autem dei facere vltimū. id est sanctuz ducere de via ad patriam vt premium accipiat. Qd nobis prestare dignetur iesus christus per secula benedictus.

Dñica quarta in aduentu I
Sermo X

Miserūt iudei ab hierosolymis Jobā. i. In hac quarta dñica sancta mater ecclesia recolit quartū aduentū xpi in mentē homis p gratiā. De quo ipe saluator Joh. xiiij. dicens ait. Si quis diligit me sermonem meū seruabit. z pater meus diliget eū et ad eum veniemus. z mansionē apud eū faciemus. Et Apoc. iij. Ego sto ad ostiuz et pulso. si quis mihi aperuerit. itrabo ad eum z cenabo cum eo. Volēs igit ecclesia fideles inueniri paratos ad suscipiendum gratiā huiusmodi. hodie p iohannē baptistā pcursorē christi intonat dicens. Dirigite viam domini. Viā vtiqz nō corpalium pedum. sed mētaliū affectionū. Tenet aūt hic iohannes formā cuiuslibet pdicatoris qui venienti xpo preparat viaz in cordib fideliū. Vn significat per seruū helisei. d q dicit. iiij. Re. iiij. Vbi heliseus misit seruū suū ante se cū baculo suo ad suscitādū puerū mortuū. sz n surrexit puer. Per heliseū intelligitur xps. per seruū iohannes. p baculum predicatio. per mortuū genus hūanū. Quia sicut dicunt omes doctores. Johannes per baptismū z predicationē peccata nō dimisit. sed animas hoim ad christi reuerentiam et audientiaz preparauit.

Sed heliseus. id est xps adueniens qui interpretat dei mei salutare suscitauit puez id est genus humanū mortuum a peccatis originalibus z actualib liberauit. Sic et hodie predicatores preparant corda fidelium per verbum sue predicationis. xpus aūt veniēs in mentē eoz viuificat corda p gratiā sanctificatōis. Et ideo nemo predicatori docenti tribuat qd ex ore docētis intelligit. Quia nisi intus sit qui doceat docētis lingua inuanū laborat. inquit Greg. in omel. Penthe. Quapropter ante omnia p gratia xpi per spiritūsanctū nobis danda laboremus vt aliquid ad salutē de verbis euangelij hodierni intelligere valeamus. Quod vt assequamnr ad matrē gratie virginē gloriosam recurramus salutātes eam voce amena dicentes Aue maria zc. In vobis pmissis describit interrogatio facta p iudeos de iohannis baptiste conditione. Circa quā tria ponuntur. Primo nāqz describitur querentiū z interrogantiū honorabilis auctoritas. cum dicitur. Miserūt iudei ab hierosolymis. Scdo describitur stabilis beati iohannis humilitas. cū dicitur. Et cōfessus est z nō negauit. Tertio sbditur saluatoris nostri per iohannē laudabilis cōmendatio. cum dicit. Ego qdē baptiso in aq. medi9 āt vrm stetit zc. A

Dixi primo q in verbis euangelij presentis describit interrogatio facta per iudeos de iohannis baptiste cōditione. cū dicit in pncipio. Miserūt. Istud factū est circa annū xxx. etatis xpi. vt dicit magister in scolastica histo. Stabat em iohes in deserto predicans baptismū pnie. Quē iudei reputabāt xpm pter vite sanctitatē. Et iō volentes certificari de h. miserūt ad euz sacerdotes z leuitas. Dic aūt hic Lyra q tpe pdicationis iohis erat famosa opinio. z maxime i hierlm. vbi vigebat studiū legis z prophetaz q tps messie eēt ppinqū. Pmo q videbāt ab eis ablatū regnū eē. Et h fuit eis datū p signo Gen. xlix. Scdo q videbant cōpletas hebdomadas dictas a daniele d aduētu scīsctoz. q cplete erāt i natiuitate xpi. vt dr Dan. ix. c. pter qd messiā de pximo expectabāt. Ex alia pte videbāt iohis baptiste mirabilē natiuitatem. Secundo eius excellentem sanctitatē et meritū vite Tertio eius doctrine prudētiā efficacem.

Quarto baptismi nouitatem. Unde pro-
pter ista suspicati sunt eum esse christum. ꝓ
pter quod miserunt solennes nuncios ad
eum. volentes scire suꝑ hoc veritatẽ. Ve
runtamẽ Criso. dicit ꝙ maliciose venerũt
Et potest hoc esse veruꝫ de phariseis. qui
vt magister in de vita christi audita opini
one quã turba habebat de iohãne moti cõ
tra eũ ꝙ sibi baptizandi officiũ preter ordi
nem legis. ⁊ traditionem eorum assumpsis
set indebite. Et dubitantes an messias es-
set miserunt ab hierosolymis. Sed quan-
tum ad iudeos simplici animo fecerunt vt
dicit Orige. volentes inquirere veritateꝫ
Et hoc patet quia in modo querendi ha-
buerunt magnam ad iohannẽ reuerentiã.
Et hoc ex quattuor. Primo ex ꝑsonis mit
tentibus nuncios ad ipm. quod notať cuꝫ
dicitur Miserunt iudei. i. de tribu iuda. ꝗ
erant nobiliores in populo. Secundo ex
loco missionis. cuꝫ dicič. Ab hierosolymis
que erat ciuitas sacerdotalis ⁊ regia. ⁊ q̈a
studium legis et ꝓphetaꝝ ⁊ cultus diuinꝰ
vigebat ibi. Similiť ipa erat caput regni.
Tertio ex parte nuncioꝝ cum dicič. sacer-
dotes ⁊ leuitas. qui erant solennes perso-
ne. ⁊ maxime quia illi sacerdotes et leuite
qui fuerunt missi erant de secta phariseoꝝ
vt dicitur hic. Et isti erant magis religio-
si ⁊ famosi in toto illo populo. Quarto ex
modo interrogandi. cum dicitur. vt inter
rogarent eum. Tu quis es. quasi volentes
acquiescere dictis eius. Dic em̃ Crisosto.
ꝙ iudei ita fide dignũ estimauerunt esse io
hannem. vt ei de seipo dicenti crederent.
Querunt ergo dicentes. Tu quis es. Dic
hic Criso. ꝙ iudei multuꝫ affecti erant ad
iohannem. Indignum em̃ estimabant euꝫ
subiici christo. ꝓpter multa que iohãnis cla
ritatem demonstrabãt. Quorum ṗmuꝫ est
genus illustre. principis em̃ sacerdotũ fili-
us erat. Scḋm erat dura educatio. Terti
um erat humanorũ despectio. In xp̄o aũt
videbatur genꝰ humile. quod ei exprobra
bant dicentes. Nonne hic est filius fabri.
Similiter dieta fuit in christo competẽs
et humana. vnde vocabãt eum carniũ vo-
ratorem ⁊ vini potatorẽ. Similiter vesti-
menta erant honesta. ⁊ ꝯuersatio humana
Sꝫ qꝛ iohãnes cõtinue mittebat ad xp̄m.
et iudei refutabant xp̄m. volentes ꝙ iohan
nem magis habere in magistrũ. mittũt ad
eum opinãtes blandiciis eũ allicere ad cõ
fitẽdũ se esse christũ. Unde dicunt. Tu q̈s
es. nõ quasi ignorãtes. sꝫ ad confitendũ se
xp̄m inducere volentes. Et patet hic ſm
Hugo. de sancto victore ꝙ isti expresse ni-
tuntur ꝑferre iohannẽ ch[illegible] quasi indi-
gnum reputantes xp̄m ⁊ [illegible]m ac contem
ptibilẽ ꝙ ei merito iohes nõ subesse sed ꝑ-
esse debeat. ⁊ ratione generis ⁊ ratione san
ctitatis. Unde tm̃ credebant iohanni ꝙ si
se dixisset etiã dei filiũ credidissent. Chri-
sto aũt in nullo credere volebaut. Unde ei
potius dixerunt. Tu de teipo testimoniuꝫ
dicis. testimoniũ tuũ nõ est verum Johã.
viii. et alia multa. Moraliter. Isti nolẽtes
subiici christo propter eius genealogiam
pauperẽ ⁊ vitam competentẽ ⁊ humanam
significant illos tam in statu seculari q̃ꝫ spi
rituali. qui dedignantur subiici prelatiꝫ eo
rum aut dominis minus generosis vel mi
nus sanctis minus doctis vel minus sapi
entibus. Contra quos est apostolus dicẽs
Obedite prepositis vestris. nõ tm̃ bonis.
sed etiã discolis. i. Pet. ii. Hoc fecit ⁊ xp̄s
q̈ ꝑ oia subditꝰ erat ꝑentibꝫ suis. Dic bern̄.
Quis quibus. deus hominibus. vt pꝫ Lu
ce. ii. Et ipse christꝰ fecit reddi tributa eti-
am gẽtilibꝫ ĩꝑatoribꝫ. vt Mat. xvii. B

Dixi secũdo ꝙ in secũda par-
te huius euãge-
lii describitur beati iohannis baptiste sta-
bilis et constans humilitas. et hoc in om̃i
bus suis responsionibꝫ. Unde dic̃. Et con
fessus est. Et nõ negauit. Et confessus est:
qꝛ nõ sum ego xp̄s. Dicit h Greg. in omel.
ꝙ ex ista respõsiõe ꝯmẽdať iohis hũilitas
qui cũ tãte ꝟtutis esset vt xp̄s credi potuis
set. elegit solide subsistere in se ne humana
opione rapereť inaniť suꝑ se. Dicit ergo et
cõfessus est. Hugo de sctõ victore. Cõfes-
sus est publice se nõ esse xp̄m. et nõ negauit
suꝑple veritatẽ. scꝫ se esse ꝑcursorẽ ipiꝰ. Ut
nõ negauit scꝫ silendo. Aliqui em̃ negãt ve
ritatem tacendo. de quibꝫ dicič. Qui tacet
cõsentit. de re. iuř. q̈ tacet li. vi. Et confes-
sus est qꝛ nõ sum ego xp̄s. scꝫ vt quidã ve-
strũ opinantur. Uel ad minꝰ vt h dicerem
machinanť. ⁊ ita mãifeste ꝑcutit corda eoꝝ
Licet em̃ vt dicit beatꝰ Thom̃. illi nõ q̃re
bãt vtrũ esset xp̄s ꝟbis. tñ intentiõe. Et iõ
intentõi r̃ndet magꝭ q̃ꝫ q̃stioni ſm Gorrã.
De hac fideli confessione dicitur Mat. x.

Dominica quarta aduentus

Omnis q̄ confitebit me coram hominib⁹.
confitebor ⁊ ego eum. Johannes maxime
confessus est. quia cū posset reputari xp̄us
noluit. Et sic ẜm Grego. dum non vult ra
pere nomen christi. factus est membrū xp̄i
Et interrogauerunt eum. Quid ergo He
lias es tu. Dicit beatus Thomas sup̱ Jo
hā. ꝙ duo querebant. scꝫ ꝑsonā ⁊ ꝑsone of
ficiū. Prima q̄stio fuit de ꝑsona. om̄es alie
sequētes sunt de officio. Unde seq̄r. Et in
terrogauerunt eum. Fraudati ab intentōe
sua ⁊ remota priori opinione. dicūt. Quid
ergo scꝫ es. Non expectant responsionem
prioris questionis. sed stati opponūt alioꝝ
opinionē dicētes. Helyas es tu. Dic̄ tho.
ꝙ a populo iudeoꝝ sicut expectabar xp̄us
venturus. sic Helyas ipsum precursurus.
Malach. vlti. Mittam helyā tesbitē. Et
ideo videntes iohannē nolle se fateri xp̄m
instant vt saltem se dicat Helyam. Unde
dicunt. Quid ergo. Helias es tu. Querūt
de helya primo. quia helyas apud eos ma
ior ceteris habebatur ẜm Crisosto. Secū
do quia in helya precessit figura baptismi.
qui diuiso iordane cum heliseo ꝑtransiuit.
vt dr̄. iiij. Regū. ij. Tertio quia helyas la
titauit in speluncis ad modū fere. et q2 au
stere vixit. Sic iohannes. vt ptꝫ Mat. iij
Quarto quia sicut helyas maximū zelum
habuit in corrigendo. vt ptꝫ. iij. Regū. xix
Sic iohānes corripuit herodē. vtꝫ Mat
thei. xiiij. ca. Propter ista ergo putabatur
helias. etiam in ꝑsona ẜm errorē illoruꝫ q̄
dicebant ꝙ anima vnius hominis p⁹ mor
tem intrare posset corpus alterius homīs
et facere similia opera. Maxime autē hoc
putabant de helya qui nō fuit mortuus. sꝫ
in paradisum translatus. Unde putabant
eum redisse de paradiso. et habitare more
pristino in deserto. Sed beatus Johānes
respondet non sum. Sed contra hoc vide
tur. Christus em̄ dicit Math. xi. Si vul
tis scire. ip̄e est helyas qui ventur⁹ est. Et
eiusdē. xvij. Dico vobis helyas iam venit
Et tunc intellexerunt ꝙ de iohāne bapti
sta dixisset eis. quō ergo negauit se h̄ heliā
Rn̄deo ẜm Dionisiū. Intellectus diui. id
est angelici distribuunt in substantiā ꝟtu
tem ⁊ operationē. similit̄ alia oīa. Johā
nes ḡ negat se esse helyā q̄ntum ad substan
tiā ꝑsone. Christus aūt dicit eum helyam
quātū ad ꝟtutē ⁊ oꝑationē. Uñ angel⁹ an
nūciator sue ꝯceptionis nō dixit. Ip̄e prei
bit ante illū in persona helye. sed in spiritu
et virtute Lu. i. id ē in silitudine opeꝝ ẜm
Tho. Deinde ꝓponunt tertiā q̄stionē dicē
tes. Propheta es tu. ẜm Criso. querūt de
illo ꝓpheta quē s̄m Moysi expectabant.
De quo Deutere. xviij. Prophetā suscita
bit vobis dominus de fratribus vestris.
ip̄m tanq̄ me audietis. Uel ꝓpheta es tu.
id est heliseus quē antonomasice ꝓphetam
esse dicebāt. quia duplicē spiritū helye ha
buit. et o bhoc credebar esse iohānes. Qui
et diuisit iordanē. qui significat baptismū.
Et iohānes baptizabat ⁊ sic eum putabāt
Heliseum q̄ dicitur auctoritatiue ꝓpheta.
Et respondit. non sum. Sed contra tamē
Lu. i. Zacharias spiritusancto dicit eum
esse prophetam. Tu puer ꝓpheta altissimi
vocaberis. Respōsio ꝙ ꝓprie loquendo ꝓ
pheta dicit̄ p̄dictor futuroꝝ. Johes ḡ quia
presentē ostendit nō futurū p̄dixit. idō nō
fuit ꝓpheta. sed pl⁹ q̄ propheta. Ita soluit
Grego. Sed contra hoc videt̄. quia si fuit
plus q̄ ꝓpheta. igit̄ ꝓpheta. quia minus in
cludit̄ in maiori. Rn̄deo ẜm Lyrā. ꝙ vere
nō fuit ꝓpheta ille quē moyses p̄dixit iude
is loco sui venturū. Hoc em̄ de xp̄o dictū
fuit ad litterā. Unō iohannes intelligens
ip̄os querere d̄ illo magno ꝓpheta recte re
spondit ad intentionem eoꝝ scꝫ non sum
xp̄s quem vos estimatis sicut prius. Dixe
runt ergo ei. scꝫ illi nuncij cōsiderantes ꝙ
nihil magni dixit de se. volentes autē mo
dū scire ne vacui redirent ad mittentes q̄
runt quarto. Quis es vt responsum dem⁹
his qui miserunt nos. quid dicis de teip̄o.
Hāc q̄stionē iā fecerāt. sꝫ dolus fec̄ eā ite
rari. Uñ causam falsam subijciūt dicētes.
vt rn̄sum dem⁹ his. q̄si dicāt, nō aliud q̄ri
mus nisi vt rn̄sum reportem⁹ mittentib⁹. ꝑ
qō obumbrabāt dolū quē habebāt i corde
ẜm Hugo. qō ptꝫ q2 stati vt audierūt rn̄
sum q̄d iohes diceret de seip̄o arguerūt eū
dicētes. Quid ḡ baptizas. Sꝫ iohes tan
q̄ constās ⁊ humilis. humilia ⁊ vera de se
respondit dicens. Ego vox clamātis i de
serto. q. d. ego sum quasi vox respectu xp̄i.
qui est verum verbū de corde p̄ris aū secl'a
genitū. ⁊ modo huic mūdo visibilit̄ incar
natū. Nō rn̄dit iohes ꝓpriā nominationē
neq̄ genus nobile neq̄ patriam vt diceret
Ego sum iohannes fili⁹ Zacharie ponti

ficis de hierl'm ciuitate. de tribu leui. sic fa
ciūt vani iactitatores cū q̄rit. imo cū ñ q̄ri
tur ab eis. Ego sum talis dignitatis filius
palatini. castellani aut alterius ex pauis et
auis ⁊ patrib⁹. despiciētes p hoc alios. Cō
tra quos dicit Hiero. in epistola ad thalā
ciā. Sola apud deum nobilitas est nō ser-
uire peccatis. atq₃ clarum esse virtutibus.
Quid ergo prodest illi nobilitas quem sor
didant mores. Aut quid nocet illi gene-
ratio vilis quē mores adornāt. inquit Cri
so. super Mattheū. tractans illud. patrē
habemus abraā. Magis ergo iohannes
respondit illud de se per quod ad xp̄m per
tinebat. Unde dicit. Ego vox clamantis
in deserto. Ubi p̄mo affirmat se esse p̄cur-
sorē xp̄i dicēs. Ego vox clamāt₃ in deserto.
id ē ego sum ille de quo scriptū est Jsa. xl.
Ubi d̄r vox clamantis in deserto. dirigite
viā dn̄i. i. ego sum ille q̄ debet clamare i de
serto iudee. vt homies se preparent ad ad-
uentū xp̄i in mundū. Uocat aūt iohānes
se vocē. xp̄m aūt verbū. iudeā vero desertū
Uocem se vocat. Primo quia sicut vox p̄-
cedit verbū. ita iohannes xp̄m. Lu. i. Jpe
preibit ante illū. Secundo quia sicut vox
est p̄pinquior verbo q̄₃ sonus. ita iohannes
propinquior fuit xp̄o quantū ad presentiā
corporalē. quia ip̄m digito demōstrauit q̄₃
alij prophete qui eum a longe predixerūt.
Tertio quia sicut vox manifestat verbum.
ita iohannes nascendo baptizando p̄dicā
do moriendo xp̄m māifestauit. Un̄ Joh. i.
Hic venit in testimoniū vt testimoniū per
hiberet de lumine. Quarto quia sicut vox
transit ⁊ deficit. verbū autē remanet. Sic
iohannes transiuit de hoc mūdo. xp̄s aūt
permansit post eū. Un̄ Joh. iij. dixit iohā-
nes. Me oportet minui. illū autē crescere.
Quinto quia sicut vox est inutilis sine ver
bo. ita baptismus iohannis sine baptismo
xp̄i. Un̄ hic dicit. Ego quidē baptiso aq̄.
medius aūt vr̄m stetit quē vos nescit₃. Di
cit aūt se iohannes vocē nō qualiscūq₃ ver
bi silenter aut secrete prolati. sed verbi cla-
mantis. Jdeo dicit. Uox clamātis. Chri
stus eīn clamabat p̄mo ideo quia manife-
stare veritatē venerat. Un̄ Joh. vij. Sta-
bat iesus ⁊ clamabat. Secūdo q̄r iudei ab
ip̄o maxime distabāt. Jn ps̄. Elongasti a
me amicū. ideo necesse fuit xp̄um clamare.
Tertio q̄r surdi erant. Un̄ Jsa. xlij. Quis
surdus nisi seruus meus. Quarto q̄r xp̄us
p̄pter inobedientiā eo₊ cū indignatōe loq̄
bat. ideo clamare d̄r. Un̄ i ps̄. Tūc loquet
ad eos i ira sua. Et vbi clamat hec vox di
cit in deserto. Judeā vocat desertū Mat.
xxiij. Ecce relinquet vobis dom⁹ vr̄a de-
serta. Deserta est iudea. i. destituta ⁊ dereli
cta solacio redemptoris ⁊ gratia xp̄i Act.
xiij. Uobis p̄mū oportuit predicari regnū
dei. Sed quia indignos vos fecistis vite
eterne. Ecce cōuertimur ad gentes. sic eīn
precepit nobis dn̄s. Sed quid clamabat
ista vox. certe hoc quod sequit. Dirigite vi
am domini. Ad litterā. Johānes in deser-
to clamabat Math. iij. Johannes vēit p̄-
dicans in deserto ⁊ clamabat. dirigite viā
dn̄i. q̄r predicabat penitentiā. p quā diri-
gitur via peccatoris ad deū. q̄ sc₃ est obliq̄
q̄₃diu peccat. dirigitur aūt p mādato₊ ob
seruantiā. Un̄ Joh. xiiij. Si quis diligit
me sermonē meū seruabit. Et sequit. ad eū
veniemus. Ecce via. Beatus aūt Thom.
hic dicit q̄ loquit de via iusticie que xp̄o ē
preparanda. De qua Jsa. xxvi. Semita iu
sti recta est. Quod tūc fit quādo homo to-
tus subditur deo. vt sc₃ intellectus p fide₃
voluntas per amorē. operatio per obediē-
tiam deo subijciatur. Sed contra Hiere.
x. dicitur. Non est in voluntate homis via
eius. neq₃ viri vt dirigat gressus suos. er-
go hortatur ad impossibile. Respōdeo ve-
rū est q̄ solius dei est dirigere viā hominis
per gratiā ⁊ caritatē. sed hominis est p̄pa-
rare se quantū in ipso est ad directionē. vn
de Grego. Uia dn̄i dirigit cū ad precepta
cor p̄parat. Et qui missi fuerāt erāt ex pha
riseis. Hic describit querentiū improbita
tē. Jnter iudeos quidē erant tres secte. sc₃
Saduceo₊. Ezeorū et phariseoru₃. inter
quos pharisei erant inuidi ⁊ maliciosi con
tra christum. De quibus hic dicitur q̄ isti
nuncij erant ex phariseis. Qui vt dic̄ Cri
sistomus. nesciunt querere. s₃ inuidere. vn
de querunt improbe dicentes. Quid ergo
baptizas. Si tu non es christus. neq₃ he-
lyas. neq₃ propheta. quasi dicant. Unō ti
bi hec auctoritas q̄ vsurpas tibi alienum
officiū. ⁊ inducis nouum ritum et sectā no
uam. Si tu non es christus qui potestate
p̄pria baptizabit. neq₃ helyas qui in transi
tu iordāis significauit baptismū. iiij. Reg.
ij. Neq₃ p̄pheta. cui⁹ officiu₃ est baptizare.

vt ptz de heliseo.iiij.Reg.v. qui iussit ba-
ptisari Naaman principem.q̄si ergo dicāt.
Cum te dicis nō esse aliquē illoꝝ trium q̄
bus scriptura ꝯcedit baptizare.sine aucto
ritate facis ⁊ stulte. Dicit Criso. Quia nō
potuerūt blandicijs supplantare. accusati
ones immittere tēptant Orige.hic dicit ꝙ
isti fuerunt alij nūcij a p̄cedētibus. q̄d ptz
quia illi reuerenter.isti improbe q̄rūt. Sz
Aug.Gre.⁊ Criſ.dicūt fuisse eosdē sacdo
tes et leuitas.tū nobiliores ex phariseis.int
quos etiā erāt sacerdotes ⁊ leuite. Isti er-
go videntes ꝯcursum populi ad iohannis
baptismū. volentes impedire istū nouū ri-
tum tanq̄ꝫ inuidi dixerunt iohanni. Quid
ergo baptizas.q̄si dicāt.quō audes bapti
sare. Similes sūt inuidis dicentib⁹ vidē-
tibus. Nolite videre. Isa.xxx. Sed audia
mus responsionē prudentē. Rn̄dit eis Io-
hannes exp̄medo veritatē sui officij dicēs
Ego baptizo in aqua.i.lauo exterius tm̄.
nō tanq̄ꝫ xp̄s interius sed ad ip̄um p̄paro.
Actu.xix. Iohannes baptisauit baptismo
penitētie ostēdēs eū cui crederēt. Ego ba-
ptizo in aqua in pniam.nō in sp̄ū.in remis
sionē pctōrum. Doceo eīn penitere. sed nō
possum absoluere.p̄paro ergo corpa lauan
do ad designādū illum q̄ venturus est ba-
ptizare in sp̄ūsancto auctoritatiue etiā ani
mas abluendo. Nō debetis ergo mirari si
nō existēs xp̄s.helyas aut ꝓpheta baptizo.
Baptismus eīn meus nō est ꝑfect⁹ nec cō-
pletus.qꝛ solū est in corꝑe nō in aīma. Vn̄
ego lauo corpora in penitentiā.⁊ in signuꝫ
penitentie purgantis animas. Hec magi-
ster in de vita xp̄i. Et est sensus ex ista ex-
positione. Ego baptiso in aqua.id ē ego q̄
sum purus homo lauo corpora.sed veniet
alter in spiritu.i.qui erit deus ⁊ homo.⁊ il
le lauabit ꝑfecte vtrūq̄ꝫ.scꝫ animā ⁊ corp⁹.
Corpus corpore suo. ⁊ animā spiritusan-
cto qui est deus. Actu.i. Iohannes quidē
baptizauit aqua. vos aūt baptizabimini
spiritusancto. Conueniebat autem iohan
ni baptisare propter tria. Primo qꝛ licꝫ nō
esset xp̄s.erat tū p̄cursor eius.ergo debuit
par are viam sua p̄dicatōe p̄dicatiōi xp̄i.⁊
baptismo suo baptismo xp̄i. Scd̄o qꝛ licet
nō esset helyas ꝑsona.erat tū v̄tute Luē.i.
Tertio qꝛ licꝫ nō esset ille ꝓpheta singularꝫ
erat tū plusq̄ꝫ ꝓpheta cōmunis. Erat etiaꝫ
vtilis ille baptism⁹ ad tria. Prio ad assue-
factionē ad baptismū xp̄i. Scd̄o ꝓpter emē
dationē.quia baptizabantur ꝯfitētes pec-
cata sua.⁊ tertio propter christi manifesta-
tionē.sicut statim sequitur. C

Dixit tertio ꝙ in euāgelio p̄sen-
ti ponit̄ xp̄i ꝑ iohan
nem laudabilis cōmendatio Vn̄ sequitur
Medius aūt vestrū stetit.i.xp̄s est iter vos
quē predico.qui est mediator dei ⁊ hoim.
Et dicit. Medius vr̄um stetit.i. cōiter vi
uens.inter homines vitā cōmunem duxit
quē vos nescitis.scꝫ q̄ntū ad diuinitatem.
Ioh.viij. Neq̄ꝫ me scitis neq̄ꝫ patrē meum
imo simplicit̄ eū negauer̄t corā pilato.quē
vos nescitis.i.h̄ ꝙ ip̄e sit sctūs hō existens
deus capere nō potestis ꝭm Tho. Et etiā
nescitis q̄ꝫ magnus sit ꝭm naturā diuinaꝫ
que in eo latet Iob.xxxvi. Ecce deus ma-
gnus vincēs nr̄am sciam. Exponitur ꝰ du
plicit̄. Vel ꝭm humanā naturā.⁊ sic xp̄us
stetit medius inter iudeos.⁊ qꝛ cōmuniter
cōuersat⁹ est cū eis.habitu inuent⁹ vt ho-
mo. Ad Phil.ij. Lu.xxij. Ego i medio ve
strū sum sicut qui ministrat. Scd̄o q̄ntum
ad diuinā naturā i medio vr̄m est.i. i omi
bus creatis. Hiere.xxij. Celuꝫ ⁊ terrā ego
impleo.⁊ tū nemo scit eum propter cecita-
tem ⁊ obstinationē cordis. Iohā.iij. Lux
venit in mūdū.⁊ dilexerūt hoies tenebras
magis q̄ꝫ lucē. Ipe est qui post me ventur⁹
est scꝫ ad p̄dicandū ad baptisandum ⁊ ad
moriendū.quē ego vt p̄cursor prenuncio.
Tota enim iohannis vita fuit quoddā p̄-
paratorium ad xp̄m.qui ante me fact⁹ est.
id est qui me precedit honore ⁊ dignitate.
Et sic precedit me tanq̄ꝫ perfectus imper
fectū.⁊ tanq̄ꝫ dn̄s seruū. Quasi di.ꝭm Cri
so. Nō ꝰ me existimetis maiorē. qꝛ ⁊ si tem
pore sum prior in p̄dicatione. tū posterior
sum ordis dignitate. Licet eīn post me na
tus est xp̄s.tū an̄ me fact⁹ est dignitate. et
mihi p̄latus tanq̄ꝫ clarior ⁊ honorabilior.
seu maior ⁊ dignior. Ante me ꝰ factus est.
sinceritate conscientie.innocentia vite.fa
me decore. Ante me est diuinitate q̄ ab et-
no est. Vnde ipse maior me est. Ego enim
sum seruus. ille dn̄s. Ego miles. ille īpa-
tor. Ego homo fragilis.ille de⁹ fortꝫ. Cu
ius non sum dignus corrigiā calciamenti
eius soluere.quod vtiq̄ꝫ vile ⁊ humile offi
ciū est.q.d.tāte dignitatꝫ est.ꝙ ego nō suꝫ
dignus sibi seruire. nec eius minister vo-

cari etiam in vltimo ministerio. quod est
discalciatio. Et hoc ꝑm Gorrã. Veruȝ est
q̃a null⁹ quãtũcũq; bon⁹ debet se dignum
reputare. vt etiã xp̄m discalciet. Vñ Cētu
rio Math. viij. Domine nõ sum dign⁹ vt
intres sub tectũ meũ. Ex hoc patȝ ꝙ iohã
nes multũ accesserat ad dei cognitionem.
inquantũ ex ↄsideratiõe diuine magnitu-
dinis se totalit̃ vilipendebat ⁊ nihil se esse
dicebat. Sic ⁊ abraã cũ deum cognouissȝ
dixit. Loquar ad dñm cũ sim cinis et pul-
uis Geñ. xviij. Et patet etiaȝ ex hoc ꝙ q̃n
to homo se a deo longe in sua imꝑfectione
distare conspicit. tanto magis erga deum
de se humilia sentit ⁊ seipum reprehendit.
Unde Job. xlij. cũ deũ vidissȝ dixit. Nũc
oculus meus videt te. idcirco reprehendo
me ⁊ ago pniam. Sed ↄtra istã lr̃am vide
tur. Cum eñ xp̄us nõ detulerit calciamē-
ta que aplis ꝓhibuerat Luc. x. Et ipse qđ
docuit fecit Actuũ. i. Quõ verũ loquit̃ io-
hannes de calciamētis xp̄i. Propter istam
rationē dicit Lyra ⁊ Gorra. sanctus tho-
mas. ⁊ magister in de vita xp̄i. ꝙ ista locu-
tio est methaphorica. Vñ dic̃ Lyra ꝙ Jo
hãnes loquebat̃ h̃ per q̃ndã silitudineȝ. sic
homo aliq̃s suã paruitatē ⁊ alteri⁹ excellē
tiã exp̄mens dicit. Nõ sum dign⁹ religare
sotulares ipius. Nec miꝝ quia hõ cõpara
tus deo nihil est ꝑm ipm. Allegorice vero
ꝑm Gorrã. calciamentũ est humanitas xp̄i
pes calciatus deitas hũanata. corrigia cal
ciamenti est vnio naturaꝝ. Soluere ĝ cor
rigiã calciamenti est explicare mysterium
vnionis. ad qđ idignũ se dicit iohẽs. Jsa.
liij. Generationē eius quis enarrabit. q. d.
nullus. q: nemo est dignus. Et intelligen
dũ est ꝙ licet iohẽs ⁊ alij doctores explica
uerũt aliq̃ de vnione humanitatis cũ dei-
tate. nõ tñ ꝑfecte ⁊ ad plenũ. sed imꝑfecte.
Alio modo ꝑm Tho. exponit̃ ꝑm illud qđ
ponit̃ Deute. xxv. Qđ cũ aliq̃s moriebat̃ si
ne liberis. frater eius scȝ defuncti cogebat̃
recipere vxorē eius ⁊ ex ea semen fratri suo
suscitare. Qđ si eã nollet recipe in vxorem
tunc aliq̃s ꝓpinquus defuncti eã recipe vo
lens debebat illũ discalciare in signũ cessi-
onis huius. ⁊ illã in vxorē recipe. ⁊ domus
eius debebat vocari dom⁹ discalciati. vn
de dicit. Cuius nõ suȝ dignus soluere cor
rigiam calciamenti. id est non sum dignus
habere sponsam q̃ sibi debet̃ scȝ ecclesiam.
q. d. nõ sum dign⁹ vt vocer sponsus eccle-
sie que consecrat̃ a xp̄o in baptismo spirit⁹
Ego eñ baptizo in aqua tm̃. Vñ Joh. iij.
Qui habet sponsam sponsus est. Tandem
describit locũ vbi hec facta sunt ꝓpter meli
orem certitudinē dicēs. Hec in bethagia
facta sunt trans iordanē vbi iohãnes erat
baptisans. Quidã legũt in bethania. ⁊ ma
le. quia bethania est iuxta montē oliueti ꝓ-
pe hierusalē. Joh. xij. ⁊ Math. xxvi. Et il
la multũ distat a iordane. Est ergo alia be
thagia supra iordanē. ex altera tñ parte flu
minis in sorte duaꝝ tribuũ ⁊ dimidie. ꝑm
Greg. Lyrã. Criso. ⁊ Tho. Et ita etiã ha
bet̃ in greco. Sed apud nos vicio scripto
rum corruptũ sicut alia multa. Ad litteraȝ
ideo ponit istũ locũ. vbi erat iohannes ba
ptizans. vt reducat illis ad memoriaȝ qui
tunc adhuc viuebant. ⁊ locũ nouerãt. ⁊ sic
magis certi erant ⁊ crederēt. Sp̄ualit̃ be-
thagia interp̄tatur domus obedientie. ad
significandũ ꝙ necesse est per obedientiaȝ
fidei ad baptismũ ꝑuenire. Jordanis iter-
pretatur descensus. ⁊ significat ꝑm Orige.
xp̄m qui descendit de celis nõ vt faciat vo
luntatē suã. sed voluntatē patris sui. q̇ etiã
ideo descendit vt nos lauaret a peccatiȝ in
sanguie suo Apoc. i. Moraliter istruimur
de trib⁹. Primo in iohãne instruimur vt in
oĩb⁹ nostris oꝑibus gloriã dei nõ nostrã
queramus. sicut ip̄e iohãnes qui xp̄o oĩa
perfectiora ascripsit. et se ad ipius honorē
extollendũ precursorē dixit. Vñ xp̄s Joh
viij. Si ego gloriã meã quero. gloria mea
nihil est. Et aplus. Omnia in gloriã dei fa
cite. i. Coꝝ. x. Scđo instruimur vt verita
tem a nobis querentib⁹ non occultemus.
sed quod falsum est negemus. quod veruȝ
asseramus. sicut iohannes negauit qđ non
fuit. confessus est quod fuit. Vñ dicit Au-
gu. in libro de agone xp̄iano. Qui v̄itateȝ
occultat. ⁊ q̇ ꝓdit mēdaciũ. vterq; reus est.
Jlle q̇a ꝓdesse nõ vult. Jste q̇a nocere desi
derat. Hec ille. Maxime aũt veritatem fi
dei loco ⁊ tempore oportunis quilibet te-
netur confiteri publice ore. Nã Romi. x. oꝛ
ꝙ corde creditur ad iusticiam. ore autē cõ
fessio fit ad salutē. Tertio instruimur h̃ vt
in omnibus nostris actõnibus semper me
dium iusticie obseruemus. exēplo xp̄i q̇ me
dius stetit. Mediũ eñ est loc⁹ hũilitatiȝ. lo
c⁹ cõitatiȝ. loc⁹ vnitatiȝ. loc⁹ stabilitatiȝ. lo-

eius primitatis. Ad significandū q̄a nos debemus semꝑ conuersari inter alios humilit. omnibus esse indifferēter cōmunes ad vtilitatem. cū omibus esse pacifici ꝛ vnanimes in aduersis esse stabiles. omibus esse proximi. Iuxta illud Ambro. Omnis hō omni homini proximus est. O Hic occurrūt tria dubia. Primū est vtꝝ baptismus iohānis conferebat gratiā. Scōm vtꝝ baptismus xpi fuit necessario instituendus. Tertium vtꝝ baptismus xpi equalit̄ proficiat omnibꝫ. Ad pmū rn̄deo ꝙ licet baptismus iohannis potuit dici sacramentū large sic alia sacramēta allegia. eo ꝙ significabat rē sacrā. scꝫ baptismū christi. tm̄ non conferebat gratiā. Unde vt dictū est iō fuit in aqua solū. qꝛ exterius lauabat. interius aūt non conferebat gratiā. nec remissionē pctōꝝ. Unde dict⁹ est baptism⁹ hoīs. Qꝛ i eo iohannis operatio visibilis erat exterius lauantis. nō inuisibili gratia dei opantis interius. Sed tm̄ ꝛ illa opatio a deo erat. nō ab homie. Sꝫ hoīs dictus est. qꝛ nihil ibi gerebat̄ qđ nō ageret homo. Forma āt huius baptismi erat. Ego te baptiso in nomine venturi xpi. Et isti sic baptisati ꝑ iohānē. rebaptizabant̄ ꝑ xpm. vt cōiter dicunt omnes doctores super. iiij. sententiaꝝ dis. pma. ꝛ specialiter iohānes de mōte leonis. qui hoc ibi ponit ꝑ vna ꝯclusione. Ad secundū dubiū respōdeo. Qđ baptism⁹ xpi fuit necessario instituendus. Cuius ratio. qꝛ oīa legalia ꝛ circūcisio ꝑ quā originale abluebatur in morte xpi fuerant termiata nec extunc profuerunt. sed seruātibus ob fuerūt. Ideo necesse fuit instituere vnū sacramentū cōmune ad remissionē pctōꝝ in quo daret̄ renouatio mētis a pctō veteris hominis. ꝛ in quo esset depositio vicioꝝ. et collatio virtutū. Hec Joh. ibid. Ad tertiū dubiū ꝑm eundē sup. iiij. dist. iiij. Qđ sacramētū baptismi diuersi diuersimode recipiunt. Quidā em̄ suscipiūt sacramentū ꝛ rem. vt oēs paruuli ꝛ adulti deuoti. In paruulis em̄ delet̄ originale. In adultꝭ vero originale ꝛ actuale. Quidā suscipiūt sacramentū tantū ꝛ non rem. vt adulti ficti. non habentes verā cordis contritionem. Aliqui vero suscipiūt rem ꝛ nō sacramtuꝫ vt illi qui patiunt̄ pro xpo habentes fideꝫ eius. Uel illi q̄ hn̄tes fidē xpi nullo modo possunt baptizari. Ex q̄ ptꝫ ꝙ illud Johā. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛc. intelligit̄ de illis q̄ possunt ꝛ cōtemnūt. Secūdo ptꝫ ꝙ adultus putans ꝛ credēs se firmiter baptizatū. licet nō sit. pserim si probabilē habet de hoc credulitatē. vt qꝛ habitat inter parētes ꝛ xpianos fideles ꝛ gerit se in oībꝫ ꝛ reputat ꝛ ab aliꝭ reputat̄ pro xpiano. posito ꝙ ꝑ negligentiā parentū nō esset baptizatus in aqua ipe saluabit̄ patet quia talis baptisatus est per spirituꝫ sanctum in fide christi. Ita notant doctores de baptismo ꝛ ei⁹ effectu. c. Maiores.

Dn̄ica. IIII. in aduentu. II.

Sermo XI.

U quis es. Joh

han. i. ca. Summū decus presulū magnus pater Augustin⁹ describens verū xpianū sup Ps. xxxij. sic ait. Ipse est christianus qui in domo sua peregrinū se esse cognoscit. Patria em̄ nr̄a sursum est. Hec August. Et alludit ṽbis apl'i. Heb. xiij. dicētis. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē. sed futurā inquiram⁹. Ex q̄ patet ꝙ homo maxie deberet ꝯsiderare suam conditionē. ꝛ maxie illā que euꝫ facit christianū. Hec ē āt cōsideratio sue penalitatꝭ et miserie. quā deberet hō freq̄nter pēsare. vt per eā ad ꝯpunctionē afficiat̄. Nā sic dicit Greg. xxiij. li. moral'. Hec est vna de q̄tuor q̄litatibꝫ q̄bus viri iusti anima in cōpunctionē afficicitur. cū aut malorū suoruꝫ reminiscit̄. ꝯsiderans vbi fuit. vbi erit. vbi est. vbi nō est. Et hanc considerationē dicit Greg. xxiiij. li. moral'. Pro spe fortitudinis fundamentū. Et Hugo li. i. de aīa. c. ix. vocat eam summā philosophiā. Et vere summa sapiētia est seipm cognoscere secūdū dei. Per hāc em̄ hō ascēdit ad deum. vt dicit Cassio. sup illđ ps. Miserere mei deus qm̄ infirm⁹ sum. Ut igit̄ hō vere christianus dici valeat. vt fundamētū oim ṽtutū in se ponat. vt summā sapiam acq̄rat. iure q̄dā ꝛ merito sibi indicit̄ vt statū conditionis agnoscat. Qđ tūc tāto facili⁹ faciet si se q̄s ipe sit interroget ṽba nr̄i thematꝭ dicēs ad seipm ꝛ pie q̄rens. Tu q̄s es. In quibꝫ ṽbis tria nob ꝯsiderāda occurrunt. Scōm em̄ triplicē naturā in hoīe triplex sibi q̄stio est necesse formāda. In homie siq̄dem est anima substantia nobilis. Corp⁹ suba vil'et vita mutabil'. Scōm hoc ergo

triplex erit questio de homĩe. Prima quid sit km animã. Scda qd sit km corporalez substantiã. Tertia quid sit km vitã. d quorum qlibet qrendo dicat. Tu quis es. Prima questio respicit hominis dignitatem. Secunda hois vilitatez. Tertia vtriusqz hominis sanctitatem. A

Dixi primo q in verbis pmissis cõsideranda ẽ questio pma de hominis dignitate. qd sit hõ km animã qrendo. Tu qs es. Et certe si hõ verũ vult rñdere qd sit km aiam. dicet nõ aliud nisi qz km aiam est simplex substãtia. Scdo q est ĩmortalis z ppetua. Tertio q est sui iuris z libera. Que tria si psiderant maxie significãt statũ z pditionẽ ipius hois. Primo igit dic eã esse substãtiam simplicẽ. h est incorporeã. vt dicit Aug. in li. de diffinitione aie. Et p hoc hõ oẽm creaturã corpalem dignitate nature precellit inquit Aug. sup Geñ. ad lrãm. Nec solũ est simplex suba qlíscũqz. sed est simplex suba. rõnis particeps corpi regendo accõmodata. dicit idẽ Aug. li. de qntitate anime. Est aũt talis suba aie nre vt eam nõ possit gignere formare vel creare alius nisi de⁹. Vñ Orige. sup Exod. omel. i. dic. Ego ñ puto q qlibet hoĩm possit animã gignere. Vnd ipe adam in initio creationis sue dicẽs ad euã ait. Hoc nunc os ex ossib⁹ meis z caro de carne mea. Nec tñ z addidit z aĩa d anima mea. Ecce km Orige. Que de tra sunt sua esse pfitet. Que aũt scit de terra nõ esse nõ audet dicere sua. Sic z laban. q cũ dic ad iacob. qm̃ os meũ z caro mea es tu Nec ipe amplius aliqd videt addere suũ. dicẽs tm̃ suũ q terrene consanguinitatis agnoscit. Hec Orige. de quo late z diffuse p augu. li. vij. sup Geñ. ad lrãz. z li. i. z. ij. de origine z natura aie per totũ. Scdo ad istam inquisitionẽ rñdens homo dicit aiam suã ĩmmortalẽ z ppetuã. De quo dicit Grego. li. iiij. dialogorũ. Tres vitales spiritus creauit omps deus. Vnũ qui carne nõ tegit. aliũ q tegit. sed nõ cũ carne morit. Tertiuz qui carne tegit z cũ carne morit. Primus angelorũ. Scds hoĩm. Tertius animaliũ. Istud aũt q anima hũana ẽ ĩmortal. non solũ est credibile. km sctõs per fidẽ. sed etiã pbabile per phicam rationẽ km phos. Vñ Plato in thimeo ca. iiij. z. v. inter multa erronea q de ania fingit humana. hoc veruz

ĩnterserit q ania hũana est ĩmortalis. z kz q vicerit passiones vel vincet ab eis pmiabitur vel puniet post mortẽ. Idem probat ipe in li. ad fedronem quẽ de anima pposuit. Idẽ ptz per Ouidium. xv. Methamorphoseos. vbi dicit pytagorã dixisse. Morte carent anime priori relicta. Sic de nouis domib⁹ viuũt habitãtqz recepte. Calcidius qz in cõmento sup thimeum platonis dicit. Corpe deposito cũ liber ad ethera perges. Euades hoiem factus de⁹ etheris alti. Itẽ Hermes trimegistus ad asclepiũ ppe pncipiũ. Ois ania immortalis est. Et Aristo. xvi. li. de aialib⁹ ca. iiij. dicit q intellectus est ab extrinseco z solus habet esse diuinũ. Idẽ pbat. ij. de aia. vbi dicit q aia intellectiua distiguit a vegetatiua. sic i corruptibile a corruptibili Ad idẽ pulcrei li. d pomo z morte. Itẽ Seneca epla. v. dicit q mors nõ eripit vitã sed iterimit. Veniet iterũ q nos in lucẽ reponat dies. Item epla. xiiij. que tñ cõmuniter nõ habet dicit Iuuabit te aliquid de animarũ immortalitate querere imo et credere. Verũ quia tã a pphetis qz a sanctis fides de hoc catholica sufficient diuulgata est. ideo nõ oportet vlteriori persuasioni de hoc insistere. quare ista sufficiãt Tertio homo respondet ad interrogationẽ sibi factam. dicens animaz suam esse voluntate liberam. Libertas siqdem anime nostre in sui prima creatõne fuit triplex. scz quia fuit creata libera a pctõ. a miseria. a necessitate. vt dicit Berñ de libero arbitrio. Verũtamen licet anima per peccatum primi hominis huic triplici defectui iam sit addicta. nihilominus tamen adhuc habet libertatez que est potestas seruandi rectitudinem. vt dicit Anselmus in libro de libero arbitrio ca. i. Que quidẽ libertas quodammodo naturaliter semper est in homine. licet km ipsum nõ semper ea vtatur. que etiã ita fortz est vt nulla res homini rectitudinẽ predictã. id est iusticiam quam habet valeat auferre. qz diu hac libtate voluerit vti. Hec Anselmus. Ex his iam potest apparere dignitas z nobilitas anime humane que sic creata est in decore et nobilitate vt ad imaginem et similitudinem dei dicatur facta. Naz vt ait Berñ super Canti. sermone. lxxxi. Per simplicitatem nature ĩmortalitatẽ z libtatẽ aia e ad silitudinẽ dei facta. licet nõ ad eqlitatẽ.

ro q mlto inferiori modo ꝛ gradu aia ha
bet simplicitatē sui esse silr imortalitatē si-
milir libertatē q̄z deus. Jlle eñ habet esse
simplex cui hoc est esse qđ beatū esse. Anie
vero est esse qđ viuere. Uñ deus est vita
viuens ꝛ viuificās. Silr aia hoc idē ha-
bet sed dispari mō. qꝛ aia est vita a crean-
te creata. que nisi ab illo nō esset. sic nisi ab
ipo viuificata nō viueret. Hec Bernar.
Sed heu homo parum istam dignitatē
aduertit. Uadit eñ sicut scriptum est de
illo in psalmo. Homo cū in honore esset nō
intellexit cōparatus est iumentis insipien
tibus et similis factus est illis. Heu heu
pauci hodie simplicitatē nature aie sue at
tendunt. q cū deberent ꝑm aiam simplicit
ꝛ spūaliter viuere sicut ipa simplex et spi-
ritus est. viuūt ecōuerso dupliciter ꝛ car-
naliter. et qđ deterius est bestialiter. Du-
pliciter viuūt q in aliq volūt videri vt ho
mines. sed in aliq viuunt vt aīalia. ꝛ isti
sunt qdā monstra in natura. Refert Uale
rius maxim⁹ in libro. i. c. iiij. q in quodā
loco infans natus fuit cū elephantino ca-
pite. Sic certe multi hodie habent corp⁹
humanū. sed caput. i. mentē. que est caput
aie habent elephantinā. Elephas eñ ha-
bet caput monstruosum cōtra morē alioꝝ
aialiū. habet eñ os suum sub mento. Sic
isti habent os suū nō in celū apertum per
deuotionē. sed in terrā depressum ꝑ vanā
operationē ꝛ locutionem. Juxta illud ps.
Quoꝝ os maledictōe ꝛ amaritudine ple-
nū est. veloces pedes eoꝝ ad effundendū
sanguinē. vt sic vere assimilent̄ elephanti
nō solū in capite. sed etiā in ceteris diffor
mitatib⁹. Dicit̄ eñ q elephas delectat̄ in
sanguine. Unde bellatores ad prouocan
dum elephantes ad transitū pugne. solēt
ostensione vue mori ꝓuocare. Mor⁹ eñ ha
bet similitudinē sanguis in colore rubedi
nis. Et significat crudelitatem in homīe
qui delectat̄ effundere sanguinē innocētū
Jdeo ps. bene dicit. Ueloces pedes eorū
ad effundendū sanguinem. Sanguinem
aūt dico et si nō semꝑ corꝑalem. tñ victū
ꝛ panē acq̄situm ꝑ sudorem. Juxta illud
Panis egentium vita eorū. q accipit eum
homo sanguis est. Elephas etiā dr̄ habe-
re pedes rectos sine curuaturis genuū et
poplicū. Et significat illos superbos qui
nulli reuerentiā vel honorem impendunt
nolentes cuiq̄ incuruari. Sed illi audi-
ant aplm. Rom. xiij. Cui honorē. honorē
supple reddatis. Sz q̄d mirū si hoī nō faci
unt reuerentiā q eā deo denegant facere.
Uidem⁹ eñ plerosq̄ in ecclesia dei infra
ipa sacra missaꝝ solēnia. erecta ceruice. pe
de distento. fronte ipudica assistere. ꝛ ve-
lut elephantes superbos. ymo velut simu
lacra insensata ꝛ statuas mutas. pedem in
terra rectū defigere. nec eū etiā vel vix in-
fra eleuationē hostie sacre incuruare. ꝛ il-
lū dumtaxat ynicū nec terre q̄dem ꝑfecte
adherentē. cū tñ in nomie ihu oīe genu
flectat̄ Philip. ij. Duplices sūt illi etiam q
aliud agūt oꝑe aliud intendūt cogitatiōe
vt vanegloriosi. q faciūt oꝑa sua vt videā
tur. Math. v. Duplices ꝛ illi sunt q vide-
ri nolūt q̄d sunt. sed q̄d nō sunt. ymo nō so
lū nolūt videri. sed etiā nec patiuntur ꝑm
Bern. super cantica ꝑmone. lxxxij. Nā vt
dicit Prosper in libro de vita cōtēplatiua
Superb⁹ vult credi constans. prodig⁹ li
beralis. auarus diligens. temerari⁹ fortis
inhumanus parcus. gulosus humanus.
ignauus quiet⁹. timid⁹ cautus. Hec ille.
Duplices sunt ꝛ illi q in aperto fingūt bo
na. in occulto agunt mala. in vestimentis
ouiū venientes intus autem lupi rapaces
Duplices ꝛ illi q cū male fecerint bonis ex
cusationib⁹ se excusant. Nam deꝑhensi di
cunt ꝑm Bern. Et si male feci parū tamen
feci. ꝛ si multū nō tñ mala intentiōe. sed vt
inde bonū ꝓueniret. ypocrita nō sunt faci
enda mala vt veniāt bona inq̄t apostolus
De numero taliū videnī esse moderni cu-
rienses apud reges ꝛ ꝑncipes. q ꝓpter bo
num reipublice multa in suꝑbia ꝛ abusiōe
vestiū. equoꝝ. apparatuū. exercitiorū. ioco
rū. ludoꝝ ꝛ dissolutionū adiuenerunt. as-
serentes per hoc rempublicam ꝓmoueri ꝛ
magis insigniri. Sed certe mentita ē ini-
q̄tas sibi. fabricando excusatiōes in pecca
tis. q̄d tamen est maximū viciū ꝛ tardius
penitere ꝑmittit. Sicut dicit Cassiodor⁹
suꝑ illud ps. Ad excusandas excusatiōes
in peccatis. Certe pudeat tales manifesta
rōne cōfundi. Quis eñ sapiēs dicat lau-
dabilē tantā sumptuositatē vestiū vl' alio
rū iocaliū breui tpe duraturā. sine magno
dispendio reipublice procedere. certe nul
lus. Non vult hoc respublica vt fructum
longi tpis breuis mora cōsumat in vani-

tatibꝫ ⁊ insanijs falsis. vult respublica nō superfluis sed moderatꝫ regi sumptibꝫ. eo ꝙ in oībꝫ semꝑ regit̃ moderatōne ratōis ꝓut inquit Policratus li. v. cap. ij. Ratio autem semꝑ deprecat̃ ad optima. x. Ethi. Et semꝑ mediū tenet in omnibꝰ. i. Ethi. Multū ergo reprehendēdi sunt tales qui proprie superbie fastum. abusum. excessuz pompam ⁊ iactantiam. vanitatem ⁊ dissolutionem ascribere reipublice vtilitati nō verent̃. Quis em̄ nesciat multas prouincias ducatus ⁊ regna sine talibus vanitatibus. non modo bene ⁊ pacifice regi sꝫ etiam disponi feliciter. At vbi superbia et vanitas in omnibꝫ: que erit pax ab hostibꝫ q̄ felicitas in rebꝰ. creatore omniū ante oia prouocato. Nisi forte quis dicat. deum talibus fore ꝓpicium. quez tamē legimꝰ ⁊ angelū vt fulgur de celo pro eo ꝙ eleuatus esset in decore suo deiecisse. sicut scriptum est. Deiecisti eos dum alleuarent̃. Sꝫ nec primis pepercisse parentibus De quibus scriptum est. Increpasti suꝑbos. Nec dubiū q̄n de Adam ⁊ Eua loquit̃ s̄m Aug. ꝙ si illis qui dūtaxat sola ꝓsumptione mētis elati. iniquitatem meditati sunt in corde suo. diuīa animaduersio n̄ pepcit. quō tibi parcet q̄ nō solum in corde tuo vana vane cōcepisti. sed ore ⁊ ope multipliciter ac ꝑ hoc damnabiliter multoplus effudisti. Decipieris sane si maiori delicto minora vel nulla adhiberi flagella arbitrarꝫ. cū scriptū sit. Juxta mēsurā delicti. erit ⁊ plagarū modꝰ. Attendāt. ꝓinde h̄mōi dignitatem anime sue ⁊ simplicitatē eius i vita moribꝫ ⁊ cōuersatione ondant. ne audiāt illō. Ve duplici corde filijs sceleratꝫ. Nec minus a natura anime sue degenerāt qui imortalitatē eiꝰ aut nō credentes aut non attendentes multis eā peccatꝫ mortificāt quod in eis est. Anima siquidē ⁊ si omnis immortaliter viuit vita naturali. nō omis tn̄ viuet vita spūali. Qualis em̄ vita in penis in qua melius foret nō nasci. mors potius est. ⁊ ideo grauior. quia pctī nō nasc̃. Deniq̧ mors pessima. Ita igitur que s̄m carnē viuit aia. viuēs mortua ē. cui reuera bonū erat omino nō viuere q̄ꝫ sic viuere. inquit Berñ. sup cantica sermōe. lxxxi. O q̄ꝫ multi sunt q̄ quasi imortalitatis sue obliti. dicunt illud Sapie. ij. Ex nihilo nati sumꝰ. ⁊ pꝰ hec erimꝰ tanq̄ꝫ si nō fuerimꝰ Venite ergo ⁊ fruamur bonis que sūt. et vtamur creatura tanq̄ꝫ in iuuentute celeriter. Tales q̄ sic vtūt̃ vita ista. nihil curātes de futura. vocat apostolꝰ miserabiliores oibꝫ hoibꝫ. Sicut patet. i. Cor. xv. c. Si tm̄ in hac vita sperātes sumꝰ. miserabiliores sumꝰ oibus hominibꝫ. Sūt ⁊ alij q̄ a natura aie sue degenerāt in eo ꝙ eius libertatem in seruitutē redigūt. ita ꝙ cum aia eorū deberet esse libera vt dn̄a. ipi faciunt eam ancillam. Naz qui seruit pctō seruus est peccati. Nec tn̄ volūtas excusāda est. Ipa em̄ nō coacta. sed volens se seruā fecit ⁊ facit. Ideo q̄s excusabit cum ipa fecerit. inq̄t Bern̄. super cātica. s̄mōe. lxxxi. Vt igit̃ attendat homo cōditionē aie sue sepius eam quantum ad ista tria interroget. Tu quis es. B

Dixi secūdo ꝙ in v̄bis premissis cōsiderāda est scd̄a questio. que est de hominis vilitate quantū ad corpalem substantiam. ⁊ certe ad istam interrogationem si homo vult verū respondere. nō aliud respondebit: nisi illud Job. xiiij. Homo inq̄t natus sum s̄m carnem de muliere. breui viuēs tēpore. repletus multis miserijs. Ecce vilitas triplex est. in ingressu in mundū. in ꝓgressu per mundū. in egressu de mundo. s. fragilitas. breuitas. ⁊ calamitas. Primo itaq̧ tangit ingressum in mundum qui est satis turpis ⁊ abominabilis. quia natus de muliere. ⁊ sic de fragili substantia. et de turpi materia. Unde corpus hūanū inter oia corpa formatuz est ex viliori materia. Nā celestia corpa ex luce facta sunt. pisces ⁊ volatilia ex aqua. flatus ⁊ ventus ex aere gressibilia ex terra sola. corpa v̄o nostra nō sunt ex terra sola. sed limosa ⁊ lutosa. sicut pꝫ Geñ. i. Formauit inq̄t hominem deus de limo terre Considerans ergo aquatica. se vilem inueniet. Considerās aerea viliorem se reputabit. Et considerans celestia vilissimū se estimabit. Unde Inno. in libro de vilitate humane cōditiōis li. i. ca. ij. sic de hoc ait. Homo formatꝰ d̄ puluere. de luto. de cinere. q̄dq̧ vilius. d̄ spurcissimo spermate cōceptus. in pruritu carnis. in feruore libidinis. in ferore luxurie. in labe peccati natus. q̄d deterius ē natus ad laborē timorē ⁊ dolorem. quodq̧ miserius est ad mortem. Quid igitur homo

et hoc inquantum homo.non inquantum deus. Et gratia dei erat in illo.id est i xpo ꝭm ꝙ homo quantuȝ ad affectum. Joh.i. Plenū gratia ꝛ veritate. Et vere plenꝰ sapientia.quia in eo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Ad Coloss. ij. Moraliter in euangelio tangūtur tres status ad nostram informationē.scȝ actiorū et secularium.deuotoꝝ et spiritualium. contemplatiuoꝝ ꝛ claustralium. Actiui et seculares significantur per parētes christi. scȝ Mariā et Joseph. Maria interpretat̄ amara.ꝛ significat amaritudinē conpūctionis et contritionis. Juxta illō. Magna est velut mare contritio tua. Et hoc pertinet ad incipientes. Secundo Joseph interpretatur accrescens. et significat profectum in virtutibus.in quibus debent crescere actiui.quantū ad proficientes. Juxta illud. Ibunt de virtute in virtuteȝ. Tertio christus significat perfectos. De christo eñ dicitur ꝙ fuit plenus sapientia.ꝛ gratia dei erat in illo. Que duo perficiunt hominē. Nam plenitudo sapientie fugat ignorantiā agendoruȝ.plenitudo gratie fugat culpam noxioꝝ. Secundo deuoti ꝛ spūales significantur per Symeonē. Symeō eñ interpretat̄ confitens seu laudans.et h̄ est spiritualiū.qui semper debēt instare diuinis laudibus. Juxta illud. Semp laus eius in ore meo. Et sicut Symeon predixit christū esse in ruinam malis.ꝛ in resurrectionem bonis. Sic spiritualium ꝛ specialiter predicatorum est predicere malis supplicia.bonis vero premia. Juxta illud. Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam. Qui vero mala in ignē eternū Mat. xxv. Ibunt hij in supplicium eternum.iusti vero in vitam eternam. Tertio contemplatiui et claustrales significantur per annam viduā. Vidua eniȝ est desolata omni consolatione.et contempta ab omnibꝫ etiam suis. Unde.i.Thimo.v.dicit apostolꝰ. Vidua desolata speret in deum. Dicit ibi Glosa. Desolata.nō habens domū vel familiā. Vel desolata.id est a suis cōtempta et mundi solacio destituta.speret in deo.i. sperare debet in deum.et instet obsecrationibus et orationibus die ac nocte.i.oportunis tempibꝫ diei et noctis. Ecce verum officium claustraliuȝ. Quorum primuȝ est carentia domus vel familie proprie.licȝ in

cōmuni ista haberi possint Actu. iiij. Erāt illis oīa cōmunia. ⁊ nihil propriū esse dicebant. Secundū est desolatio proximorꝫ. Iuxta illud. Qui non reliquerit patrem ⁊ matrē propter me. nō est me dign⁹ Mat. Tertiū est vt totaliter spem ponat in deuz nihil de presentibus vel crastinis solicitādo. Unde Philip. iiij. Nihil solliciti sitis. Et Math. vi. Et de vestimento quid solliciti estis. Hinc ps̄ dicit. Iacta cogitatum tuū in domino et ipse te enutriet. Specialiter tamen hic instruuntur virgines coniugate et vidue in ista Anna. Uirgines in eo primo vt virginitatis sue castitatez seruent integrā vsqꝫ ad coniugiū. sicut ista de qua hic dicit̄ ꝙ virginitatem suā seruauit vsqꝫ dum viruz duceret. Et dicit Iacob⁹ de Alexandria ꝙ seruauit eam tredeci annis. et tunc fuit nupta. Sed de multis verū est hodie illud Hieronymi ad Paulā ⁊ Eustochium in epistola. ꝙ plurime puelle priꝰs fiūt vidue q̄ꝫ nupte. Uult dicere ꝙ prius virginitatē perdunt q̄ꝫ nubant viris in matrimonio. Secundo coniugate īformantur. vt cum viris suis caste viuāt ⁊ cōtinenter. carnē suā non diuidendo in plūes Unde Geñ. ij. dicitur. Erunt duo. nō tres vel quattuor in carne vna. Ista em̄ septem annis sic vixit cū viro suo. Tertio informātur vidue vt post mortē maritorū deinceps continenter et deuote viuant. christo adherētes in virtutibꝫ spiritualibus ⁊ corporalibus. Et hoc exemplo Anne que habuit in se septē ꝟtutes. quas etiā describit aplus. i. Thim̄. v. Prīa ē spes de deo. q̄ debet eis esse loco viri. Unde dicitur hic Et hec vidua. id est separata a viro ⁊ adherēs deo erat. i. Thim̄. v. Que vere vidua ē speret in deo. Secunda etas diuturna vt sit in proposito fixa. Unde. i. Corꝫ. vij. Dico autē viduis et innuptis. bonū est si sic permanserint. Non em̄ debet esse vidua ad annū vnū vt tandē nubat. sed vt in viduitate perseueret. sicut hec que vidua erat vsqꝫ ad octuagintaquattuor annos Et sic erat centū et quatuor annoruz in toto. Tertio vt frequentet ecclesiā. Est eniz quasi semimonialis ex colore vestiū. ex ligatura capitis. nisi ꝙ professio deest. Unde ista nō discedebat de templo. Quarto debet fugere mundi delicias ⁊ vacare ieiunijs. per que libidines extinguat. Iudith. viij. c. Habebat iudith ciliciū. ⁊ ieiunabat omīibus diebus vite sue. preter neomenias. id ē festa ⁊ sabbatū. Hinc apl's dicit. Qō vidua ī delicijs viuēs mortua ē. i. Thim̄. v. Lyra. i. ꝑpe mortē spūalem est. Horra. Uiuēs vite nature in corpore mortua est vita gratie ī anima. cuius sepulchrū est corpus delicijs vacans Rōꝫ. viij. Si ꝭm carnē vixeritis moriemini. Quinto debet orationibꝫ insistere Unde ista insistebat die ac nocte. Sexto vt sit elemosinis intenta. i. Thim̄. v. c. Si sctōꝫ pedes lauit. si hospicio recepit. Uñ de anna dicitur ꝙ seruiebat. qō ītelligitur de seruitute pietatis. que ad omnia valet. i. Thim̄. iiij. Septio debet ītendere vt non sit ociosa. i Thim̄. v. Nō solū ociose. sed et verbose. id est plene verb̄ īutilibus. loquētes que non oportet. Horra. i. turpia et religioni nociua. Uñ de anna dr̄ ꝙ instabat obsecratiōibꝫ. i. diuinis allocutionibꝫ. non humanis ꝯfabulationibꝫ. i. Corꝫ. vij. Que igit̄ mulier soluta est a lege viri sui meditare debet in lege domini die ac nocte. In lege dei nō ꝟbis secli ⁊ fabulis vanis. D

Hic occurrūt tria dubia. Primū est vtrꝫ deus possit esse auctor mali vt ruine alicuius vel dānatiōis. Rñdeo. ꝙ aut queritur de causa per se. aut de occasione. seu causa per accidēs. Itē aut querit̄ de malo culpe. aut pene. Et tunc dicenduz ꝙ loq̄ndo de malo culpe. deus nūq̄ꝫ est auctor mali culpe. ⁊ ꝑ cōseq̄ns nec dānationis vt causa ꝑ se. licet bene sit interdū causa ꝑ occasionez. nō vtiqꝫ ꝑ occasionē datā ex bonitate sua. sed acceptā a malicia liberi arbitrij. Unde sic iudei in verbis xp̄i bonis ⁊ factis suis sanctis fuerūt scandalisati. ⁊ ita sumpserūt occasionē dānationis ex christo. sed ipe nō dedit eis eam. nec intendebat nisi eorꝫ salutē. Sed loquendo de malo pene de⁹ est causa pene. Quia ꝭm eius iusticiam mala culpe ordinantur sub pena. Et sic dictāte iusticia deus fecit ⁊ instituit mala penarū diuersarū siue temporaliū presentium siue eternorꝫ et futurorꝫ. Unde illud. Nō ē malū in ciuitate quod deus non fecit. Secūdum dubiū vtrꝫ dei voluntati possit aliq̄d resistere. Respondeo ꝙ voluntas dei ē duplex. scilꝫ voluntas signi. vt est in preceptis et consilijs. que sunt signa sue voluntatis. et tali bene potest quis resistere cōtēnendo omittendo vel negligendo seruare ꝑcepta

vel consilia sua. sicut fecerunt iudei. De q̃/
bus Actuū. vij. dicit Stephanus. Dura
ceruice vos semper restitistis spiritui sācto
Alia est voluntas beneplaciti. ab eterno ī/
tenta a deo. Et huic nullus potest resiste/
re. Unde Job. xi. Si subuerterit oīa q̃s
resistet ei. quasi diceret nullus. Et Hester
xiij. Non est q̃ possit resistere voluntati tue
dominus omniū tu es. Et tali volūtati nō
potest quis contradicere. Et ideo notāter
dicit in littera. Positus est in signū cui cō/
tradicetur. id est bene stat ꝙ voluntati si/
gni contradicetur. Et hoc de facto tm̄. nō
de iure. sed non volūtati beneplaciti. Ter
tium dubiū. Utrum mulieri liceat in eccle
sia publice predicare. ex q̃ anna hic de xp̄o
in templo multa predicauit. Respōdeo ꝙ
non. Unde. i. Cor. xiiij. Mulieres ī eccle
sia taceant. Qđ aūt de Anna dicit̃ dicen/
dum ꝙ priuilegia paucoꝝ legem cōem nō
faciunt. Hoc em̄ fuit priuilegiū speciale ꝑ
pter eius sanctitatē ⁊ merita vite. Unde. i.
Thim̄. ij. dicitur. Docere mulieres ī eccle/
sia nō permitto. Et ratio ꝭm Glosā ibidē
Quia si loquitur magis incitat ad luxuriā
sicut dicit Glosa Ecci. ix. Colloquiū eius
sicut ignis exardescet. Unde Criso. Edo
cuit quandoq̧ mulier virum. et oīa sub/
uersa sunt. Alia etiā ratio potest reddi ꝭm
eundē Crisostomū. quia hoc genus mulie
rū nimis loquax est. Tertia ratio. quia ī ea
minus viget ratio. Unde Lyra super lo/
cum apostoli predictum dicit. Quia doce
re est opus sapientis. Sapientia vero nō
viget in mulierib⁹ de cōmuni cursu. Quar
ta ratio. Quia ꝭm Lyram super. i. Corith
xiiij. Mulier naturaliter est subdita viro.
Ideo non debet p̃cipere. sed audire. Qui/
ta ratio. quia si iste modus esset in ecclesia.
tunc videretur esse similis ordo in ecclesia
qui apud gentiles. vbi in templis veneris
et dyane mulieres predicabant. Et sic ꝭm
Lyram videretur ecclesia sumpsisse ordi/
nem suum a gentilibus. non a iudeis. cum
tamen salus a iudeis est. Johan. iiij. Sex
ta ratio. quia mlr̃ieribus prohibetur quod
est minus. scilꝫ querere publice in ecclesia.
igitur quod est maius. De primo habetur
prima Corinth. xiiij. Si autem voluerint
discere. domi viros īterrogent. Septima
ratio. Quia ꝭm Lyram prohibetur eis ad
uocatio ꝭm leges. igitur predicatio a forti
ori. Concludendo igitur dico ꝙ apostol⁹
prohibet quattuor mulierib⁹. Primo pub
lice viros docere. vt. i. Thim̄. ij. Secūdo
in ecclesia loqui vel prophetare. i. Corith
xiiij. Mulieres in ecclesia taceāt. Et si di/
citur. Et tamen alique mulieres fuerūt ꝓ/
phetisse. vt Delbora. Judicum. v. Et ī no
uo testamento quatuor filie Philippi Act.
xxi. Item Magdalena legitur in partib⁹
Marsilie predicasse. Respondeo ꝙ priui/
legia paucorum legem communē non fa/
ciunt. Tertio prohibentur mulieres viris
preesse. Ephe. vi. Mulieres viris suis sub
dite sint. Quarto mulieres debent velato
capite orare. i. Cor. xi. Omis mulier orās
aut prophetans non velato capite. detur/
pat caput suū.

Dñica infra octauas natitatꝭ xp̄i. II.
Sermo XIIII.

Rāt pater et ma

e ter eius mirantes super his que
dicebantur de illo. Luce. ij. ca.

Celestium secretorum scrutator mirabilis
ille magnus pater Augustinus ostendens
opera dei non esse mirabilia. libro. xxi. đ cī
uitate dei. sic ait. Sicut non fuit impossi/
bile deo quas voluit creaturas instituere.
Sic nec ei ē impossibile quando voluerit
quas instituit naturas mutare. Hec ille.
Vult dicere Augustinus. ꝙ ꝯsiderata dei
omnipotentia in se nullum opus ab eo fa/
ctum est mirabile. Ueruntamē opera dei
ex alia parte sunt hominibus multum mi/
rabilia. Nam licet in rebus mirabilib⁹ to/
ta ratio faciendi est potentia facientis. vt
dicit Augustinus in libro. lxxxiij. questio/
num. ⁊ in epistola ad Uolusianum. Tamē
ratio humana mirabiles res reputat qua/
rum rationez et causas inuestigare nō va/
let et comprehendere nō potest. Maxime
vero de talibus ammiratur que preter cur
sum nature contingunt. vel quia rara sunt
vel quia nimis pulchra vel quia nimis ma
gna. vel quia nimis parua. vt dicit Hugo
in libro de operibus triū dierū. Quia igit̃
omnia que contigerunt circa natiuitatem
christi fuerunt preter cursum nature. vt est
generatio ex virgine. ipsa manente illiba/
ta. Fuerunt etiā rara. quia a seculis inaudi
ta. Fuerunt nimis pulchra, quia speciosus

forma pre filijs hominũ natus est. Nimis magna. quia dei filius de sinu patris in sinu matris visus est. et cum hominibus cõuersatus est. Baruch. iij. Nimis parua. q̃a in paruo corpore magna virtus occultata est. Paruulus eniꝫ datus est nobis Isa. ix. Et cum horum omniuꝫ ratio humana causam et rationem inuestigare non valeat. eo ꝙ pax dei eruperat omnem sensum Natiuitas enim christi credi potest. inuestigari non potest. vt dicit Ambrosiꝰ libro contra Gentiles et errores eorum. Merito igitur parentes christi mirabãtur de oibus que dicebantur de christo. vt dic̃ thema nostrum. In quibus verbis tria notantur. Primo parentum christi commendatio. cum dicitur. Erant pater et mater eiꝰ Secundo describitur eorum de operibus christi meditatio. cum dicitur. mirantes. Tertio subiungitur predicte ammirationis ratio. cum dicitur. super his que dicebantur de illo.

A

Dixi primo ꝙ in verbis premissis primo describitur parentum christi cõmendatio. cũ dicitur. Erant pater et mater eius. Certe magna dignitas esse patrem et matrẽ christi. Patrem dicit Joseph. matrem dic̃ mariam. Ueruntamen licet ambo commẽdabiles ex operibus iusticie. quia ambo iusti coram deo. Nam de Joseph dicitur. ꝙ cũ esset iustus voluit occulte dimittere eam. Matthei primo capi. De Maria loquitꝰ propheta. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ. propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. id est gratia spiritussancti te repleuit pre consortibus tuis. Tamen Marie dignitas incomparabiliter superat et excedit dignitatem ioseph. et in sanctitatis merito. et in singulari propinquitatis ad christum priuilegio. Licet enim Joseph dicatur pater christi. tamen solũmodo putatiuus. et sic fictus: et sic simulatus. apparens et non existens vmbra nõ veritas. Non sic autem est de matre. que vera mater extitit. que ex proprijs sanguinibus concepit. vt dicit Johannes damascenus Et proprio lacte pauit vbere de celo pleno. vt dicit Gregorius. Ideo omissa commendatõne Joseph respectu christi intendamus soli cõmendatõi virgis gliose que fuit vera mater christi. ⁊ per cõsequẽs christo propinquissima. Conueniunt autem sibi sex proprietates. que sunt in qualibet matre respectu filij. quas ipsa etiam habuit. ergo vera mater fuit. Que sunt solicitudo prouidendi. auctoritas iubendi. necessitas diligendi. facilitas impetrandi intimitas compatiendi. singularitas concipiendi et pariendi. Nulla autem mater sic proprie et singulariter et vnice est mater prolis sue. vt maria mater christi. Naz sicut dicit Johannes damascenus li. tertio capitulo secundo. post assensum virginis spiritussanctus superuenit in eam purgans ipsam et virtutem susceptiuam verbi dei tribuens simul autem et generatiuã et obumbrauit super ipsam altissimi virtꝰ velut diuinum semen. et construxit sibi ex castissimis et purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali non seminans. sed creans. Itẽ capitulo. xxiij. dicit. Usqꝫ ad virginem matrem in parentibꝰ et voluntas seminauit et natura germinauit. Sed spirissanctus virum de virgine mirabiliter propagauit. Hec ille. Sicqꝫ patet primum et secundum. scilicet singularitas concipiendi et pariendi. qua sola maria sic concepit et peperit vt similẽ nusq̃ꝫ habere possit. Juxta illud. Tu sola supgressa es vniuersas. De tertio patet scilicꝫ de solicitudine prouidendi et nutriendi. Sicut enim dicit Bernardꝰ. Nunq̃ꝫ martha sic solicita fuit circa christum vt Maria. Martha enim suscepit eum hospicio. sed in vtero maria. Illa operuit veste. hec carne. Illa pane et vino. ista lacte proprio pauit. Uere ergo dici potest ꝺ ea quia satagebat circa christum. De quarto scilicet de auctoritate iubendi scribitur Prouerbiorum primo. Audi fili mi disciplinã patris tui. et ne dimittas legem matris tue. Hoc vero impleuit christus quando dixit. Non veni vt faciam voluntatem meã. sed voluntatem eius qui misit me patris. Similiter de matre eius scribitur. quomodo erat illi subditus. et descendit cum ea de hierusalem in Nazareth Luce. ij. ca. Unde Bernardus dicit. ꝙ deus femine obtemperet. humilitas sine exemplo. ꝙ femina deo principetur. sublimitas sine mo

do. Hoc enim nulli nature conceditur. Nam sancti angeli ꝛ si possunt rogare. non tamen imperare. Unde Hieronymus in sermone de assumptione. Scimus beataz virginem tanti esse penes deum meriti. vt nihil horum que vellet efficere aliquaten⁹ posset effectu carere. De quinto scilicet de facilitate impetrandi dicitur. iij. Regū. ij. vbi Salomon dixit matri sue. Pete a me mater mi quid vis. Non ēm fas est vt auertam faciem. Unde Bernardus dicit. Aduocatam vis habere apud christū. ad mariam recurre. exaudiet vtiqꝫ matrez filius. De sexto scilꝫ de necessitate diligendi. Si ēm est mater diligit. ij. Reg. i. c. Sicut mater vnicū amat filium. ita te diligebaz. Et in hoc virgo ista excedit omnē creaturam Nam licet seraphin maxime deuz diligūt tamen a Maria superantur. Nam vt dicit Bernardus super cantica. Amor christi non solum animā Marie confixit. sed etiam pertransiuit. vt nullā in pectore virginali particulam vacuaz relinqueret. sed tota anima. toto corde. tota virtute diligeret. Hec ille. De septimo scilicet de intimitate compatiendi patz. Nam compatitur frater fratri. nutrix puero. sed maxime mater filio. Unde. iij. Regum. iij. Commota erant viscera matris super filio quem rex decreuerat occidere et diuidere. Unde sequitur. Date huic infantem. Hec est enim mater eius. Sic ista virgo compatiendo christo excellētius matrē se probauit. Unde hic dicitur per Symeonē ad eam. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ubi Bernardus dicit. Alij sancti ꝛ si passi sunt pro christo in carne. tamē in anima pati non potuerūt. quia inmortalis. Maria i ea parte passa est que impassibilis habetur. Ideo alijs sanctis martyribus plus passa est. quia amplius dilexit. Ideo plus omnibus doluit. Nos igitur si volumus propinquitatem christi acquirere. studeamus matrem istam imitari in suis affectibus et operibus. vt sic primo concipiam⁹ christum per mundam cogitationem. Secundo pariamus eum per bonam operationem. Tertio seruemus eum per solicitaz custodiam. Quarto iubeamus et precipiamus nostre voluntati vt obsequatur preceptis et obediat voluntati diuine. Quinto diligamus eum ex toto corde. Sexto impetremus commissorum veniam. Septimo compatiamur passioni sue per iugē memoriam. Sic poterimus dicere mater eius spiritualis. Nec putes te parue estiationis et commendationis. ꝙ mater eius spiritualis dici possis. Nam cum christus commendaretur a muliere quadam inter turbas vt ei diceretur. Beatus venter qui te portauit. volens christus potius gloriari de spirituali cognatione et propinquitate fidelium ꝙꝫ corporali matris sue respondit. Quinimo. Beati qui audiunt verbuz dei et custodiunt illud. Luce. xi. Et iteruz dicentibus sibi quibusdam. Ecce mat̄ tua et fratres tui foris stant volentes tibi loq̄. Respondit christus. Que est mater mea. ꝛ qui sunt fratres mei. Et sequitur. Extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunqꝫ ergo fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. ipse est me⁹ frater soror et mr̄ Mat. xij. Uides et audis quia caro non fac̄ proximum deo. sed spiritus. Unde Johannis primo dicitur Dedit eis potestatem filios dei fieri. qui non ex voluntate carnis. sed ex deo nati sunt. Qui ergo fecerit voluntatem christi iste propinquus est christi. Sz que est voluntas eius. ostendit apostol⁹ dicens. i. Thessal. iiij. c. Hec est volūtas dei. sanctificatio vestra. Sanctificatio autem illa cōsistit in eo quintupliciter. Primo vt abstineamus a commissis malis. et de eis peniteamus. ij. Petri. iij. c. Non tardat dominus promissionem suam sicut quidā existimant. sed patiēter agit propter vos. nolens aliquos perire. sed omnes ad penitētiam reuerti. Secundo in eo vt presentes tribulationes sustineamus. i. Petri. iiij. ca. Qui patiuntur ꝺm voluntatem dei. creatori fideli commendēt animas suas in benefactis. Tertio vt in omnibus deo gratias agamus. prima Thessal. vltimo. In oībus gratias agentes. Hec est vountas dī. vt bonum exemplum alijs ostendamus. i. Petri. ij. c. Sic est voluntas dei vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quarto vt ꝓximis misereamur. Ozee sexto. et Math. ix. capi. Misericordiam volo et non sacrificium. Ecce dei voluntas vt simus mise-

ricordes. Quinto vt salutem eterne beatitudinis consequamur. i. Thimo. ij. Deus vult omnes homines saluos fieri. ⁊ i agnitionem veritatis venire. Ex his patet ꝙ facile q̃s istis modis poterit acquirere xp̃i propinquitatem.

B

Dixi secūdo ꝙ in verbis premissis describitur parentum Christi meditatio. cum subditur. Erant mirantes. Quamuis autem omnia mirabilia dei opera sunt. Juxta illud. Mirabilia testimonia tua domine. iō scrutata est ea anima mea. Tamen tria sūt opera dei precipua omni modo miranda. scilicet christi incarnatio. de qua mirabantur parentes eius. vt hic dicitur. Secundo peccatoris conuersio. de qua hodie mirantur homines. Tertio beatorum glorificationem. quam mirabuntur in futuro. nō solum parentes christi. non solum homīes moderni et iusti. sed etiam angeli btī. De primo patz quomodo merito parētes xp̃i mirabantur eius incarnatōnem. Et h̃ precipue propter tria. Primo pro eo ꝙ tant⁹ fuit humiliatus cuius potentie nullus resistere potest. cuius sapientie nullus respōdere potest. cuius glorie nullus se comparare potest. Unde beatus Thomas cōtra gentiles libro. iiij. dicit. ꝙ inter opera diuina misterium incarnationis maxime excedit. Nihil em̄ mirabilius cogitari potest q̃ȝ ꝙ deus sit homo. Secundo merito mirabantur pro eo ꝙ per incarnatōnem christi illa antiquissima discordia que inter deuȝ et hominem per quinqȝ milia annoꝝ ⁊ amplius durabat reconciliationem sumebat et pacem. Sicut apostolus ait Ephe. ij. c. Tertio merito mirabantur ꝙ tam abiect⁹ scilicet homo in deum exaltabatur. et quē angeli imo bruta despiciebant et dedignabantur a deo honorabatur. non solum autem mirabantur opus incarnationis. sed etiā affectum dei patris qui tanta caritate motus est vt filium suum vnigenitū daret Joh. iij. Unde dicit apostolus. Propt̃ nimiā caritatē quā deus habuit ad nos filium suum misit. Insuper mirabantur et incarnationis modū. Modus em̄ fuit valō sapientissimus ⁊ ordinatissim⁹. Ut sicut a diabolo suggerēte Eua ꝯsentiente ⁊ pctm̄ producente mors intrauit in orbem terrarū. Sic angelo nūciante. spūsancto obumbrāte. ṽgine ꝯsentiente ⁊ filiū ꝑducēte. vita daretur mūdo. Post hec om̄ia mirabantur incarnationis effectū q̄ ad hoiem redēptuȝ. qui ita redemptus est vt in nullo deficiat. Ps. Copiosa apō eū redēptio. Naȝ redēptus est a culpa originali ⁊ actuali. in grām restitut⁹ originalē. ṽtutib⁹ decorat⁹ per sanctimoniā spūalē. Certe mirabilia. Mirabant̃ ꝑterea de incarnatōe xp̃i. non solū parētes. sed etiā angeli. hoīes. ⁊ demones. De angelis p̄mo ptȝ. Nā cū se ante incarnationē adorari ꝑmitterēt post incarnationē nunq̄ȝ adorari voluerūt Apo. xxi. Dixit angel⁹ iohanni cū se adorare vellet. Uide ne feceris. cōseru⁹ em̄ tuus sum ⁊ fratrū tuoꝝ. De secundo patet. quō videlȝ homines mirabantur. Nam multi ita mirantur christi incarnationem ⁊ natiuitatē ꝙ vsqȝ modo non possunt credere. vt Judei heretici et pagani. pro impossibili habentes huiusmodi incarnationē. Sed certe audiant tales illud quod dicitur Luce primo. Non erit impossibile apud deū oē verbuȝ. De tertio quomodo demones mirabantur. patet. quia nunq̄ȝ poterant comprehendere ꝙ tanta maiestas tm̄ possȝ humiliari ꝙ deus summus possit fieri homo infimus. Uidebant em̄ eum esurire. sitire. algere. calere. lassari. tristari. et pauere. propter hec non credebant eum deum. Cū vero vidissent eum in nullo peccare. demones fugare. cecos illuminare. mortuos suscitare. leprosos mundare. timuerunt esse deū. Et sic pro vtraqȝ parte dubitātes mirabantur esse eum talem qualem nunquā viderunt. Sed diceres. tamen Luce q̃rto capitulo dicitur. Sciebāt euȝ esse christum. Rn̄deo. ꝙ nō sciebāt certitudinalit̃ sed vehementer presumebāt. Un̄ vt dictū est. Et parētes ⁊ angeli ⁊ hoīes ⁊ demōes mirabant̃ eius incarnationeȝ. Juxta illud Ecci. Mirabilia opa illi⁹ ⁊ gliosa ⁊ abscōsa. Mirabilia hominib⁹. gloriosa angelis. absconsa demonib⁹. Secundum opus dei de quo hodie mirātur homines ē peccatoris conuersio. De qua dicit Bernardus ad carthusienses. Via mirabilis est. homines multum mirantur. quia de⁹ fecit visibilia ex nihilo ꝙ creauit mundum et

ordinem creaturarum. Sed multo mira-bilius est cum deus vnum peccatorem cõuertit viuificat et iustificat. Hinc Augu-stinus dicit. Maius est peccatorem con-uertere q̃ creare celum et terram. Sed di-ceres. Hoc videtur falsum et impossibile. Ad quod respondeo ꝙ hoc verum est. Et hoc propter tres ratiões. Primo ideo. qa peccator demeruit suam iustificationẽ per quam se fecit inhabilem ad eam per culpã Quod nõ fecit celum et terra que seruant suum ordinem et officium. Deus enim tm̃ odit peccatorem ꝙ vix eum tollerat in ter-ris. ⁊ nisi eum refrenaret misericordia face-ret in quolibet quod fecit in Dathan ⁊ aby-ron. quos viuos terra deglutiuit. ⁊ in so-doma et Gomorra. quos ignis celi exussit et consumpsit. Secundo quia ad peccato-ris iustificatiõem deus indiget adiutorio quo ad quid scilicet hominis voluntate. Quia qui creauit te sine te. non saluabit te sine te. Ex hoc patet ꝙ maius est miracu-lũ conuersio peccatoris q̃ creatio celi. pa-tet. quia non est dictum in creatione celo-rum. beati celi. quia creati sunt. sed dicitur in conuersione peccatoris. Beati quorũ remisse sunt iniquitates. Tertio quia oẽs angeli gaudent in peccatoris conuersione Luce. xv. Gaudiũ est angelis dei sup̱ vno peccatore penitentiã agente. Et tm̃ gau-dent ac si mundũ in mille solibus faceret clariorem. Hinc dicitur Matthei. xv. c. ꝙ cum accessissent quidã ad iesum habentes secũ mutos. cecos. claudos. ⁊ debiles. cu-rauit oẽs ita vt mirarentur. Facit hoc et hodie in animabus quod fecit in corpori-bus tunc. et tamen nemo miratur. Curat eñ peccatorem cecum in cognitione. mutũ in oratione. claudum in affectione. debilẽ in dei operatione. Et istud est maius mi-rabile primo. Tertium opus dei de q̃ mi-rabantur angeli in futuro. licȝ et hodie mi-rentur est beatorũ glorificatio. Cum eniȝ videbunt angeli homines remunerari in corpore et anima. valde mirabuntur. eo ꝙ deus hoc secretũ a seculo solum sibi reser-uat. Iuxta illud Isaie. Secretum meũ mi-hi. Cum ergo hoc primum viderint quod nunq̃ viderunt valde mirabũtur. Et hoc ex pluribus causis. Primo quia ad glori-ficationem electorum generalem omnes angeli vocabuntur. Quia tamen ad nul-lum opus dei hucusq̃ cõuocati sunt. Sic enim scribitur Matthei. xxv. Cum vene-rit filius hominis et omnes angeli cum eo Dicit enim Alexander de Halis. ꝙ cũ de-us descendit in terram. non omnes angeli descenderunt cum eo. nec cum econuerso ascendit. omnes cum eo ascenderũt. quod tamen fiet in resurrectione generali. De q̃ dicitur. Aduocauit celum desursũ ⁊ ter-ram discernere populum suum. Secũdo. quia ad hominis glorificationem totꝰ mũ-dus ornabitur. Ad hunc diem festum nun-quã fuit opus tam magnum et laudabile pro quo se totus mundus vestiret. Patet. quia nec in natiuitate. nec in resurrectione nec in ascensione christi. sed tunc primo cũ homo glorificabitur. Iuxta illud Isa. Ec-ce ego creo celum nouum et terram nouã. Tertio quia vita electorum coram omni-bus laudabitur Matthei. xxv. cap̃. Esu-riui et dedistis mihi manducare Et sic de aliis. Et certe hoc mirabile est. non minus ceteris. Valde enim mirabile est vt crea-tor creaturam laudet et commendet. cum dominus secularis vix seruum suũ aliquã-do commendet. Ipse tamen dicet non so-lum vniuersaliter omnibus. sed etiã singu-lariter. Euge serue bone et fidelis. quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te consti-tuã. intra in gaudiũ dñi tui.

E

Dixi tertiõ ꝙ in verbis premis-sis subditur predi-cte ammirationis ratio. cuȝ dicitur. Su-per his que dicebantur de illo. Que autẽ dicebantur de christo refert sanctꝰ Lucas ꝙ tria erant. scilicȝ ab angelis. a pastoribꝫ et a Symeone. Angeli cantabant gloriaȝ in excelsis deo ⁊c̃. Pastores annunciabãt que viderant de puero. Symeon benedi-xit parentibus pueri. et prophetabant de puero omnes tamen glorificabant puerũ. Angeli attribuebant gloriam deo pro in-carnatione christi. Pastores reuersi sunt glorificantes ⁊ laudantes dominũ in om-nibus que audierunt ⁊ viderunt. Syme-on etiam benedixit eum dicens. Nunc di-mittis seruum tuum domine scd̃m verbũ tuum in pace. Luce. ii. cap̃. habentur oĩa

ista. Per istos tres significantur tres stat⁹. scilicet incipientium. proficientium. et perfectorum. Qui omnes pro opere incarnationis christi debent laudare deum ꝛ gratias agere deo pro tam magno beneficio et tam immensa dilectione. ꝙ videlicet tm̄ se exinaniuit vt pasceretur omniū pastor. et visus est et adamatus est ab inope pauper factus dilectus propter similitudinez. nō solum autem. sed et propter māsuetudinez et iusticiā. Q𝔡 per eum scilicet promissiones adimplete sunt. ꝙ iniquitates remisse sunt. ꝙ superbi demones cum pncipe suo iudicati sunt. Inquit Bernardus sup cantica sermōe. lxx. Unde sicut dicit idē Bernardus super cantica sermone. xi. ad finez. Licet christ⁹ potuisset aliter redimere genus humanum absq3 vlla difficultate. maluit tamen cum iniuria sui. Et hoc idō. ne pessimi et odiosissimi vicij ingratitudinis actionem reperiret in homine. Sane multū fatigationis assūpsit ideo vt multe dilectionis hominē teneret. cōmoueret ad gratiarum actiones difficultas redemptiōis quē minus fecerat deuotū conditionis facilitas. Quid enī dicebat homo creatus ꝛ ingratus. Gratis quidem conditus sum. sed nullo amoris vel laboris grauamine. Si quidem dixit. et factus sum quemadmodum et vniuersa. Quid magnum est cū quelibet in magna verbi facilitate donauerit. sic beneficium attenuant creatiōis. humana impietas magnitudinis materiam non sumebat. vnde amoris causa esse debuerat. Sed obstructum est os loquentium iniqua luce clarius. Nam iam patet quemadmodum pro te homo dispendiuz fecerit. de domino seruus. de diuite pauper. caro de verbo. de dei filio hominis filius fieri non despexit. Memento iam te et si de nihilo factum. non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia. et te iter omnia. At vero per totos triginta annos operatus est salutem tuaz in medio terre. O quantum laborauit sustinens carnis necessitates. hostis temptationes. Nonne sibi crux aggrauauit ignominiam. mortis cumulauit horrorem. Hec Bernardus. Hec itaq3 cōsiderantes prouenisse hominibus ex incarnatione christi tam angeli ꝙ̄ pastores. ꝙ̄ Symeon glorificabant et laudabant deum. Quibus auditis tanquā nouis et insolitis merito parentes eius mirabantur. Nos igitur fratres charissimi pro tam maximo beneficio christi studeamus ei reddere laudem et gloriam. Non solum autem pro isto. sed etiam pro omnibus alijs beneficijs diuinis. Nihil enim deus vult ab homine nisi gloriam et laudem. Nec melius honoratur quibuscunq3 incensionibus vel oblationibus ꝙ̄ gratiarumactionibus. Unde Hermes trimegistus libro suo de natura deorum inquit. Q𝔡 exquo in deo sunt omnia. et ipse est omnia. nos nō habentes quod dignum ei reddamus gratias agentes ei ipsum adoremus. Hec enim sūt summe incensiones. cum gratie aguntur deo a mortalibus. Hec ille. Agamus igitur gratias deo pro omnibus. vt per hoc a minimis veniamus ad maxima. Et de opere redemptionis perueniamus ad beatitudinem glorificationis. Quam nobis pstare dignetur dominus noster iesus christ⁹. Amen.

Dominica infra octauas natiuitatis christi. III.

Sermo. XV.

Per hiesus crescebat et confortabatur plenus sapientia. et gratia dei erat in illo. Luce secundo capitulo. Ueritatis assertor precipuus magnus pater Augustinus in libro de vera religione scribens de operationibus christi. quas operatus est operando salutem in medio terre. sic ait. Tota vita christi in terris per hominē quā gessit disciplina morum fuit. Oia enī bōa mundi christus contempsit que contemnenda docuit. ꝛ omnia mala sustinuit que sustinenda precepit. Hec ille. Uult dicere Augustinus ꝙ christus veniens in mundum omnia facienda per nos vel vitanda a nobis in se exemplificauit. Iuxta illud Johannis. xiij. cap. Exemplum enim dedi vobis vt et vos ita faciatis. Unde sicut alia opera sue conuersationis cū fact⁹ esset perfecte etatis nobis proposuit in exemplum. sic et opera sue infantie. vt sic omnibus omnia fieret. ꝛm Ambrosium super Lucam libro. iiij. Et ideo euangelista pōderans huiusmodi infantie etatem nobis

in exemplū ꝓpositā de christo notant̄ scri-bere nō omisit dicens. Puer crescebat. nec em̄ dubium quin ꝓpter nos ista dicta sunt. Nam sicut idem Lucas in codē capitu. in fine ait. Proficiebat etate sapientia ꝛ gratia apud deum ꝛ apud homines. dicēs em̄ Proficiebat apud deum. addidit. ꝛ apud homines. vt daret intelligere quia ꝗ scītūs erat propter homines. hominibꝰ proficere voluit. ꝛ proficere se ostendebat. Licꝫ igit̄ ꝑm diuinitatē crescere non poterat in sapientia ꝛ gratia. tamen in assumpta hūanitate ꝑm carnis substantiā vere crescebat. ꝑm vero sapientiā ꝛ gratiā anime nō crescebat sed se crescere ostendebat. ꝑm ꝙ in corporis magnitudine procedebat se maiorem sapientiā habere ostendebat. qui tamen ab instanti conceptionis sue om̄i sapientia ꝑm etiā animā plenus erat. Propter nos igit̄ sicut factus est puer. ita ꝛ crescebat et confortabatur plenus sapientia. sicut dicit̄ thema nostrū. In quibus verbis tria tanguntur. Primo xp̄i puritas admirabilis. cum dicitur. Puer. Secundo ꝓfectus etatꝭ delectabilis. cum dicit̄. crescebat ꝛ ꝯfortabat̄ Tertio plenitudo virtutū incōparabilis. cum subditur. plenus sapiētia ꝛ gratia dei erat in illo. A

Dixi primo ꝙ in verbis premissis tangit̄ puritas christi admirabilis. cum dicitur. Puer. Sicut aūt dicunt om̄es grāmatici puer dicit̄ a pura etate. eo ꝙ illa etas pura sit et innocens ab om̄ibus delictis. Ideo christus voluit eaꝫ ostendere vt significaret ꝙ nō nisi tales qui essent vt pueri mundi intrabunt in regnū celoꝝ. Luc. xviij. Sinite paruulos venire ad me. Taliū em̄ est regnum celoꝝ. Voluit ergo apparere paruulꝰ quadruplici ratione. Primo ad docendū homines innocentie puritatē. Puer em̄ dicitur a puritate. Christus aūt habuit triplicem puritatē. scꝫ originalis ꝯcupiscentie. actualis ignorātie. ꝛ corporalis impotētie. Christus em̄ sanctificatus ab instanti cōceptionis sue. xp̄s plenus fuit sapiētia ab eodem instanti. ꝛ xp̄us nullā resistentiā habuit in eodē corpore suo. Ideo fuit depuratus ab om̄i infectione. Fuit etiā purus triplici puritate. cogitationis. locutionis. et operationis. Habuit em̄ cogitationes mundissimas. locutiones vtilissimas. ꝛ operatiōes sanctissimas. Unde dicitur de eo. i. Petri ij. Qui peccatum non fecit nec inuentus ē dolus in ore eius. Talem puritatē debent habere om̄es serui dei. Primo eni debent esse mundi cogitatione. Iuxta illud Iacobi. iiij. c. Purificate corda vestra duplices animo. Secundo debent habere puritatem vt sint mundi locutione Iob. xxxiij. c. Sententiam puram labia mea loquētur. Prouerbioꝝ. xv. Sermo purus pulcherrimus firmabitur ab illo. Tertio debēt habere puritatem operationis. i. Thim̄. ij. c. Volo viros in omni loco orare leuantes puras manus ad deum. Iacobi. iiij. Emūdate manus vestras peccatores. O q̄ȝ pauci sunt hodie tales pueri ꝗ prochdolor potius habent cogitationes iniquas. Iuxta illud. Cogitauerunt iniquitates in cordē. locutiones immundas. Ps. Vana locuti sunt vnusquisqꝫ. Et vtinam tm̄ vana ꝛ nō scurrilia vel mēdosa aut etiam dolosa. Timeant igitur tales illud ps. quod comminatur eis dicens. Disperdet dominꝰ vniuersa labia dolosa. et linguā magniloquā. Habent etiam operationes fetidas et infectas fetore luxurie. Iuxta illud. De cadaueribus eorum ascendet fetor. Iohelis primo. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vere magnus fetor quem etiā demones abominantur. Cōmuniter videmus ꝙ qui comedit alleum non sentit fetorē alterius comedentis. Diabolus comedit alleum. quia fetidis ꝛ immundis cogitatiōibus. locutionibus. ꝛ operationibus delectatur. In signum huius in quodaꝫ obsesso habitauit in sepulchro fetido vt dicitur Marci. v. Et tamen horret fetorē luxurie presertim ille demon qui est nobilioris nature vltra ceteros. Istud patet de quodaꝫ astrologo ꝛ nigromantico. De quo refert Robertus holgot super librū Sap. ca. ix. Qd cum quadā vice demonē solito more inuocasset post longā expectationē et carminum suoruꝫ iterationem. tandem apparuit stans a longe et vestibus obturās nares suas. A quo dum quereret incātator. quare ita tardasset. et quare ita a remotis se tenuit. Respondit demon. Fetor inquit luxurie tue non permittit me ad te accedere. O si sic abominantur demones istum fetorem. q̄nto magis āngeli boni. Secundo christꝰ voluit esse puer ad docendū obe-

dientiā et subiectionē. Puer enī subiectus est parentibus. imo omnibꝫ. sic xp̄s fuit. vt dicit Lu. ij. Erat inq̄t subditus illis. Sic quilibet fidelis debet esse subditus ⁊ obediens supiorib⁹ suis. Iuxta qđ suadet apostolus dicēs. Omis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Et iterū. Obedite prepositis vestris. Subiecti estote omi creature humane. i. Pet. ij. Et Ephe. v. c. Subiecti inuicem in timore christi. Tunc aūt vera est subiectio ⁊ obedientia cū subditus nihil agit iuxta voluntatē ꝓpriā. sꝫ superioris. Unde dicit Bernardus super cantica sermone. lxxi. Grande malum propria voluntas. que facit vt bona tua bona non sint. Hinc est qđ. i. Regū. xv. dicitur. Melior est obedientia q̄ victima. Quod tractans Grego. xxxv. libro moraliū dicit. Obedientia merito victimis preponitur. quia per victimas aliena caro. per obedientiam vero voluntas propria mactat᷑. Attēdant hoc filij erga parentes. attendant serui erga dominos. subditi erga prelatos. ⁊ generaliter oēs fideles erga suos confessores. vt nihil agant contra eoꝝ voluntatem. Nam quicquid contra preceptum illorum. aut consiliū aut suasum fuerit. mortiferum est ⁊ vane glorie deputatum. Ita dicit Bernardus super cantica sermōe. xix. ad finem. O q̄ multi hodie sunt qui oīa iuxta caput suum faciunt tam carnalibus q̄ spiritualibus parentibus non obedientes. et sensum suum preferre ipsoꝝ voluntati conantes. quod vtiq̄ nō ex alio q̄ ex superbia procedit. Nam sicut dicit Hugo de duodecim abusionibus. Inobedientie morbus ex superbie tumore procedit. Sicut sanies ex vlcere. sic ex superbia contemptus manat. Sed attendant isti christum dominū qui deus existens obediuit parētibus. non despexit magister discipłos. dominus homines. verbum et sapientia dei patris fabrum et feminā. Dicit Bernard⁹ super cantica sermone. xix. Tertio christ⁹ voluit apparere puer ad docendum humilitatem. Paruulus enī humilis est et superbire nescit. Sic christus Philip. ij. humiliauit semetipm formā serui accipiēs. Per quod xp̄s informare voluit filios fideles ꝙ nisi humiliarent᷑ sicut paruulus nō itrarent in regnū celoꝝ. vt dicit Math. xviij. Nō est enī via ad celestē exaltationeꝫ nisi ꝑ humilitatē. Unde. i. Pet. v. dicitur. Humiliamini sub potenti manū dei vt nos exaltet. Et Eccl. iij. Quanto maior es humilia te in oībus. ⁊ coraꝫ deo inuenies gratiam. Hinc dicit Bernardus super cantica sermone. xxxv. ꝙ oportet humiliter sentire de se nitentem ad altiora. ne duꝫ supra se attollitur cadat a se nisi in se per verā humilitatē solidatus fuerit. Et subdit. Non nisi humilitatis merito. maxima obtinent᷑ Tunc autē ē vera humilitas. cū nō solum ea per que nos deus per seipum humiliat. libenter accipimus. sed etiā cum ab alijs illata libenter tolleramus. Job per deū fuit humiliatus. Dauid per hominē maledicētem sibi. Et dico notanter quando libēter illata tolleramus. Nam ƒm Bernardum vbi supra. multi humiliantur qui humiles non sunt. Alij enī cum rancore humiliant᷑. alij patienter. alij et libenter. Primi rei sūt Secundi innoxij. Tertij iusti. Is ergo vere humilis est qui dicere potest. Bonū mihi quia humiliasti me. Hoc non potest dicere qui inuitus est. Multo minus hoc dicere potest qui murmurat. neutri horuꝫ ꝑmittimus gratiā ꝙ humiliatur. Est tamē inter istos duos differentia et conuenientia. Nam differunt in hoc. quia qui inuit⁹ patitur. in patientia sua possidet animā suam. Qui vero murmurat simpliciter perit in anima sua. Conueniunt autem in hoc. quia neuter eorum gratiam consequitur. nec meretur. Et si vnus eorum scilicꝫ qui murmurat iram mereatur. quoniaꝫ nō humiliatis. sed humilibus dat gratiam suaꝫ. Ille vero vere humilis est qui humiliationem vertit in humilitatem. Et ipse est qui dicit deo. Bonū mihi quia humiliasti me Ex predictis patet ꝙ ad verum humilem requiruntur duo. vt scilicꝫ sponte ⁊ libent᷑ humilietur. Debet ergo tacita esse et leta humilitas. Talis fuit Paulus qui dixit. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. vt in me habitet virt⁹ christi. Hec Bernardus sententialiter vbi supra. Quarto christus voluit apparere puer propter parnā reputatōnem. Puer enī pro minimo reputatur. Sic christus Isaie. liij. Despect⁹ est vultus eius. vnde nec reputauimus eū. Abdie in principio. Ecce paruulum dedi te in gentibus. Cōtēptibilis tu es valđ. ꝑ qđ docuit nos vt simpliciter ⁊ non gl'iose

viuamus. Talis fuit dauid qui de se dicebat. Adolescentulus sum ego et cōtempt⁹ Et apostolus. Si adhuc hominib⁹ placerem christi seruus non essem. Vere sic ē q̄ qui hominibus student placere magne sūt reputationis. Qui vero diligunt veritatē et soli veritati intendunt placere nulli⁹ sūt in mundo reputationis. imo sunt magne derisionis. Juxta illud. Deridetur iusti simplicitas Job. B Unde hodie adulatores preualent viris iustis et sanctis ꝛ doctis. quia oīa ad placitū dominoꝝ dicūt Et ꝓpter hoc quia ad placitū oīa dicūt. reputantur eis amici. Sed in rei ꝟitate sunt deceptores ꝛ capitales inimici. Nā vt dic̄ Robert⁹ holgot sup librū Sap. ca. x. Similes sūt illi qui suauiter radit. sed guttur amputat. vel genam tergit. sed oculū eruit Vn̄ Ecci. xij. c. dr̄. In labijs suis indulcat inimicus et in corde suo insidiatur vt subuertat te in foueam. In oculis suis lacrimabitur inimicus. et q̄si adiuuans suffodiet te. vn̄ Seneca ep̄la. viij. dicit. Venit ad me blādus inimicus pro amico. vicia sub virtutum nomine surripiunt. Certe hoc est hodie videre ad oculum. q̄ nullus vicia maiora inducit in regibus principib⁹ ꝛ ceteris nisi adulatores asserentes ea esse virtutes. Nam prodigalitatem liberalitatem dicūt humilitatē fatuitatē asserunt. deuotionem et cultū dei monachatū ꝑsuadent. superbiam honestatē astruūt. voluptatē ꝛ delicias in solaciū vertunt. Et ita hominē seducūt et in malis morib⁹ firmāt. vt quādoq̄ vsq̄ ad mortē in malis et prauis moribus consenescat. ꝛ moritur in eisdem. Unde si q̄s vult aduertere quare diuites etiā in seniū vix emendantur. facile videbit hoc ex adulatorū blandicijs ꝓuenire. Nam cum se credūt bonos ex assertiōe adulatoꝝ. quomodo possunt conuerti vel in melius mutari Vn̄ Seneca dicit ep̄la. xcv. Non sumus cōtēti modica adulatiōe. imo si quis nos sanctissimos modestissimos predicet totū acceptamus tanq̄ nobis debitū. Et cum credimus eis qui nos laudant non corrigim⁹ nos. nec mutari volumus. quia nos optimos credimus esse. Hec ille. Et ideo sentētia Platonis fuit prout dicit in libro de dictis phoꝝ. Q̄d homines ex inimicis magis q̄ ex amicis ꝓficiunt. Quia dū inimici eis errores improperant corriguntur.

Amici vero nō improperāt eis errores. sed tollerant et occultant. Hinc dr̄ Math. x. Inimici hominis domestici eius. Jsa. iij. Popule meus q̄ te btm̄ dicūt ipi te decipiunt ꝛ seducūt. Tales ergo nō sunt amici. sed inimici. Nā sicut Policratus dic̄ libro. iij. ca. iiij. Adulator oīūs virtutis est inimic⁹ eo q̄ magis cauendus q̄ sub amātis specie nocere non desinit. donec rōnis obtundat acumen. et luminis modicū q̄d adesse videbatur extinguat. Certe vt idem ait. grauissime tales peccant. cū eis nocent et sub eis infideliter agunt quibus fidē debent ꝛ tenentur. circūuenientes blandicijs ꝛ in sordes vicioꝝ p̄cipitantes. Quid odibilius fraude ꝛ dolo. quo sub imagine amoris et fidei in simplicē ꝛ credulū ꝛ quod detestabilius est amicū perfidie et inimiciciaꝝ nequicia exercetur. O quō m̄ltiplicati sunt hodie tales super numeꝝ. dicit Policrat⁹ vbi supra ca. vi. Et vere ita m̄ltiplicati vt non sit locus iustis ꝛ bonis viris in curijs p̄ncipū ante ipos. Ex quib⁹ oīb⁹ iam patet quātū noceāt adulatores ipis magnis dominis. Si igitur volūt ab eis bene cauere duo eis sunt necessaria. Primo vt in principio talib⁹ resistant. Unde dicit Policratus libro. iij. c. vij. Primos adulatoꝝ congressus impugna. Q̄d tunc fit quādo vt dicit Seneca ep̄la. xcv. nos metipos tales reputamus quales nos esse scimus. nō quales nos adulatores cōmendant. Refert seneca ibidem de alexandro. Q̄d cū ab alijs diceretur filius Jouis illius dei. contigit q̄ in obsidione cuiusdam ciuitatis dū circuiret muros sagitta percuss⁹ ē. Cūq̄ vulnus vehemēter doleret ait. Oēs me filium iouis esse dicunt. sed vulnus hoc me hominē esse probat. Sic debet facere tal' p̄nceps vel dominus. Vos me dicitis prudētem. sed ego non inuenio hoc in me. Vos me dicitis temperatū. sed ego sentio in me defectum maximū in excedendo modum et tempus. ꝛ sic de alijs. Sic dicebat Virgilius de se sicut narrat Policratus. Me quoq̄ dicunt vatem. sed non ego credul⁹ illis. Unde Catho dicit. Plus alijs de te q̄ tu tibi credere noli. Secūdo necessariū est eis vt semꝑ habeant aliquos viros iustos et litteratos secū. q̄ eos cōtra tales p̄muniant et precustodiant. et eos euadere doceant. Ezechias cū esset vir iustissimus

et ſanctus. Legit̃ tñ Iſaiam ꝓpham in cõſilio habuiſſe. Dauid ⁊ ſi ſanctiſſim⁹ et ipſe ꝓpha ꝓphaꝝ. tñ habuit Nathan ꝓpham in cõſilio ſuo. qui eũ de nõ edificando tẽplo premonuit ⁊ pro peccatis adulterij ⁊ homicidij corripuit Salomon licet ſapientiſſim⁹. tamẽ Nathã ꝓphaȝ ⁊ Sadoch ſacerdotem in cõſilio ſuo habuit Carol⁹ pius imperator habuit doctiſſimũ Alcuinũ. Trayanus iuſtiſſim⁹ imperator ſapiẽtiſſimũ Plutarcũ phm. Nero licet neq̃ã tamen habuit ipe Senecam. Alexander Ariſtotelẽ prudentiſſimuȝ. Ptholomeus ſeptuaginta interpreteſ libroꝝ. Nec mirũ ꝙ tũc bene ſtabant coꝝ principat⁹ exquo ſapientiſſimis regebant̃. cũ ſine ſapientia nullus poteſt ſtare ꝑncipatus. inquit Policratus libro. iiij. cap. vi. Unde Socrates Apollinis oraculo ſapientiſſim⁹ iudicatus. Tũc demũ fore reſpublicas beatas aſſeruit ſi eas phi regerent aut coꝝ rectores ſtudere ſapientie cõtigiſſet. Tales ꝗ viros honorent ꝑncipes et nõ contemnant ſi bene volunt imꝑare. Si tamẽ viri boni ꝓ veritate cõtemnant̃ nõ debet ꝓ magno reputari. quia nõ ipis ſed ꝯtemptoribꝫ ve. Nam vt ait Cicero. Cuius aures clauſe ſunt veritati vt verũ audire nõ poſſit eiuſ ſalus deſperanda eſt

C

Dixi ſecũdo ꝙ in ꝟbis premiſſis deſcribitur profectus etatꝭ chriſti delectabilis cũ dicit̃. Creſcebat ⁊ confortabatur. In hoc chriſtus ſe verã carnẽ aſſumpſiſſe demonſtrauit nõ fantaſticã. Sicut eñ puer ẽẽ voluit. ſic in virũ nõ niſi ſucceſſiue adoleſcenam naturã. Nam ꝯm diuinã. Magnus dominus ⁊ magnitudinis ei⁹ non ẽ finis In hoc tamen ſaluator nos docere voluit vt in noſtris actionibꝫ quas bene agendo incipimus non ſiſtamus. ſed ſemper in eis ad meliora tendentes proficiamus. et ſic ſpiritualiter creſcamus vſqꝫ in virũ ꝑfectũ Duo tamẽ hic dicũtur de xp̃o. Primo qꝛ creſcebat. Secundo quia proficiebat ad ſignificandum cuilibet bene agenti duo eſſe neceſſaria. Primo augmentũ virtutũ interioꝝ. Secũdo ꝓgreſſus in illis virtutibus ⁊ exercitatio exterior. Unde Machab. ix. dicit̃. Cepit Jonathas creſcere ⁊ proficere. De primo patet. Debet eñ creſcere in ſeptẽ ꝑcipuis virtutibꝫ. Et primo in certitudine fidei ⁊ cognitõis. Unde. ij. Coꝝ. x. Spem habem⁹ creſcẽtis fidei veſtre. De modicitate fidei reprehenſus eſt Petr⁹. modice fidei quare dubitaſti. Mathei. xiiij. Sed bene creuerat mulier chananea que audiuit. Mulier magna eſt fides tua. Et Centurio cui dictũ eſt. Non inueni tantã fidẽ in iſrael. Scdo debȝ creſcere in feruore deuotiõis. q̃ feruor maxiẽ lucet in orõnis continuatione ⁊ lacrimaꝝ effuſione. Heſter. xi. Fons paruus creuit in fluuiũ maximũ. Hoc eſt. Parua deuotio in ꝑncipio ⁊ pauce lacrime in puericia debent poſtea creſcere in fluuiuȝ in ſenio. Sicut fecit Dauid q̃ dicit de ſe. Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ lachrimis. Sed certe multi feruẽt in ꝑncipio q̃ deficiũt in fine ⁊ in ſenio. Tertio debet creſcere in exercitatõne opeꝝ virtutis. Prouer. iiij. Semita iuſti quaſi lux ſplendida ꝓcedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad ꝑfectũ diem. i. diẽ mortis. que eſt perfecta dies. Hodie eñ non ẽ perfectus dies. quia interdum habemus lucẽ gratie. interduȝ tenebras culpe. quia nunc boni: nunc mali ſumus. Quarto debet creſcere in perfectione charitatis q̃ ad deum. Ephe. iiij. Ueritatem autẽ facientes in charitate creſcamus in illo. Bern. Qui habet magnaȝ charitatem magn⁹ ẽ. q̃ paruã paruus eſt. ⁊ q̃ nullam nihil eſt. i. Coꝝ. xiij. Si linguis hominũ loquar. ⁊c̃ Et ſequit̃. nihil mihi prodeſt. Quinto debet creſcere in amore volũtarie paupertatis Gen. xli. Creſcere me fecit deus in terra paupertatis mee. Quod tũc fit qñ homo quãto vlterius tanto plus diligit paupertatẽ ꝓpter deũ. Sexto debet creſcere ĩ puritate caſtitatis. erga ſeipſum. Math. vi. Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Candor liliorum ſignificat caſtitatẽ fideliũ. Septimo debet creſcere in virtute pietatis quo ad proximuȝ Job. xxxi. Ab infantia mea creuit mecum miſeratio Tria aũt faciũt hoiem creſcere. ſcȝ grã bñdicens Job. i. Operibꝫ manuũ ei⁹ benedixiſti. ⁊ ideo poſſeſſio eius ſcȝ virtutum creuit in terra. Secũdo doctrina erudiẽs q̃ſi lac puerũ creſcere facit. i. Pet. ij. Quaſi mõ geniti infantes lac cõcupiſcite. vt ĩ eo creſcatꝭ. Tertio tribulatio patiẽs facit creſcere ſicut aqua arborẽ. Exo. i. Quãto ma

prolem procreandam. tamen non eſt inten
tio ad educationem prolis debite ordiate

ad cultũ diuinũ. Quia vt videmus cõiter pessimã curã gerunt ꝯcubinarij de filijs suis, ꝓpter qđ cõiter fiũt male morigerati ꝛ indisciplinati. fures. bibuli. lusores. ꝛ fornicarij. qꝛ sequit̃ prẽm sua proles. Et hac ratione ꝓhibent̃ etiã tales ordinari. qꝛ timor est ne sint parẽtũ imitatores in malo. Secundo dico ꝙ accedere ad ꝯcubinã semꝑ ẽ pctm̃ mortale. Patꝫ qꝛ est ꝯ amiciciã. q̃ debet esse ad alteꝝ. Est em̃ ꝯtra ꝓlis bonum. qꝛ ꝯ eius educationẽ. vt dictũ est. ꝛ cum h̃ qꝛ fit ex inordinata delectatõe sine intentione boni finis. scꝫ prol'. Tertio dico ꝙ nũq̃ fuit licitũ quacũq3 dispositõe hr̃e cõcubinã neq3 ƀm legem diuinã nec humanaꝫ. Quia h̃ esſꝫ ꝯ finẽ ꝑncipalẽ matrimonij. s. bonum prolis. Sed diceres. tñ Jacob habuit ꝯcubinas. silr̃ Dauid. silr̃ Salomon. Rñdeo ƀm Thomã sup. iiij. sententiarum dist. xxxiij. ꝙ fuerunt eis matrimonialiter cõiuncte vsq3 ad tempa vite. sꝫ ꝑ tanto cõcubine dicebant̃. qꝛ ad eas nõ ꝑtinebat dispositio familie. nec opeꝝ domesticoꝝ cõmunicatio. vñ simplr̃ erãt vxores. quia ad thoꝝ deseruiebant viris. Sꝫ ƀm qđ cõcubine. qꝛ nõ dispensabãt familiã. dicebant̃. Jlla ĝ tm̃ dicebatur vxor que habuit regimen totius domus. Sꝫ iteꝝ diceres. tam̃ xxxiiij. dist. Js q̇. dr̃ Si qs nõ põt hr̃e vxorẽ. saltẽ loco eius habeat ꝯcubinã. Rñdeo ꝙ ibi ꝯcubinã nõ vult intelligere mulierẽ solutã. sed vxorẽ ductã sine solẽnitate dotꝭ vt est modus paupeꝝ. Preterea dico ꝙ habere pl'es viros vni vxori magis est contra naturã. q̃ hr̃e vni viro pl'es vxores. scđm Thomam vbi supra.

Dñica ꝑma p⁹ octauas Epiphanie. II Sermo. XX.

Nuptie facte sunt

n Joh. ij. cap. Quĩ vt ait ille magn⁹ pr̃ Aug⁹. in lib. de doctrina xp̃iana. Luxuria est inimica deo. inimica virtutib⁹. ꝑdit oẽm substantiã. ꝛ ad tps voluptatẽ diligẽs: futurã nõ sinit cogitare paupertatẽ. Hec ille. Vult dicere Aug⁹. ꝙ luxuria tam deo q̃ hoĩ in corꝑe ꝛ aĩa ꝛ tꝑali substãtia est nociua in pñti ꝛ in futuro egestatis inductiua. Vt igit̃ h̃ malũ vitare homines possent. omp̃s deus in ꝑma creatõe mũdi q̃ cito ꝑmũ hoĩeꝫ creauit. sociaꝫ sibi feminã adiũxit in vxorẽ. vt eẽnt duo: non pl'es i vna carne. q̃ten⁹ hõ sic legitio vtẽs coniugio viciũ luxurie effugeret ꝛ euitare posset. Veꝝ qꝛ multi ꝑuersoꝝ in dubiũ verterẽt talẽ ꝯiunctionẽ legitimã masc'li ꝛ feĩe nõ eẽ sacramẽtũ nec in se licitã. ideo veniens dei filius in mundũ. h̃ ip̃m ꝯiugiũ tam q̃ licitũ ꝛ sanctũ voluit approbare ꝛ cõfirmare. Qđ q̇dẽ tũc dignat⁹ est facere qñ ad nuptias cũ matre sua vocat⁹ nõ recusauit venire. sꝫ ea3 sua pñtia dignat⁹ est honorare. ꝛ miraculo in eis facto mãifestissime decorare. De qb⁹ q̇dẽ nuptijs dr̃. Nuptie facte sũt ꝛc̃. Jn quib⁹ verb ꝯsiderãda ẽ cõmendatio venerabiliũ nuptiaꝝ q̃ facte sũt per xp̃m. Et qꝛ q̃dã facte sunt semel ꝛ nunq̃ de cetero faciẽde. Alie sepe fiũt. ꝛ sepius sunt iterande. Tertie vero semꝑ fiũt ꝛ cõtinuant̃. Prime sunt inter deũ ꝛ humanã naturã. Secunde sunt inter deũ ꝛ fidelem animã. Tertie vero inter hoĩem et hoĩem. id est inter virũ ꝛ feminaꝫ. Dico igit̃ ꝙ nuptie sel' facte inter deũ ꝛ hũanã naturã sũt sacramẽtales ꝛ mystice. q̃ sunt bonitate incõparabiles. Alie sunt allegorice seu tropologice ꝛ morales. gratia ꝛ pietate amabiles. Tertie sunt humane ꝛ corporales multum vtiles.

A

Dixi primo ꝙ quedã sunt nuptie que semel facte sunt inter deum et humanam naturam sacramentales ꝛ mystice. que sunt bonitate ĩcõparabiles. Ex q̃ siq̇dem caritate ꝛ bonitate indicibili dei filius. diues in oẽs. gl'ia et honore ab eterno coronat⁹. hũanã naturã tam despectã q̃ abiectã pauꝑculã ꝛ ancillã duxit in sponsam et cõiugem dulcissimã. Sicut filius regis amore captus ancille cuiuscũq3. quẽ non generis nobilitas nõ forme speciositas. nõ ꝟtutuꝫ dignitas. nõ diuitiaꝝ copia. nõ parentũ amicicia. sꝫ sola benignitas ad viuẽdum sibi attraxit. Juxta illud Joh. iij. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitum daret. O q̃ admirabiles nuptie. q̃ sublimes ꝛ incõꝑabiles. Et vere mirabiles. qm̃ vt dic̃ Berñ. super Cant. ser. lxx. Omniuꝫ pastor exinanniuit seip̃m ad h̃ vsq3 vt pasceret̃. ꝛ inuẽtus ẽ int' lilia. adamat⁹ ẽ ab inope. pauꝑ fact⁹ dilectus ꝓpter similitudinem. nõ solũ autem sed et propter veritatem mansuetudinẽ et iusticiam. ꝙ per eum scꝫ promissiones adimplete sunt. ꝙ iniquitates remisse sunt.

ꝙ supbi scʒ pncipes demones vna cuʒ suo
rege iudicati sunt. Hec ille. He nuptie fi/
gurate sūt Geñ. xxviij. c. vbi dicit ysaac ad
iacob. i. pr̄ ad filiū. Nō duces tibi vxorem
de genere chanaā. Sʒ vade ⁊ ꝓficiscere in
mesopotamiā Syrie. De causa vero ꝓhi/
bitiōis hꝰ habeꝶ. xxxij. q. ij. Chanaan int/
ꝓtaꝶ possidens domos ⁊ significat āgelos
quoꝝ dn̄s naturā nō assūpsit. Ipi em̄ sem/
per possidēt domos celestes. Sʒ humanā
naturaʒ assumere dignatꝰ est. q̄ꝫ de syria.
Syrij interꝓtanꝶ sublimes. ⁊ significāt ge
nus hūanū qđ sublime fuit ꝑ creatōem. qꝛ
ad imaginē dei factū. Hinc dicit apostolꝰ
Nusq̄ȝ angelos apprehēdit. sʒ semē abrahe
ad Heb. ij. Et dicit semē abrahe notanter
qꝛ ſm Gorrā sibi facta est pncipalr̄ ꝓmissio
Geñ. xv. In semine tuo bn̄dicenꝶ oēs gen/
tes. He nuptie facte sunt in chana galilee.
id ē in celo trāsmigratiōis filij dei. Chana
ei interꝓtaꝶ zelus. Galilea transmigratio
Per h̄ em̄ ostendit quē zelū habuit ad nos
dei filius. q̄ ꝓpter nos de sede maiestatis in
exiliū nr̄e hūanitatꝭ voluit descēdere. itm̄
ꝙ oēs defectus nr̄os assumpsit. ꝓter igno/
rantiā ⁊ pctm̄. Ad Heb. ij. Debuit ꝑ omīa
frib⁹ assilari. i. debuit ꝑ oīa scʒ naturalia. i.
in oībus defectib⁹ naturalib⁹ q̄ ꝯsequūꝶ na
turā frib⁹ assilari. vt scʒ eēt natꝰ. educatus.
passibil' mortal' ⁊ hmōi. Et h̄ iō vt ibi seq̄ꝶ.
vt misericors fieret actu. vicʒ q̄ natura ab
eterno erat misericors ⁊ fidel'. i. nullū fallē/
do. Hec Gorra. Spōsa ꝟo. i. hūana natu
ra fuit traducta in domum spōsi in ascēsio
ne xp̄i qn̄ natura hūana ītroducta ē in tha
lamū celestē Cant. i. Introduxit me rex in
cellā vinariaʒ. Ex his nuptijs secute sunt
alie q̄ sunt inꝶ xp̄m ⁊ eccl'iam. De q̄b⁹ apl's
dic̄ Ephe. v. Uiri diligite vxores vr̄as si
cut xp̄s ecclesiā. ⁊ tradidit seip̄m pro ea. vt
ip̄am sanctificaret lauacro aque in ꝟbo vi
te. vt exhiberet ip̄e sibi gloriosam ecclesiaʒ
nō habentē maculā neq̄ȝ rugā aut aliquid
hmōi. sed vt sit sancta ⁊ īmaculata. Et pꝰ
pauca dicit. Sacramentū hoc magnū est.
dico aūt in xp̄o et ecclesia. id est inter xp̄uʒ
et ecclesiā In his nuptijs pulcher est spon
sus. pulchra est sponsa. Iuuenis est spōsus
virgo est sponsa. De pulchritudine sponsi
dicitꝶ in ps̄. Speciosus forma pre filijs ho
minū. De pulchritudie spōse đꝛ Cant. iiij.
Ecce tu pulcra es amica mea. De vtriusq̄ȝ
virginitate đꝛ Isaie. Habitabit iuuēis cū
virgine. Ornatus est spōsus. quia amictus
lumine sicut vestimento. Ornata spōsa. q̄a
astitit in vestitu deaurato. circūdata varie
tate Prouer. vltimo. Fortitudo ⁊ decor in
dumentū eius. Sed diceret quis. Cetera
bene cōueniunt. sed nescio quō dicis spon
sam ecclesiā. pulchrā et insuꝑ virginē Quo
modo em̄ pulchra de qua đꝛ. imo ip̄a de se
dicit. Nigra sum sed formosa. Quomō di/
cis eā ꝟginē que fornicaria appellaꝶ Ozee
primo ca. vbi đꝛ Sume tibi mulierē forni
cariā. Et ſm glo. ꝟbū ē pr̄is ad filiū vt du
cat sibi ecclesiā fornicariā. id est ecclesiā ex
gentibus. Respondeo ꝙ ecclesia conside/
raꝶ dupl'r. Uel ſm statum ꝓdestinatōis in
iustis ⁊ innocētib⁹. ⁊ sic semꝑ formosa ⁊ ꝟ/
go. Uel ſm statū p̄ntis iusticie. ⁊ sic nigra
est ⁊ fornicaria. Quia denigraꝶ sepiꝰ vicijs
et fornicatur cum alienis. scʒ demonibus.
Sicut dicit propheta ex persona dei. Tu
autem fornicata es cum amatorib⁹ multis
tantūmō reuertere. ⁊ ego suscipiā te. Item
ecclesia adhuc consideraꝶ dupl'r. Uno mo
do vt a pncipio fidelium. ⁊ a pncipio fun/
dationis sue. sic ſm se totā ꝯsiderata ē pul
chra et formosa ⁊ ꝟgo. quia ab inicio q̄ de
us noticiam et fidem sui patribus inspira
uit. semꝑ fuerūt aliq̄ iusti rectā fidē de deo
tenentes. Sicut saluator dicit. Incipien/
do a sanguīe Abel iusti vsq̄ȝ ad sanguineʒ
Zacharie Math. xxiij. Alio mō cōsideraꝶ
ecclesia vt est vocata in multa ꝑte de gen/
tib⁹. ⁊ sic pōt dici fuisse nigra olim. sed nūc
formosa. olim fornicaria. nūc ꝟgo. qꝛ casti/
tas mentalis recuperaꝶ ꝑ pn̄iam. licet cor/
poral' nō ſm Hiero. ad Eustochiū. xxij. q
v. Si paulus. Dicit etiā Bern̄. suꝑ Cant.
xxvi. ser. ꝙ hoc etiā pōt intelligi đ ecclesia
militāte. que nigra est propter conuersati/
onem terram. quā ꝓus habuit ꝓpter imagi
nē huius mundi. Nunc vero est formosa ꝓ
pter celestem similitudinē. quā sibi cōmu/
tauit ambulans in nouitate vite. Hec ille
He nuptie fuerunt iniciate in patriarchis
scʒ per Abrahe sponsionem. quando credi
dit deo et reputatum est ei ad iusticiā. pro/
cate per angeli salutationē. Contracte per
verbi incarnatōnem. Consummate in xp̄i
crucifixione. Quando profluxit sanguis
et aqua in redemptionem Ioh. xix. c. Tūc
em̄ sicut de latere Ade dormientꝭ formata

est Eua. Sic de latere xpi i cruce pēdent3
formata ē eccl'ia. Facte sūt aūt he nuptie in
chana galilee. i. in celo trāsmigratiōis. Qr
ex magno zelo caritat3 quā habuit xps ad
ecclesiā dedit se p ea. Juxta qd ipe dicit p
pphām. Zel⁹ dom⁹ tue comedit me. B

Dixi secūdo q3 considerande sunt alie nuptie
allegorice τ morales. grā τ pietate amabi-
les. q̄ sepe fiūt inter deū τ fidelē aiam. Iste
nuptie sepe celebrāt in ɔuersiōe pctōꝝ. De
spōsat em aia deo. vt dr Ozee. ij. Sponsa
bo te mihi in iusticia τ iudicio in miscōia τ
miseratiōib9. Istud mrīmoniū figuratū est
in ɔiugio Moysi τ ethiopisse Num. xij. c.
De q̄ dicit Bern. Moyses duxit ethiopis
sam. s3 non ei⁹ potuit mutare colorē. Sed
xps quā adamauit adhuc ignobilē τ fedā
gl'iosam sibi exhibuit. Vn̄ in ɔiugio nr̄o ꝟ
gines corrūpunt. in ɔiugio vero xpi corru
pte restaurāt. He nuptie iniciāt p ɔtritōe3
cordis. τ verā fidē de remissione pctōrum
Ozee. ij. Spōsabo te mihi in fide. Ratifi-
cant in sancta opatōne. τ h̄ tūc cū hō adhe
ret deo existēs vn⁹ spūs cū eo. i. Corit. vi.
Cōsūmant in glie adeptōe. qn̄ tenebit eu3
spōsa. vt nūq̄ eū dimittat. Cāt. iij. In his
nuptijs dz ee triplex bonū. s3 fides. ne vn
q̄ aia a spōso suo xpo adulteret cū diabo-
lo. timēs illō ps. Perdidisti oēs q̄ fornicāt
abs te. Scdo, ples bonoꝝ opm. qr maledi
cta steril' q̄ nō pepit Exo. xxiij. Sic aplus
dicit. q mulier saluabit p filioꝝ generatio-
nē. i. Thim. ij. i. p bonoꝝ opatiōnē. Tertio
reqrit sacramtū. i. insepabilitas vt nūq̄ se-
paret a xpo Ozee. ij. Spōsabo te mihi i sē
piternū. Vn̄ dic in sempiternū. qr deus ex
his nuptijs aiam trāsfert in celū. vbi cele-
brat cū ea nuptias eternales. vt dr Mat.
xxij. Vn̄ figurant ille nuptie celestes p nu-
ptias Asueri regis τ hester. Asuer⁹ interp
tat btitudo. Hester interptat hūilis. qr nō
nisi hūiles suscipiet xps ad illas nuptias.
Lu. xiiij. Cū vocat⁹ fueris ad nuptias dis
cūbe in nouissimo loco. Et seqt. Quia ois
q̄ se hūiliat exaltabit. In his g nuptijs aq̄
mutat in vinū. Nā in pmis aq̄ vindicte di
uine mutata ē in vinū amoris. In scdis aq̄
legaliū figuraꝝ mutata est in vinū spūalis
intelligētie. qr eccl'ia ꝟba legi recipit vt spi
ritualia Joh. vi. Verba q̄ locut⁹ sum vob
spūs τ vita sunt. In vltimis vo nuptijs q̄
sunt inter deū τ aiam mutat aq̄ voluptat3
secularis in dulcedinē scīe ɔtēplatōis τ de
uotionis. qn̄ gustato spū. desipit aie ois ca
ro. vt dicit Gre. Habent τ iste nuptie suas
ydrias. Nā pme nuptie int' deū τ hūanam
naturā s3 int' qnq3 sensus exteriores τ cor
sextū. qs deus p suā incarnationē mirabi-
liter in nobis reparauit τ repleuit. cū alias
ante ei⁹ incarnationē fuissent q̄si vacui. vt
dicit Bern. lib. de amore dei ꝟsus finē in
nuptijs q̄ sunt int' deū τ aiam sūt sex ydrie.
tribulatiōes. de q̄b⁹ Joh. v. dr. s3 fames. si
tis. frig⁹. calor. lassitudo. ifirmitas τ mors
Que oia repleta sūt caritate p⁹ incarnati-
ōnē xpi τ vnionē ei⁹ cū eccl'ia. Ita vt hoies
agētes pniaz. ista nedū n̄ refugiūt. s3 et am
plectūt. vt dic bern. In his tertijs nuptijs
q̄ sūt int' deū τ hūanā aiaz sūt sex ydrie. s3
sex gn̄a ɔtēplatōis. put hō ex sex creaturis
cōcipit sibi gaudiū spūale p grām inhabi-
tantē. Primū ē circa creaturas que hūt esse
tm̄. Scdm circa ea q̄ viuūt. Tertiu3 circa
ea q̄ sentiūt. Quartū circa ea q̄ discernunt
vt hō. Quintū circa ea q̄ apprehēdūt vt an
gelus. Sextū circa ea q̄ sunt incomphen-
sibilia. vt est de⁹ trinitas creator istoꝝ. De
m⁹ g opaꝫ τ diligētiā fr̄es carissimi vt has
nuptias custodiam⁹ solicite ne rūpam⁹ do
nr̄o fidē. diabolo adherēdo p pctm̄. Ne si-
mus steriles a bonis torpēdo. ne violemus
sacr̄m añ finē vite nr̄e bonū deserendo.
C

Dixi tertio q in verbis pmissis
cōsiderande sunt nuptie que semp fiūt τ cō
tinuant inter hoiem τ hoiem. i. inter viru3
et feminā. et sunt multum vtiles. Et certe
vtiles. Nam coniugium in lege nature in
stitutum est in officium. Genesis. i. et. ix. c.
Crescite τ multiplicamini. Secundo i le
ge scripta fuit approbatum in remediū. vt
propter fornicationē3 vnusquisq3 haberet
vxorem suam. Tertio in lege noua confir-
matum per xpm tanq3 signū sacramēti int'
ipm et ecclesiam. Ephe. v. In officiu3 na-
ture fuit institutū. vt s3 fieret ppagatio spe
ciei. In remediū ɔcupiscētie vt consulatur
infirmitati τ vitet culpa. Et in signum sa-
cramēti vt i reuerētia habeat. Hodie tam
est tam in officiū q̄ in remediū Et ideo cō
iugium est valde ecclesie vtile. quia quodā
modo perpetuat ecclesiā et reddit eā qua-
si imortalem. Unde Sapientie. iiij. dicit.

O q̄ pulchra est casta generatio cum cari-
tate ƒm Rabanū ꝛ Holgot. Et sequit̄ Im
mortalis est memoria illius. quia ꝛ apō de
um nota est ꝛ apud homīes. Immortal' dr
qꝛ nūq̄ vsq̄ in finē deficiēt boni in ecclesia
dei. Uer quia iste status cōmunior est ce-
teris in ecclesia ꝛ ad ipm indifferēter sepi⁹
cōcurrūt oīs. q̄ tn̄ ignorāt se debite dispo
nere ad illū ꝛ regulate viuere in illo. B
Ideo de q̄ttuor circa h̄ videam⁹. Prio
igit̄ videndū est q̄liter vxor sit eligēda. Se
cundo q̄liter corrigēda. Tertio qualit' diri
genda ꝛ regenda. Quarto q̄liter diligēda
Est em̄ vxor eligēda discrete. dirigēda mā
suete. corrigēda secrete. diligenda cōplete.
Ut sit electio per discretā deliberationem
directio p māsuetā gubernationem. corre-
ctio per discretā informationē. ꝛ dilectō p
cōpletā cōicationem. Primo ḡ vxor est eli
gēda discrete. nō subito nec p̄cipitanter ra
pienda. eo ꝙ talis feruor in p̄ncipio parit
penā in futuro. Exemplū habem⁹ in sichē.
Gen̄. xxxiiij. q̄ ad p̄mum aspectū Dyne filie
Jacob eā rapuit ꝛ mori voluit nisi eā du
cere posset. qd ꝛ fecit. Sed quid factū est
certe cū tota ipe posteritate sua ꝛ ciuitate
occisus est. Nō igit̄ i eligēda vxore habea
tur talis aspectus ad formā vel speciē mu-
lieris, ꝓpter quā multi perierūt. Eccl. ix. c.
Nō ad diuitias. nō ad parentes. sꝫ p̄cipue
ad bonos mores. Nā intm̄ est grosum ne-
gociū bn̄ nubere ꝙ teste Salomōe donū
dei ꝓprie reputat̄. Prouer. xix. Dom⁹ et di
uitie dant̄ a parētibꝫ. a dn̄o vxor bona. Di
stinguit Aristo. viij. ethicoꝝ. c. iij. spēs ami
cicie. vicȝ. vtile. delectabile. ꝛ honestū. hoc
est ꝓpter bonos mores. ꝛ ista sola est pfecta
amicicia. ꝛ q̄cq̄d est boni in duabꝫ primis
speciebꝫ. totū est in ista. vn̄ ista ꝓprie sola est
amicicia māsiua. Amicicia ꝓpter vtile q̄ est
mercatoꝝ ꝛ senū trāsit bn̄ficio vtilitatꝫ ces
sante. Amicicia ꝓpter delectabile q̄ est iuue
nū. cessat velocit' delectatōe trāseunte. Et
ideo dicit Aristo. ꝙ amicicie iuuenū sūt de
facili trāsmutabiles ꝓpter duo. Prio qꝛ ƒꝫ
etatē variam⁹ delectationē. nō em̄ eadē de
lectatio placet adolescenti q̄ placet puero.
Scdo qꝛ incipiūt amare. nō ex pfecto iu-
dicio rōnis. sꝫ ex passione. passio autē cito
trāsit. ꝛ iō velociter amāt ꝛ velocit' cessant
Sꝫ tertia amicicia q̄ est ꝓpter bonum ho-
nestū hꝫ istas ꝯditiōes. qꝛ mansiua ꝛ rara
quia fundat̄ super bonos mores. q̄ in ꝟtuo
sis semp manet. Rara aūt est. qꝛ pauci sunt
virtuosi. ꝛ indiget hec amicicia longo tp̄e
ꝛ cōuictu ꝛ expientia moꝝ. Un̄ dicit ibidē
Aristo. Nō est scire adinuicē verā dilectio
nē nisi modius salis ꝯsumet̄. Cū igitur vi
ri ad vxorē debeat esse amicicia māsiua. n̄
poterit fundari sup pulchritudinē. qꝛ trās-
ibit illa Prouer. vlti. Fallax grā ꝛ vana est
pulchritudo. mulier timens deū ipa lauda
bitur. Nec poterit fundari sup diuitias. qꝛ
illa amicicia est ꝓpter vtile. ꝛ est amicicia p
accidēs. qꝛ bona diligunt̄ ꝛ nō psona. Un̄
Hiero. li. i. ꝯ Jouinianū refert ꝙ Marcia
cathonis filia minor cū quereret̄ p⁹ amis-
sum maritū. denuo cur nō nuberet. Respō
dit se nō inuenisse virum qui se magis vel
let q̄ sua. Quo dicto vt dic̄ Hieronymus
ostendit diuitias magis eligi solere q̄ pu-
diciciā. Hec Hieronymus. Certe nec ho
die pudicicia nec honestas morum mouēt
ad nuptias. sed tm̄ diuitie ꝛ libido. Et iō
nec pseuerat amicicia. nec ꝓueīt ꝓles apta.
Un̄ Crisō. sup Math. omel. i. Salomō ge
nuit booz de Raab. Qui inquit ƒm impe-
riū dei accepit vxorē ꝛ a deo ꝓmissam i vir
tute. generat filios etiā in seipis ꝟtutes ha
bentes. Boos em̄ interp̄tatur robur. Qui
aūt accipiūt vxores ex ꝓmissione diaboli
in infirmitate generant filios nec valētes
nec fortes nisi in malo. ꝛ ad penā sue irre-
gularitatis. nō ad gaudiū ꝛ ꝯsolationem.
Et infra Boos genuit Obeth qui interp
tatur subditus. Nūc autē qui diuitias eli-
gunt. ꝛ non mores. pulchritudinē. et nō fi
dem. ꝛ quod in meretricibus solet queri. h̄
in coniugibus optant. propterea non ge-
nerant filios subditos. vel sibi vel deo. sed
contumaces contra se et contra deū. Hec
ille. Huius exemplū habetur expsse Tho
bie. vi. vbi Sara filia Raguel' septem vi-
ris tradita fuerat quos singulos p̄ma no-
cte demon quidam nomine Asmode⁹ suf-
focauit. virgine manente intacta. Et ideo
cū Raphahel suggereret iuniori Thobie
vt eam duceret. ꝛ ꝙ sibi debebat̄ vxor. Ti-
menti ei dixit. Audi me ꝛ ostendam tibi q̄
bus preualere potest demonium. Hij sunt
nanq̄ qui coniugium ita suscipiunt vt de-
um a se ꝛ a sua mente excludant. et sue libi
dini vacēt. sicut equus ꝛ mulus i q̄bus nō
est intellectus. habet sup eos ptātē demon

Tu aūt cū acceperis eā ingressus cubiculū p tres dies ptinēs esto ab ea. nihil aliud nisi orōnibus vacabis. Transacta autem tertia nocte accipies virginē cū timōre dñi. et magis filioꝝ amore q̄ libidinis eam duces. ꝛ habebis in vxorē. vt in semine abrahe bñdictōnē in filijs consequaris. Refert Methodius martyr in libello suo. et Robertus Holgoth sup li. Sap. c. x. ꝛ. c. iij. ꝙ vt colligit ex historia Gen. vi. Cū cepisset hoīes multiplicari in terra ꝛ filios pcreassent Anno. cc. a creatōe mūdi videntes filij dei. i. filij seth. filias cham. ꝙ eēnt valde pulchre. acceperūt sibi vxores. Et qꝛ tm̄ eas diligebant ꝙ abutebant mutuo vxorib9 fratrū suoꝝ. Ideo dn̄s visa eoꝝ malicia induxit diluuiū. Ideo vxor volenti nubere ē eligenda discrete. exemplo abrahe. q̄ adiurauit Eliezer seruū suum ꝙ nō acciperet vxorē filio suo ysaac de filiab9 chanaan Genesis xxiiij. Sic iacob sibi etiā mature prouidit de vxorib9 seruiens p illis. xiiij. annis Gen̄ xxix. Nō sic nostri qui ad vnā ꝛ pmā visionē femine in corea. vel ad vnā collocutōez blandam cum ea. statim despōsant ei clandestine. Qd̄ apud catholicos debet esse vituperabile. cū ꝛ apud paganos illicitū reputaret. Nā, put recitat Amb. de quadam virgine q̄ cū optaret a viro q̄dam responidit. Maritū nō est eligere meū. sed parentū. Scd̄o vxor est regēda mansuete. nō cū tyrannide. nō cū austeritate vel rigore. verbis nō verberib9. amore nō timore. dulcedine nō amaritudine. Colos. iij. Viri diligite vxores vr̄as. et nolite amari esse ad illas. Vn̄ vt dic̄. Robertus Holgot sup li. Sapien. c. iiij. Mulier ideo formata est. nō de capite. nō de pede. s; de costa. in signum ꝙ nec debet esse dn̄a. nec ancilla. s; socia viro suo. Sic̄ notat etiā magister sniaꝝ. ij. dist. xviij. ꝛ tale regimen cum ɔcordia est. Tria enī sunt in quib9 sp̄ussctūs dic̄ sibi bn̄placitū esse Ecc̄i. xxv. In trib9 bn̄placitū est spiritui meo. q̄ sunt pbata coram deo ꝛ hoībus. ɔcordia fratrū. amor pximorū. ꝛ vir ꝛ mulier bene sibi ɔsentiētes. Tertio vxor est corrigenda secrete. nō cū ɔfusione vel verecundia publice vel ɔtemptibiliter arguenda. Vn̄ Varro dic̄. Coniugis viciū aut tollendū aut ferendū. Qui tollit viciū cōmodiorē coniugē efficit. q̄ fert. seipm̄ effic̄ meliorē. Et ideo merito fuit arguenda seuera austeritas triū viroꝝ de quib9 narrat Valerius li. vi. ca. iij. Quoꝝ pmus vocabat Sulpici9 gai9. Hic publice vxorē repudiauit. qꝛ in publicū prodierat discoopto capite. Scd̄s dicebat Sempronianus sophus q̄ similiter vxorē repudiauit. qꝛ ausa est ludo se spectare marito ignorāte Tertius dicebat Metellus. hic vxorē, p eo ꝙ vinū biberat fuste pcussit. Vnoq̄q; existimāte optie illā violate sobrietatis penas exoluisse. Vnde q̄cunq; feia vini vsum imoderate appetit v̄tutibus ianuam claudit et vicijs aperit. Hec Valerius. Non sic fecit Job q̄ vxorē licet pessimā arguebat. sed secrete ꝛ modeste. Quasi inq̄t vna de stultis mulieribus locuta es. Job. ij. ca. Nō dixit stulta es. sed quasi stulta. vel quasi vna de stultis. O vbi sunt nr̄i q̄ eas meretrices vocant. nec noie proprio appellant. Nō sic fecit Helcana vir ille bonus pater Samuelis, pphete. q̄ vxorē suā annā corrigens ait. Anna cur fles. quare nō comedis. q̄obrē affligitur cor tuum. Nostri aūt dicūt. Comede meretrix pessima. Nō gratis nō comdis. forte cogitas de alio. Quarto vxor est diligenda ɔplete. Istā ɔpletionē caritatis ꝛ amicicie q̄ esse d; inter virū et vxorē apl̄s mensurat tripliciter. Primo modo per dilectionē dei ad ecclesiā. q̄ fuit maxia. Alio modo per dilectionē viri ad corpus ppriū. Tertio modo per dilectionē viri ad seipm̄. Pro pmo dic̄ ad Ephe. v. c. Viri diligite vxores vr̄as. sicut xp̄s dilexit ecclesiam. et tradidit semetipm̄ pro ea. Pro scd̄o dic̄ ꝙ viri debent diligere vxores sicut corp9 ppriū. Pro tertio dicit ꝙ debent diligere eas sicut seipos. Nec immerito bone vxores sunt ita diligende. Sunt enī bone vxores grate in cōuiuendo. in condolendo. et in cōmoriendo. Vnde narrat Valeri9 de regina vxore Metridatis li. iiij. ca. v. Qd̄ intm̄ amauit virum ꝙ tonsis capillis habituq; virili assumpto. equis ꝛ armis se assuefecit vt virum fugientē per terras extraneas sequeretur. Rare hoc faciunt vel nulle nostris temporibus. que mox fugiente marito alteri adherent. Narrat etiā quomodo Romanus graccus cum duos apphendisset serpentes. masculum et feminaz. certificatus fuit per aruspicem ꝙ dimisso masculo. vxor sua moreret celeriter. dimissa femina ip̄e moreretur. Ille statim femi-

nam mitti iussit. sustinuitq; in ꝯspectu suo
seipm interitu serpētis occidi. Ecce amor
viri ad vxorem. qꝛ potiꝰ elegit mori ꝙ̄ vxo
rem permitteret. Scdo sunt vxores grate
ꝫ pie in ꝯdolendo. Narrat Ualerius ibid̄
Qd̄ cū lacedemonij a spartanis essēt capti
ꝫ ad decollandū in carcere seruati. ꝯiuges
eorū velut allocuture viros suos ꝑituros
intrauerunt carcerē. impetrato a custodi-
bus aditu. cōmutataq; veste ꝑ simulatōez
doloris velatis capitibus eos abire passe
sunt ꝫ saluti restituerunt. Sed heu nostri
temporis femine nō solū nō zelant ꝓ salu-
te viroꝝ. sed etiā quedam mortis venena.
aut interitū per alios ꝓpinant. Tertio sunt
grate in cōmoriendo. Narrat Hiero. ꝯtra
Iouinianū li. ꝑmo. ꝙ indi ꝫ oēs pene bar-
bari vxores plurimas habent. Apd̄ indos
lex est vt vxor carissima cū marito defun-
cto cremet. he igit̄ contendūt inter se amo
re viri. ꝫ ambitio summa certantiū est ad
testimoniū castitatis. Itaq; victrix in ha-
bitu ornatuq; pristino iuxta corpus defū-
ctū accubat. amplexans illud ꝫ osculās. et
suppositos ignes pudicicie laude ꝯtēnens.
Ecce ꝙ̄ grata mutui amoris apud paga-
nos inter ꝯiuges indicia. Nos igitur tāq;
xp̄iani premissa studeamꝰ seruare quatenꝰ
coniugiū nr̄m possit nobis esse non culpa
ad damnationē. sed meritū ad salutē eter-
nam. Ad quam nos deus qui regnat per i
finita secula perducere dignet̄. Amē.

De eadem dominica. III. Ser. XXI.

Mnis homo pri

o mum bonum vinum ponit. et cū
inebriati fuerint dat qd̄ deterius
est. Ioh. ij. c. Sicut dicit magnum sidꝰ ec-
clesie beatus Augustinus in libro de libe-
ro arbitrio. et i li. de verbis dn̄i. Uirtutes
quibus recte viuit̄. magna bona sūt. Spe
cies aūt quorūlibet corpoꝝ sine quibus re
cte viui potest minima bona sunt. Poten-
tie vero anime sine quibꝫ recte viui nō pōt
media bona sunt. Hec ille. Uult Augusti.
distinguere in rebus humanis triplicē dif
ferentiā esse. scꝫ quia q̄dam sunt bona sup-
ma. quedam infima. quedam media. Cui
cōcordat thema nr̄m qd̄ recōmendans ꝓ-
uidentiā humanam. dicit quoddam vinū
bonū ꝑmo apponi. quoddā ꝟo postea appo
ni. qd̄ deteriꝰ est. non tm̄ simplr̄ malū. ꝑ qd̄
ex cōseq̄ēti innuit qd̄dā vinū esse infimū
et sic malū de se. Scdm̄ h̄ in ꝟbis ꝑmissis
tangunt̄ tria. Pͥo gratie diuine tāq; boni
vini electio cū d̄r. Ois hō ꝑmo vinū bonū
ponit. Scdo malicie ꝫ culpe diabolice re
iectio tanq; vini pessimi. ꝫ hoc ꝑ compati-
onē ad bonū. qꝛ vbicūq; fuerit vnū opposi
toꝝ. ibi ꝫ reliquū. ꝫ opposita iuxta se posita
magis elucescunt. Tertio crapule hūane
regulatio. cū d̄r. qd̄ deteriꝰ est. Primū vi
nū est laudabile. scdm̄ vitupabile. tertiū to
lerabile. Primū oīno puꝝ. scdm̄ oīno fecu
lentū. tertiū indifferēs. Primū pōit xp̄us.
scdm̄ diabolꝰ. tertiū caro ꝫ mūdus. A

Dixi primo

ꝙ in verbis ꝑmis-
sis tāgit̄ gratie di
uine tanq; boni vini electio. cū d̄r. Ois hō
primū bonū vinū ponit. Iste homo pōt di
ci xp̄us. De quo d̄r in pluribꝫ locis. Hō q̄-
dam fecit cenā magnā Luce. xiiij. Si aūt
fecit cenā aut prandium necessario posuit
in ea vinū. Nō est autem verisimile ꝙ tan-
tꝰ homo regius posuerit vinū malū. sꝫ ma
gnificentia regia dignū. vt dicit̄ Hester. i.
Uinū quoq; magnificentia regia dignū
apponebat̄. Unde deus pater ex quo facit
hodie tpe gratie nuptias filio suo. vt dicit̄
Mat. xxij. ꝓfert vinū electū ꝓ honore suo
Ponit aūt xp̄s triplex bonū vinū. scꝫ com
punctionis. deuotōis. ꝫ fruitōis. De q̄ ptꝫ
in ps̄. Potasti nos vino cōpunctōis. Istō
vinū homini auertēti se a peccato est ama
rū. q̄ tunc sentit amaritudinē ꝫ dolorē. ac
si vinū recens ꝫ forte biberet. De hoc vino
dicit saluator Lu. v. Nemo mittit vinum
nouū in vtres veteres. Et verū est. qꝛ gra-
tia ꝯpūctionis nō infundit̄ cordi habenti
vetustatem peccati. sed ambulanti in noui
tate vite. Propter quod clamat apostolus
Renouamini spiritu mentis vestre Ephe
sioꝝ. iiij. ca. Ac si diceret. Uinum nouum
gratie diuine prope est. ideo preparate no
ua vasa. id est preparate corda vestra dn̄o
Hoc vinum facit tres effectus. Primo ꝓ-
uocat peccatorum confessionem. Sic eni
in ebrioso nullum manet secretum. sic in cō
puncto corde ꝫ habente istam gratiā Pro
uerbioꝝ. xxxi. Nullum secretum mān̄et vbi
regnat ebrietas. Qui enim hoc vino iebri-
atus fuerit quicquid habet in corde reue-
lat. et quicquid diu latuit patefacit. Et si-
cut vinum nouum lagenas rumpit. sic gra

tia cōpunctiōis coꝛ aperit Job. xxxij. En
venter meꝰ quasi mustū absqꝫ spiraclo qđ
lagenas rumpit. O q̄ꝫ pauci bibūt de isto
vino q̄ male ꝯfitenꝫ ⁊ peccata abscondunt
Scđo istud vinū inducit ad suijpius hūi
litatē ⁊ ꝯtemptū Treñ. iiij. Inebꝛiaberꝫ at
qꝫ nudaberis. Inebꝛiaberis scꝫ vino com
punctiōis. et tunc quasi nudatur hō quan
do sibiijpi vilescit. ⁊ corā alijs ꝺspicit semet
ipm. Sicut Maria magdalena q̄ ꝭm Gre
go. qꝛ semetipam grauiter erubescebat in-
tus. nihil estimabat ꝙ erubesceret forꝫ. Jo
dꝛ Hiere. xxiij. Factus sum sicut vir ebriꝰ
et quasi hō madidus a vino. O q̄ꝫ optimū
vinū humilitas sui. Tertio istud vinuꝫ ꝓ-
stat securitatem ⁊ audaciam. sicut vinū ma
teriale. Facit em̄ audacē ꝯtra demones. ij.
Esdre. iij. Omnē mentē vertit in securita-
tem. Bonā securitateꝫ habent penitentes
habētes ꝓmissionē regni celestis. Juxta il
lud Math. iij. Penitentiā agite. appꝛopin
quabit vobis regnū celoꝝ. Scđm vinum
qđ ponit xp̄s est vinū deuotiōis. Et istud
vinū facit tres effectus. Primo facit timi-
dos audaces ad oīa faciēda sustinenda.
Roma. viij. Quis nos separabit a carita-
te xp̄i. Bene potauerat iste in tertio celo. iō
fuit sic audax ꝙ nec gladiū nec ignē nec q̄c
q̄ꝫ durū timuit. Sic ⁊ petrus q̄ pꝛius fuit
timidus negando xp̄m. postea fuit audax
cōfitendo qn̄ dixit Magis opoꝛtet obedi
re deo q̄ꝫ hominib; Actu. v. De h̄ vino leti
ficatꝫ tristis vt sit iocundus. Istud patꝫ de
aplis. q̄ cū musto madere putabanꝫ vt dici
tur Act. ij. Ibant gaudētes a ꝯcilio qm̄ di
gni habiti sunt ꝓ noīe iesu ꝯtumeliam pati
Actu. v. Vinū letificat coꝛ hoīs. O si nos
biberemꝰ istud vinū saltē semel vel vnam
guttam q̄ꝫ libentꝫ sufferremus tribulatiōes
Sicut Paulus q̄ qn̄ potauerat de ipo. de
seipo dicit. Libentꝫ gloꝛiaboꝛ in infirmita-
tib; meis. ij. Coꝝ. xij. Sed heu pauci bibi
mus. ideo nihil patimur. Tertio de isto vi
no ditatꝫ paup. Sicut em̄ ebꝛius vino ma
teriali oīa se credit possidere. cū nihil ha
beat. Sic deuotus q̄sqꝫ hn̄s gr̄am. oīa vi
detꝫ habere. Juxta illud. Nihil habentes ⁊
oīa possidētes. Et quō nō oīa habet q̄
deum habet. Sap. vij. Venerūt mihi oīa
bona pariter cū illa. Tertiū vinū qđ ponit
xp̄s oīb; beatis. est vinū eterne felicitatꝫ
⁊ fruitōis beate. De q̄ dicunt beati hodie
xp̄o. Seruasti vinū bonū vsqꝫ adhuc. De
hoc etiā dic̄ xp̄s Math. xxvi. Bibam illđ
nouū vobiscū in regno pr̄is mei. Optimū
vinū. Primū em̄ est bonū. scđm meliꝰ. ter-
tiū vero h̄ optimū. qꝛ purissimuꝫ Isa. xxv.
Faciet dn̄s cōuiuiū vindemie defecate. id
est sine fece tristicie. eo ꝙ ibi absterget deꝰ
oēm lacrimā ab oculis sanctoꝝ Apoc. xxi.
Optimū vinū ꝓpter tres effectus. Pꝛio qꝛ
faciet obliuisci oīm doloꝝ. sicut vinū mate
riale facit obliuisci plagaꝝ Prouer. xxxi. c.
Bibant ⁊ obliuiscanꝫ egestatis sue. ⁊ do-
loꝛis nō recoꝛdenꝫ amplius. Scđo qꝛ idu
cet copiā ⁊ abundantiā scē leticie in aīa.
Ps̄. Inebꝛiabunꝫ ab vbertate domꝰ tue.
Et certe magna abundātia vbi omne qđ
volent sancti erit. ⁊ qđ nolent nō erit. Ter
tius effectus. qꝛ gratꝫ dabiꝫ vnicuiqꝫ Isa.
Venite ⁊ bibite absqꝫ vlla cōmutatiōe vi-
num ⁊ lac. i. humanitatē tanq̄ꝫ lac. ⁊ diuini
tatē tanq̄ꝫ vinū. ⁊ sic erit liberale vinū. Et
sic patet de ꝓmo vino qđ est bonum ⁊ dele
ctabile ꝭm tres gradus.

B

Dixi secūdo ꝙ in ꝟbis ꝓmis-
sis describiꝫ mali
cie ⁊ culpe diabolice tanq̄ꝫ vini mali ⁊ pes
simi reiectio. qđ ē vinū vituperabile. Istđ
vinū ꝓpinat diabolus. Primo per culpam
in p̄senti. scđo in futuro ꝑ penā hic dat pꝛe
gustare. sed in futuro ꝑfecte potabit pecca
toꝛes. Dat aūt multiplex vinū ꝭm mltipli
cē culpam. Primo vinū īmoderate cupidi
tatis Johel. i. Expergiscimini ebꝛij ⁊ flete
et vlulate oēs qui bibitis vinū in dulce
dine. Hoc vinū bibebant filij Job cū soꝛo
ribus suis in cōuiuio Job. i. Qui postea i-
terempti sunt. Dat secūdo vinū carnal' vo
luptatis Prouer. xx. Luxuriosa res vinuꝫ
⁊ tumultuosa ebꝛietas. Quicūqꝫ his dele-
ctatur. nō erit sapiens. Sic bibit loth Ge
neß. xix. Qui inebꝛieatus cōmisit incestuꝫ
cum filiab;. Tertio dat vinū suꝑbie. De q̄
Prouer. iiij. Comedunt panē impietatꝫ. ⁊
vinum iniq̄tatis bibunt. Notāter dicitur
vinum iniq̄tatis in superbis. i. inequalita-
tis. Et que maioꝛ inequalitas q̄ꝫ nō subes
se superioꝛi. non conformari equali. ⁊ con-
temnere inferioꝛem. O q̄ꝫ plures extermia
uit vinum istud. vt dicitur Ecc̄i. xxxi. Cer
te multos. quia diabolum de celo. homieꝫ
de paradiso. reges de solio. vt Nabucho-
donosoꝛ Anthiochum et Saul. De quib;

longum esset hic tractare. Post istud vinũ culpe ministrabit diabolus vinũ pene eterne. De quo in ps. Veruntamẽ fex eius nõ est exinanita. bibent omnes peccatores terre. O vinum pessimum penetrans ad interiora cordis. De quo dicitur Isaie. xxxi. Inebriabimi et non a vino. quasi diceret. immo a pena. Istud vinu3 habebit tres effectus maledictos. sc3 amaritudinẽ. q2 erit amarissimũ. Scdo quia erit turbulentissimũ. Tertio quia erit mortiferum. De pmo dicitur Deute. xxxij. Uua eor vua fellis et botr9 amarissimus. Hiere. xxiij. Ecce ego cibabo eos absinthio. et potabo eos felle. Habebunt em̃ damnati cibum et potũ. qa patient in corpore et aia. Tertio erit turbulentissimũ. q2 turbabit damnator conscientias. Unde in ps. Turbati sũt et moti sunt sicut ebrius Isaie. xxiiij. Clamor erit i plateis super vino. In plateis em̃ inferni vnus damnatus litigabit cõtra aliũm. q2 ibi filius maledicet patri. et filia matri. dicens illud. Ve mihi mat mea. quia me genuisti virum doloris Hiere. xv. et Isa. iij. Tumultuabit puer ptra senem. Nec solu3 p seinuicem litigabũt. verũ etiã contra deum. quẽ blasphemabunt. vt dr Apoc. xvi. Tertio erit mortiferũ siue toxicatũ. fm illud Deute. xxxij. Fel draconũ vinũ eorũ et venenũ aspidum insanabile. Et propter h dicit Hiere. li. In calore eor potus eor et inclinabo eos vt sopiant et dormiãt somnũ sempiternu3. Malus somn9 perpetue mortis. Ecce vinũ amarũ turbulentum et mortiferum. ex quib9 patet q3 sit pessimũ. et per consequens fugiendum.

Dixi tertio q in verbis premissis tangit intemperantie humane tanq3 vini deterior3 descriptio. cũ dicit. Quod deterius est. Istud vinũ est carnis et mũdi. De quo dr Prouerb. xx. Luxuriosa res est vinũ. Et apostol9 ad Ephe. v. Nolite inebriari vino in q est luxuria. Isto vino ptinue potant mundani et carnales qui nihil aliud q3 desideria carnis pficientes. dicunt illud pessimũ verbũ Sap. ij. Uino pcioso et vngento impleamus nos. et nõ ptereat nos flos tpis. O q3 puersus ordo rõnis in talib9. in eo q dicũt impleamus. Non sufficit eis bibere ad necessitatẽ. sed addunt ad supfluitatẽ impleamus. cum tamen vinum in iocunditate et moderatione sit creatum ab initio. vt dicitur Ecci. xxxi. Unde ibi. Exultatio aĩe vinũ cũ temperantia. Ecce quõ nõ culpat vinũ in se. nisi immoderate sumptũ. Ideo dixi notanter q vinũ istud est deterius. nõ tamen simpliciter malũ. sed quasi indifferens. quia sobrie potatũ cõfert saluti. s3 superflue sumptũ nocet aĩe et corpori. Quõ aũt nocet breuiter audiamus. Unde sciendum q vsus vini immoderatus nocet homini quadruplicit. Primo q2 est detrimentũ libertatis. Secundo q2 inducit pfusionem honestatis. Tertio quia est cõplementum voluptatis. Quarto quia est experimtum seu signũ fatuitatis. De pmo pat3. nã prima radix seruitutis et ignobilitatis fuit per vinũ. vt dr Geñ. ix. Ubi noe cu3 plantasset vineã et fructũ collegisset expsso succo bibit. et inebriatus est. dormiensq3 in tabernaculo nudauit femora. Ad quem accedens filius su9 cham. et videns nuditatem ei9 patrẽ derisit. Quod pater resciens ipm cũ filijs suis in sempiternũ ppetua seruitute dãnauit. Et hec fuit origo seruitutis. Sic dicit Aug9. xix. de ciuitate dei. c. xv. Ecce plura mala. Primo puatio vsus rõnis et sensus. vt se nõ sentiat vt bestia. et sit quasi dormiẽs. Hoc notat in eo q2 dormit. Secundo expoliatio virtutũ imo etiam diuitiar. quia communiter magni potatores fiunt pauperes. Iuxta illud. Qui amat vinum et pinguia non ditabit. Istõ patet ad oculum in nostris artificibus qui continue capiunt pecuniam ex artificio. et tamen non ditantur non ex alio nisi quia amant haustum bonum. et bonum gustu3. vbi eni magn9 dñs non daret vnum grossum. ipsi dant duos pro recẽti pisce vl carne. Sed quid continget eis in senium. certe egestas maxima. quia tales vt communiter in mendicitate moriuntur. Tertio facit derisibilem. non solum inimicis. sed etiam amicis. quia filijs. Quarto inducit seruitutem in successoribus. Nam filij potatorum communiter subijciuntur seruituti alior3. Sic Noe fecit filio. Propter qd sicut dicit beatus Augustinus in libro ad sacras virgines. Multi propter vinum amissis honoribus ignobiles remanserunt. et laribus paternis profugi. vitam nõ vbi sumpserunt finierunt. Secundo vinũ immoderate sumptum est confusio honestat

Confundit enī ꝛ deturpat hominis hone
statem. Unde Innocentius in de vilitate
humane conditōnis. Quid turpius ebrio
so. cui fetor in ore. tremor in corpore, pmit
stulta. pandit occulta. Cui mens alienat.
facies transformatur. nullum erit secretuz
vbi regnat ebriet[illegible]. Et Seneca epl'a. cxx.
Non est animus in sua potestate ebrietate
deuictus. quēadmodum musto dolia ipsa
rumpunt. Et quod in ymo iacet. i summā
partem vis caloris eructat. Istud videre
est ad sensum. Nā multa ebrij faciunt con-
tra honestatē que sobrij erubescūt. Jō Se
neca dicit. Ebrietatem nihil esse nisi volū
tariam insaniā. Refert Seneca vbi supra
epistola. lxxxviij. de Alexandro macedone
Qui inebriatus titum tirū sibi carissimuz et
fidelissimū inter epulas transfodit ꝛ intel-
lecto facinore cū esset sobrius mori voluit
Fingitur a quibusdā, put refert Holgot su
per librū Sapientie ca. ij. Qꝛ imago ebrie
tatis sic pingebat a romanis. Primo ima-
go puerilis. cornu habens in manu. ꝛ i ca-
pite coronā de vitro. Puerilis pigebat in
signū ꝙ facit hominē puerū elinguem ꝛ in
sensatū more pueri. Cornu habebat in ma
nu in signū ꝙ semꝑ tubat ꝛ prodit secreta ꝛ
clamādo reuelat. Coronā habebat vitreā
quia reputat se gloriosum ꝛ diuitē. cum ni
hil habeat. Et hec est vna causa quare re-
gibꝫ ꝛ pncipibꝫ phibet vinum. Noli inquit
sancta mulier mater salomonis o Lamuel
vinū dare regibꝫ. ne obliuiscant iustoꝝ iu-
dicioꝝ. Unde Robertus holgot infert su-
per librū Sap. c. ix. Qꝛ nihil ita periculo-
sum est reipublice sic ebrietas i rege vl' pn-
cipe. Unde dicit Sapiēs. Ve terre cuius
rex puer est. ꝛ cui⁹ pncipes mane comedūt
Et certe ve. quia vt dic Holgot a tali pn-
cipe vltiones indebite. aut indefinite pre-
cipites irrogant. cōsultatiōes accepte in i
iuriā alioꝝ incaute reuelant. ordinatiōes
reipublice ɔcesse ꝛ vtiles retractant. Nar-
rat Ualerius li. vi. ca. ij. Qꝛ mulier qdā in
nocens dānata fuit a philippo rege temu-
lento et ebrio. que ꝓprie innocentie cōscia
clamauit. Appello inqt a philippo ebrio ad
sobrium. Quo verbo regis ebrietatē excus
sit. qui causam diligenter inspexit. ꝛ mulie
rem liberam a pena dimisit. Tertio vinuz
est complementū voluptatis. Uerecūdia
nanqꝫ bona mltos cohibet a peccatis. ꝛ vbi
illa per vinum aufertur. voluptas que la-
tuit in corde sine pudore se detegit. Unō
Seneca epistola. cxx. dicit plures pudore
peccandi ꝙ bona voluntate prohibiti sūt
a scelere. At vbi possedit animū nimia vis
vini. quicquid mali latebat emergit. Hec
Seneca. Quarto vinum est experimentū
fatuitatꝫ. quia si homo sit disposit⁹ ad qō
cunqꝫ malum. in ebrietate potest de eo ca-
pi experimentum Eccī. xxxi. Uinum cor-
da supborum arguit. id est ostendit ꝛ ꝓbāt
Ex premissis infero ꝙ ebrietas ꝛ omīs po
tus inordinate ꝛ intemperate sumptus no
cet cuilibet statui. Patet ab inferiori ad su
perius cū confusione arguendo. Nā si pau
per est non ditabit. sicut supra patuit. Si
diues est depauperabit ꝛ substantia nuda
bitur. Si iuuenis est nō docebitur. Quia
fm Boetium. Uinum immoderate sum-
ptū turbat acumē igenij. Si est senex ꝛ do
ctus infatuabitur. Quia vinum ꝛ mlieres
apostatare faciūt sapiētes Eccī. xix. ꝛ. xxxi
Istud patuit in salomone. qui licet sapien
tissimus. tamen infatuatus est ebrietate et
voluptate. iij. Regū. xi. Deniqꝫ si castus ē.
ipe polluetur. Patet de Loth qui ebrius
incestuz cōmisit cum duabꝫ filiabus. ꝛ quē
sodoma nō vicit vina vicerunt Gen. xix. c.
Et quo ad hoc dicit Orige. super Genes.
omel. v. Qꝛ licet Loth excusari posset ꝙ ꝓ
positum et voluntatem peccandi non ha-
buit. inculpandus tamen est. quia vino ni
mis indulsit. Et ideo dicit ꝙ ebrietas pe-
ior fuit ꝙ sodoma. qꝛ ebrietas decepit quē
sodoma non decepit. Uritur ille flammis
mulierum quem sulfurea flamma nō vssit.
Preterea si quis honestus est ebrietate cō
fundetur. Quia vt dicit Hieronymus ad
Occeanum in epistola. Noe ad vni⁹ ebrie
tatis horaz nudauit femora que per sexcē-
tos annos sobrietate contexerat. Sed et
si quis fortis est vincetur. Patet de holo-
ferne. quem nimia ebrietate sopitū iudith
vidua occidit. Judith. xiij. Et de Alexan
dro de quo refert Seneca epistola. lxxxiiij
Qꝛ licet eum totus mundus superare non
potuit. tamen sola intemperantia vicit. qꝛ
in ebrietate letale poculum hausit. a quo ꝛ
obijt. Postremo si quis sanctus est ipe con
taminabitur ebrietate. Unde sacerdotibꝫ
qui sancti erant prohibebatur vinum quā
do tabernaculum ingrediebantur. Sicut

patet Leuitici.x.ca.ne in sanctitate contaminarentur. Ex premissis patet. q licet oibus sit vinum nociuum. tamē precipue regibus z pncipibus. sacerdotibus et sapientibus. continentibus z virginibus. Et est ratio. quia isti tenentur magis esse sobrii et ratione vigere. Unde Hieronymus vocat vinum venenuz. epistola. xcv. dicēs. Spōsa christi vinum fugiat vt venenuz. Refert Papias. q vinum prius vocabatur venenum. sed postq toxicum inuentum est. tūc illud vocatur vinum. istud venenum.

D Circa premissa occurrit dubium satз pulchrum. Utrum vsus vini sit homini licitus. et idem de quolibet potu iebriante. Et videtur q non. quia dicitur Ecclesiastes. ii. ca. Cogitaui a vino abstrahere carnem meam vt animam meam ad sapientiam transferrem. Sed sine sapientia homo non potest saluari. ergo zc. quia Sapiētie vii. dicitur. Neminem deus diligit nisi qui cum sapientia habitat. Igitur necesse est hoi abstrahi a vino. Secundo quia Romanor. xiiii. dicitur. Bonum est non manducare carnem nec bibere vinum. sed cessare a bono virtutis est viciosum et illicituз. Tertio quia Hieronymus dicit. vinū cuз carnibus post diluuiū est dedicatū. Christus autem venit in fine seculorum. Ido extremitatem traxit ad principium. ergo tēpore leg christi est illicitus vini vsus. Ad oppositum est Apostolus. i. ad Thimo. v. dicens. Noli adhuc aquam bibere. sed modico vino vtere. Ad questionem respōdet Holgoth super librum Sapientie cap. ii. dicendo. Q per se loquendo vsus vini homini est valde licitus. potest tamen contingere q alicui homini sit illicitus. vel ex cōditione bibentis vel aliorum qui de suo facto forte scandalizarentur. Ex conditione bibentis. quia forte ex tali potatione perdit caput. linguam. z pedes de facili. Uel quia ex voto ad abstinentiam se astrinxit. Ad primum ergo dico q licet hoc sit perfectionis et consilii. non tamen vsus vini ideo est illicitus. Aliter dupliciter q sapiētia est duplex. Una que a deo infundit. Alia per studium z doctrinam acquiritur Et certe respectu pme disponit abstinentia a vino. respectu vero secunde non. Ad secundum dico q Apostolus prohibet solum romanis conuersis ad fideз q nec carnibus nec vino vtantur in scandalum xpianorum de nouo conuersorum. Ad tertiū dico q Hieronymus vult dicere q xpus a vino retraxit tanq ab impedimento pfectionis si excessiue sumatur. Nos igit fratres potius de illo vino primo. sciliз gratie christi compunctiōis et deuotionis sumamus. et vinum diaboli simpliciter malum abiiciamus. Quatinus vino materiali tēperate vtentes ad vinum sempiterne fruitionis perueniamus. Ad quod nos perducat Jesus christus.

Dominica secunda post octauas Epiphanie. I. Sermo. XXII.

Cum descendisset iesus de monte Mat. viii. Marci. i. Luce. v. cap. In hac dominica recolit sancta mat ecclesia duo magna beneficia humano generi per christum impensa. scilicet beneficium curationis lepre et paralisis. Quas duas passiones z infirmitates christus miraculose in duobus hominibus perfecte subito vnico verbo curauit. significans per hoc q si nos deuote ad ipsum clamauerimus. exemplo istorum ab omnibus infirmitatibus mentis nostre curari merebimur. In figura huius Maria soror Moysi que propter murmur a dño percussa fuit lepra. clamans ad dominū sanata est. Numeri. xii. Sic debet facere anima lepra peccati infecta. dicens cum Ps. Ad dominuз cum tribularer clamaui. In figura huius etiam Naaman syrus curatus est a lepra per lotionē in aq iordanis. ad significandū q nos curari volentes a lepra peccati. debemus lauari in aquis lacrimarum. et hoc septies. id est omni tempore vite nostre. Magna ergo confidentia datur hodie peccatoribus quos deus paratus est ab omni infirmitate mentis curare. si z dum ad euз deuota humilitate recurrant exemplo istius leprosi de quo ita dic euangelium. Cum descendisset iesus de monte Dic textum hic. Super quo vestre caritati aliquid dicere expediret. Uerum qz omnes fere infecti sumus lepra peccati. ita q si dixerimus q peccatum non habemus. nosmetipsos seducimus z veritas in nob nō est. i. Johā. pmo. Omnes eniз peccauerūt et egent gratia dei Romanorū. v. Ideoq necessaria est nobis gratia spiritussancti p

quā corda nostra ab hac peccati lepra mū
darentur. Nam sicut dicit Beda super il-
lo Johānis xv. ca. Petite et accipietis. Si
interiora vestra spiritus domini rectus nō
impleuerit. cor mundum vnde sit non ha-
bet. Unde dominus testatur ꝙ pater da-
bit spiritum bonum petentibus se. profe-
cto vt ostendat. quia qui ex seipsis mali sūt
per acceptam spiritussancti gratiam boni
effici possunt. Hec Beda. Ut igitur grati
am spiritussancti obtinere mereamur ma-
trem gratie salutemus. dicentes ei voce a-
mena Aue maria gratia plena ꝛc. In euā-
gelio presenti tria describuntur. Primum
est leprosi per christum mundatio. ibi cum
dicitur. Cum descendisset Jhesus. Secū
dum est serui Centurionis a paralisi cura
tio. ibi. Cum autem introisset Capharna
um Tertium est gentilium ad christum cō
uersio. ꝛ iudeorum reprobatio. Ibi. Dico
autem vob. A

Dixi primo ꝙ in verbis euan-
gelij describitur p̄
mo leprosi per christum mundatio. cum di
citur. Cum descendisset. Pro quo sciendū
ꝙ ista mundatio facta est primo anno pre-
dicationis christi. Christus enim conuo-
catis apostolis suis quadam vice ascendit
in montem thabor. qui mons est in syria. vl'
scdm alios in galilea. ꝛ ibi eleuatis oculis
in discipulos docebat eos dicens. Beati
pauperes spiritu Cui etiam sermoni inter
seruit orationem dominicam. scilicet pater
noster. vt dicit magister in Scolastica hi-
storia. Quo facto misit discipulos de illo
monte ad predicandum per iudeam tm̄. p
hibens eis ne intrarent ciuitates gentium
nec samaritanorum. Et deinde descendēs
de illo monte occurrit ei leprosus in turba
que sequebatur christum ab illo monte se-
cundo miliario a carpharnaum. Iste igit̄
leprosus cepit clamare ad christum dicēs.
Domine si vis potes me mundare. Et tā-
guntur hic plura circa istam mundationē.
Primo locus quia in descensu montis. Se
cundo persone coram quibus. quia in pre-
sentia turbarum. Tertio grauitas morbi.
Ecce leprosus. Quarto deuotio ꝛ humili
tas infirmi. veniens adorabat. Quinto de
uota oratio ꝛ supplex deprecatio. Domine
si vis. Dicit g̃. Cū descēdisset iesus de mō
te. scz post completum sermonē corā disci-
pulis in monte factum. Secute sūt eū tur
be mlte. Diuersi ex causis diuersis christum
sequebant̄. ꝑm Orige. Quidam ex deuoti-
one propter sanctitatē sue vite ꝛ doctrine.
vt Magdalena. Johāna. ꝛ alie sancte mu-
lieres. Aliq̄ ex curiositate vt viderent mi-
racula ꝛ audirent noua. vt simplices iudei.
Aliqui vt insidiarentur vt pharisei. ꝛ aliq̄
vt ab eo curarentur. sicut infirmi. de q̄bus
erat vnus iste de quo dicit̄ hic. Ecce lepro
sus. Uersus. Morbus. signa. cibo. blasphe
mia fuere. Causa cur dn̄m turba secuta fu
it. Sic multi hodie vadunt ad p̄dicatores
non vt edificentur sed vt nouitates audi-
ant. aut vt in sermone sacerdotem capiant
et calumnientur. sicut pharisei. qui mise-
runt ad christum vt caperent eum in s'mo-
ne. Sed audiuerunt eis dici. Quid me tē
ptatis hypocrite. Sequitur. Ecce lepro-
sus veniens adorabat eum. In marco ha-
bet̄ ꝙ venit genu flexo. Et in Luca habet̄
ꝙ p̄cidens in faciē suā rogabat. In q̄ osten
dit̄ p̄fectio sue humiliatōis et deuotio ora
tionis. Quid autē dixerit aut quō orauē-
rit seq̄tur dicens. Dn̄e. ecce ꝯfessio veritatis
si vis. nō petit simpliciter ꝙ eū mūdet. sed
hoc posuit in eius voluntate. Ergo iste le-
prosus confitet̄ in xp̄o posse. quia dn̄e po-
tes. Deprecatur velle. Si vis. Supponit
necesse. me mundare. Sap. xij. Subest ti-
bi posse cum volueris. Et sic patet ꝙ iste le
prosus habuit magnā fidē de xp̄o ꝛ deuo-
tionē ad xp̄m. Un̄ Orige. in omel' ex perso
na istius leprosi dicit. Tu qui digne ado-
raris q̄ merito coleris. te ego vt dn̄m adoro
ideoq3 ꝛ dn̄m dico. Per te eni omnia facta
sūt. iō si vis potes me mūdare. Voluisti vt
hec imundissima lepra sup me veniret. siue
ꝑpter mea peccata. siue ꝑpter tuā prudenti-
am. vt mirabiliter me mundās magnifice-
ris. oia dispensanter ꝛ prudent' facis. ꝛ sa
lutē largit' tribuis. Siue g̃ hāc leprā ꝑpter
pctā mea portaui. dimittēs culpas meas.
munda me. Siue ꝑpter tuā prudentiā. mi-
rabiliter me mūda vt ab oibus magnifice
ris. Dn̄e g̃ si vis potes me mūdare. Nō du
bito. nō fallor. nō dico sicut ille q̄ filij sui sa
lutē deprecabatur dicens. Si quid potes
adiuua me. sed scio quia omnia potes. iō
q3 non potentiam peto. non fortitudinem
quero. has enim scio esse indeficientes. sed
tantū voluntatem tuam deprecor. Si vis

ergo potes me mundare. mihi ad benefici-
um. tibi ad laudem. videntibus autem ad
miraculū et ad proficiendi doctrinā. Hec
Origenes. Deinde sequitur curatio. Un-
de dicit. Et extendēs manum iesus dixit.
Volo. Mundare. Licet christus potuis-
set curare vnico verbo sicut confitetur cen
turio infra in euangelio. tamē apponit ma
num. quia humanitas christi erat quasi or
ganum seu instrumentū ipsius diuinitatis
Et ideo sicut artifex operatur mediante i-
strumento. sic virtus diuina in christo per
applicationem humanitatis aliqua facie-
bat. vt eam tanq̄ȝ coniunctum instrumen-
tum diuinitatis declararet. Sed contra.
Fuit in lege prohibitum tangere leprosum
ergo christus contra legem fecit. Leui. xiij
Christus autem non venit soluere legem.
Math. v. Respondeo. prohibitum fuit il-
li qui non potuit curare. sed nō illi qui po-
tuit. Unde Helias et helizeus tangēdo le
prosos nō peccauerūt. Similiter nec xp̄s
Et de helia ⁊ helizeo habetur. iij. Regum
xvij. Et. iiij. Regum. iiij. Et iste tactus ne
cessarius fuit propter multa. ſm Gorram
super Lucā. Primo propter exempluȝ hu
militatis. scȝ vt doceret nullū propter ma
culam corporis esse spernendum. Et h̄ est
contra illas delicatas dominas que dedi
gnantur manib⁹ anulosis et ornatis tāge-
re infirmos in hospitali. Contra quas Au
gusti. in libro de vita xp̄iana multuȝ inue-
hitur. confundēs eas nō vt xp̄ianas. sed vt
peiores paganis. Secūdo fecit hoc xp̄s p
pter destructionem heresis manicheorum
dicentiuȝ christū habere corp⁹ fantasticū.
Tertio propter ostensionem sue potētie p
quam tulit istius leprosi contagiū. Quar-
to propter manifestationem temporis gra
tie ⁊ cessationis legaliū. Und̄ licet christ⁹
aliter curare potuit. nō tamen aliter decu-
it ex causis predictis. Dicit ergo. extēdens
manū. quod fuit liberalitatis contra aua-
ros qui habent manum curtam. breuem ⁊
aridam. Nō sic xp̄s qui manū suā aperuit
inopi. Prouer. vlti. Tetigit qd̄ fuit humili
tatis contra superbos. vt dictū est. dicens
Volo. cōtra inuidos qui nihil boni volūt
Mundare. quod est potestatis cōtra icre-
dulos. Et est hic imperatiuus. id est. mun
deris. vel sis mundus. vt sint due constru
ctiones. Et confestim mūdata est lepra ei⁹

Dixi secundo quod in verbis premissis christus ondit benignitatem sui cordis cum dicit. Volo. Et quid vis domine. Certe non aurum nec argentum. non thesauros preciosos que omnes apud me sunt. Sed quid volo. vtilitatem humanam et salutem vt omnes saluentur et in celum inducantur et reducantur vnde exierunt. Circa quod sciendum quod christus habet voluntatem ad septem multum vtilia. Primo enim voluntas dei est ad nostram conuersionem. ij. Pe. iij. Non tardat dominus promissionem suam sed patienter agit propter vos. nolens aliquem perire. sed omnes ad penitentiam reuerti. Ezech. xviij. Nunquid voluntatis mee est mors impij. et non magis vt conuertatur et viuat. Hec autem conuersio fit per contritionem Unde conuersio est quasi balneum in quo mali humores exeunt per sudorem contritionis. Sicut autem ad hoc quod sudor sit signum sanitatis. oportet quod sit generalis. ita oportet quod contritio sit pro omnibus delictis. Iuxta illud ps. Lauabo per singulas noctes lectum meum. id est conscientiam non per omnes noctes. sed per singulas. i. per singula vicia. Secundo voluntas dei est mundatio nostra. Unde in euangelio. Domine si vis potes me mundare. Ait ille. Volo. Mundare. Hec autem fit in confessione. Omnia enim in confessione mundantur. Unde Ambro. Isa. i. Lauamini et mundi estote. q. d. lauatorium paratum est. tantum mundamini. Signum immundicie est magnum. quando immundus habens lauatorium paratum non vult se lauare. Non potest autem quis melius peccatum mundare quam si eum post lotionem expandat. Expansio ista conscientie est apertio coram sacerdote Luce. xvij. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et sequitur. quod cum irent mundati sunt. Tertio voluntas dei est sanctificatio nostra. i. Thessal. iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. vt abstineatis ab omni fornicatione. vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. s. quo ad seipsum. et honore quo ad proximum. Uel sanctificatio refertur ad iustificationem interiorem. Honor autem ad operationem exteriorem. vt sic homo mundetur interius et exterius. Sed heu multi sunt sicut vasa. mundi exterius per honestam conuersationem. sed sunt pingues et immundi interius per malam affectionem. De quibus dominus Math. xxiij. Ue vobis qui similes

estis sepulchris dealbatis. int⁹ autē pleni
rapina. Hi sunt q̄ malūt habere pulchraꝫ
caligā q̄ꝫ consciam. Qui purgāt vestē a sor
dibus. sed dimittūt mentē squalere sceleri
bus. Cōtra quos Aug. in q̄dā sermōe mi
rat̄ di. Quid ē qđ vis habere malū. dices
vtiqꝫ nihil. nō vxorē. nō filiū. nō seruū. nō
tunicā. nō caligam. ⁊ tn̄ vis habere malaꝫ
vitā. Rogo te p̄pone aīam tuā calige tue.
Hec ille. Quarto voluntas dei est occul-
te veritatꝫ cognitio. i. Thimo. ij. Vult om
nes hoīes saluos fieri. ⁊ ad cognitiōeꝫ sui
noīs venire. Ista aūt cognitio est per fidei
illuminationē. p quā homo cognoscit eter
na gaudia beatoꝝ ⁊ supplicia reproboruꝫ.
Sed diceres. quō verū ē q̄ de⁹ voluit
oēs homines saluos fieri. cum multi dam
nantur. Math. xxij. Multi em̄ sunt voca
ti. pauci vero electi. Ad qđ r̄ndeo ſm Hor
ram vbi. s. ⁊ ſm Glosam ordinariā. q̄ hoc
pōt intelligi q̄nqꝫ modis Quoꝝ tres p̄mi
ptinent ad voluntatē beneplaciti. duo ꝑo
vltimi ad voluntatē signi. Tres p̄mi disti
guunt̄ sic. Prim⁹ intelligit̄ cū cōditiōe sic
Vult oēs hoīes saluos fieri. s. si volūt. q̄ꝛ
p ip̄m deū nō stat q̄ oēs nō saluāt̄. Scđs
modus intelligit̄ cū impletione sic. Vult
omnes homines sal. fieri. i. omēs q̄ saluan
tur vult saluos fieri. q̄ꝛ null⁹ nisi eo volen
te saluatur. Sic etiā itelligitur illđ Joh.
i. Illuminat oēm hoīem venientē in hūc
mundū. i. nullus illuminat̄ nisi p eū. Ter-
tius modus intelligit̄ cū restrictiōe distri
butionis. sic. vult oēs ho. sal. fieri. i. de om
ni genere aliquos. Colliget em̄ electos a
quattuor ventis. Vt dicit̄ Math. xxiiij.
Alij duo modi distinguunt̄ sic. q̄ꝛ p̄mus i-
telligitur đ p̄senti ⁊ q̄si affectiue. sic. Vult
omnes. i. facit oēs velle. q̄ꝛ oēs naturaliter
volūt salui fieri. Quia ſm Boeciū. cogni-
tio veri ⁊ amor boni naturaliter vnicuiqꝫ
sunt inserta. Et iste modus intelligit̄ đ vo
luntate signi q̄ est impletio. Scđs mod⁹ i
telligitur de futuro sic. Vult oīs ho. sal.
fieri. quia p̄cipit ⁊ cōsulit ⁊ hortat̄ vt sal-
ui fiant. q̄ oīa signa sunt diuine voluntatꝫ
Sic ḡ vult oēs ho. sal. fieri in futuro ⁊ ve
nire in p̄nti ad cognitionē veritatis xp̄i q̄
est veritas. Joh. xiiij. Ego sum via v̄itas
⁊ vita. Itē quedā glosa dicit q̄ voluntas
dei necessitatē libero arbitrio nō īponit. ⁊
sic q̄uis nō oēs ho. sal. vult fieri volūtate
cōsequēte nisi peniteāt. vult tn̄ oēs volun
tate bn̄placiti. Jō q̄ꝛ ſm Joh. Damascen̄.
voluntas an̄cedens seu beneplaciti respic̄
ordinē nature ad salutē q̄ nihil habꝫ i se ex
sua creatione saluti ꝯrium. Conseq̄ns aūt
seu signi volūtas respicit ordinē p̄sone ex
actib⁹ suis ad saluationē vel damnationē
eo q̄ p̄sona ex sua operatione hꝫ multa salu-
ti ꝯria. Q̄ꝛ aūt de⁹ vult oēs hoīes saluos
fieri. illud patet per m̄lta signa. Primo q̄ꝛ
omnib⁹ dat documenta cōmunia. Mar.
vlti. Euntes in mundū vniuersū p̄dicate
euangeliū omni creature. Qui crediderit
⁊ baptizatus fuerit ⁊c̄. Deus aūt nullum
vult violenter saluare. quia iniusticiā face
ret qui tn̄ est iust⁹ ⁊ iusticiaꝫ facere docet.
Scđo istud patꝫ ex eo q̄ꝛ dat benefica cō
munia Jaco. i. Dat omnibus affluenter.
Math. v. Solē suū facit oriri sup bonos
⁊ malos. Tertio q̄ꝛ dat remedia commu-
nia. scꝫ sacramenta. Juxta illud ps. Qui
ꝓpiciat̄ oībus iniq̄tatib⁹ tuis. q̄ sanat oīs
infirmitates tuas Math. xi. Venite ad
me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis. ⁊ ego re
ficiā vos. Tollite iugum meū super vos.
Quarto dat p̄ciū cōmune Roma. viij. Fi
lio ꝓprio nō pep̄cit. sed p nobis oīb⁹ tradi-
dit illū. Quinto q̄ꝛ reseruat premiū com-
mune. Ecci. xxiiij. Transite ad me omnes
q̄ concupiscitis me. i. Coꝝ. xv. Vt sit de⁹
omnia in omnibus. Dabit enim denariuꝫ
diurnū vnicuiqꝫ in vinea sua laboranti. i.
in fide vsqꝫ in finem suum. Quinto volun
tas dei est. cordis nostri in amorem eius ī
flāmatio. Luce. xij. Ignem veni mittere ī
terrā. et quid volo: nisi vt ardeat. Ad istū
ignem valet multū meditatio beneficioꝝ.
Ps. In meditatiōe mea exardescet ignis.
Sexto voluntas eius tribulationum per
pessio. i. Pe. iij. Qui patiuntur ſm volun-
tatem dei. fideli creatori cōmendant ani-
mas suas. Sic castrum quod non potest
defendere capitaneus commendat domi
no proprio. Hebreo. x. Patientia vobis
necessaria est vt voluntatem dei facientes
reportetis repromissionem.

D

Dixi tertio q̄ in verbis premis
sis ostendit christ⁹
in mundatione hui⁹ leprosi potestatē sue
diuinitatis. cū dicit. Mūdare. Certe po
testas singularis p̄tās ei⁹ solius. potestas
eterna. Quia imperat creaturis ⁊ obedi**ūt**

ei. Vñ Baruth. iiij. dr. Stelle vocate sũt
⁊ dixerũt assum⁹. Sic ꝙ̃cito dixit huic le
proso. statim mũdat⁹ ẽ. ꝑ qđ significat̃ ꝙ si
q̃sierim⁹ mũdari a xp̃o in aĩa nr̃a a pecca-
tis. mũdabimur continuo si ip̃e voluerit.
Est aũt mũdicia ꝭm Alexan. de hal. vtri-
usq; hoĩs ĩtegritas amoris intuitu obser-
uata. Ad quã q̇dẽ cõseq̄ndã plura req̇rũt̃.
Et p̃mo valet aq̄ sapiẽ seu v̱bi dei Johã.
xiiij. Jam vos mũdi estis ꝓpter ꝭmonẽ quẽ
locutus sũ vobis. q2 v̱bũ dei q̃si speculum
oñdit mac̄las cordis ⁊ dat aquã grẽ. Pro
uer. xiij. Doctrina bona dabit grãm. Figu
rat̃ ꝑ mare eneũ. i. lauatoriũ tẽpli. de q̄ la-
uabant̃ sacerdotes circa qđ erant appensa
multa specula ad cõspiciẽdũ maculas ab-
luendas. Exo. xxxviij. Lauatoriũ istđ sig
nificat grãm q̄ abluit culpas. Ad q̄s ablu
endas dz hõ se disponere ꝑ diligẽtẽ ꝯside
rationẽ cõscie. ne q̇d remaneat imũdũ: ⁊ h̄
nõ põt esse sine verbo dei. qđ est quasi spe-
culũ ostẽdens vnicuiq; deformitatẽ suaz.
Vñ Sap. vij. dr̃ de sapiã. ꝙ est candor lu
cis eterne. ⁊ speculũ sine macula dei maie-
statis ⁊ imago bonitatis ei⁹. Quia vt dic̃
Holgot. In scriptura sacra. diuina maie-
stas ꝑ fidẽ inspicit̃ q̃si in q̇dã speculo mun
dissimo in q̄ nulla ẽ macula falsitatis. j. Co
rinth. xiij. Videm⁹ nũc ꝑ speculũ. Vñ to-
ta cognitio quã de deo habem⁹ in p̄nti est
specularis. in q̄ obiectũ nõ rep̄sentat̃ ꝑ se: sz
ꝑ suã sil'itudinẽ ⁊ nõ ꝑ lineã rectã sed refle-
xam. Sed videbim⁹ eũ in futuro sicuti ẽ.
nõ ꝑ creaturas sed ĩmediate q̃si ꝑ lineã re-
ctam. Nõ solũ aũt vt dicit Holgot in spe
culo sapiẽ q̄ est sacra scriptura videm⁹ de-
um sed etiã mores nr̃os. s. quales esse debe
remus si ꝭm legẽ dei viuerem⁹. Vñ Hie-
ro. in ep̄la ad demetriadem virginẽ. Vte-
re inq̇t lectione diuina vice speculi. feda
corrigendo. pulchra conseruando ⁊ pul-
chriora faciendo. Scriptura eñi ꝑ verbũ
dei. est feda oñdens ⁊ corrigi docẽs. sicut
dicit Grego scđo moral. ca. j. Sacra inq̇t
scriptura quasi quoddã speculũ ẽ q̇d ocul'
mentis opponit̃. vt in eo nr̃a facies videat̃
Ibi eñi feda ibi pulchra nr̃a cognoscunt̃
q̄ ve longe a ꝓfectu distam⁹. Et sicut ille
q̄ habet in facie maculã manifestã abhor-
ret se videre in speculo. ita notabilr̃ vicio-
si in vita abhorrẽt se p̄sentare. Dicit Hol-
got vbi. s. Ubi sacra scriptura manifeste
p̄dicat̃. Et tales sunt q̇bus nullũ speculũ
bene placet. sicut narratur de quadaz de-
formi ⁊ turpi domicella. Ista eñi distortã
habuit faciẽ oblongã. ⁊ quotiens inspexit
speculũ doluit ⁊ offendebat̃. deformitatẽ
tñ suã imputauit sp ꝑ speculo. Unde plura
specula fregit q̄ alie oẽs mulieres. Ita di
cit esse in eccl'ia de hoĩb9 multum viciosis
nec vitam suã emendare volentib9. q̇b9 nul
lus bonus sermo placet. cõtra quẽlibet be
ne p̄dicantẽ offenduntur. semꝑ ꝑpendunt
vitã suã esse distortã et turpẽ in isto specu-
lo. nõ tñ se corrigunt ꝑ p̄niam. Sed quan
tũcũq; audierint se bñ đ scriptos. statim ꝓ
pter veterẽ ꝯsuetudinẽ obliuiscunt̃ quales
in speculo describuntur. De talibus dici-
tur illud Jacobi. i. Si quis auditor ẽ ver
bi dei ⁊ non factor. hic comparabitur vi-
ro consideranti vultum natiuitatis sue in
speculo. Considerauit eniz se ⁊ abijt. ⁊ sta-
tim oblitus ẽ qualis fuerit. ⁊ ideo premit-
tit. Estote factores verbi ⁊ nõ auditores
tm̃. fallentes vosmetipsos. Secundo ad
istam mundiciam faciendam valet contri
tio cordis. ex qua est aqua lacrimaruz. cui
admiscendus est cinis. i. memoria mortis
vel ꝓprie conditionis vel christi ps̄. Laua
bo per singulas noctes lectum meuz. Ter
tio valet frequens confessio. i. Mach. iiij.
Judas mundauit templũ. Judas interp̄-
tatur confitens. Et in ps̄. dicitur. Facta ẽ
iudea sanctificatio eius. s. israel. iiij. Regũ
v. Lauare septies in iordane. Septies di
cit ꝓpter septez peccata mortalia. Quarto
valet vite austeritas. sicut defricatio cum
panno aspero. Math. iiij. Johannes ha-
bebat vestimentũ. Item elemosynarũ lar-
gitio Luce. xi. Date elemosynam Quito
valet oratio. Luce. ix. Factum est duz ora
ret species vultus eius altera. ⁊ vestitus
eius albus et fulgens. Orando enim acq̇-
ritur mundicia. Sic iste leprosus volens
mundare lepram orauit deuote. d. Dñe si
vis potes. ij. Machab. xiiij. Sancte san-
ctoꝝ conserua domũ istam impollutam q̄
nuper mũdata est. Sexto valet lima cor-
rectionis. Unde Berñ. dicit ex ꝑsona dñi
Ille solus amicus est qui ante aduẽtũ di
stricti iudicij maculas mẽtis tergit Sz mł-
ti sũt q̄ ex lima ꝯbunt rubiginem. De qui-
bus in ps̄. Destruxisti eum ab emundatiõ
ne. Septio valet ignis tribulatiõis. De q̄

dicit Ambro. Sicut aurū bonū ita ecclia cū vrit detrimentū non sentit. sȝ magȝ fulgor eius augetur. Sed diceres. q̇s est effectus hui⁹ mūdicie. Rn̄deo certe ꝙ maxim⁹. Nā talibꝫ de⁹ dat habundant dona grāꝝ. Job. xvij. Mundis manibꝫ addet grām ⁊ fortitudinē. Scđo qꝛ in talibꝫ habitat. Unde Aug. Munda tm̄ cubiculuȝ cordis. intus est q̇ exaudiat. i. Parali. xxix. Non homini preparatur habitatio sȝ deo Item quia tales amat ⁊ gratiam labiorū tribuit Prouerb. xxij. Qui diligit cordis mundiciam habebit amicum regem. Iteȝ quia eos in sui societatem recipit. In ps̄. Domine q̇s habitabit in tabernaculo tuo ⁊ sequitur. Innocens manibus ⁊ mundo corde Math. v. Beati mūdo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Ad quam visionē nos perducat deus per secula bn̄dict⁹.

Dn̄ica tertia post octauas Epipha. I. Sermo XXV

a Scendente iesu in naviculā Math. viij. Marci iiij. Luce. viij. Duabus dominicis īmediate p̄cedentibꝫ recitata sunt duo magna christi miracula. in quibꝫ apparuit eis diuina potentia p mutationē aque in vinū ⁊ curationē leprosi ⁊ paralitici. Nūc in ista dn̄ica ꝓponit sancta mater ecclia aliud miraculū diuine sue potētie. scȝ subitā mitigationē maris. in cui⁹ figura moyses pcussit aquam. ⁊ pplo transeunti iter p̄buit Exod. xiiij. Sic christus mari imperauit ⁊ quieuit. Simile etiā habetur Josue. iij. vbi filijs israel portantibꝫ archam domini per iordanem cesserunt aque. ita xp̄o q̇ est archa deitatis existente in mari cessauerunt motus ventoꝝ. De qua q̇deȝ mitigatiōe sic loquit̄ p̄sens euāgeliū. sup quo euāgelio expediret vobis fratres carissimi aliquid audire ad salutē. sed quia sine gratia xp̄i nihil possum⁹ facere. ip̄o testante qui ait Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Super quo verbo Henricus d̄ vrimaria. lib. xiij. de pfectione interioris hoīs. c. i. dicit. Nihil prodest industria sine adiutorio dei. quoniā nobis magno conatu laborantibꝫ nihil ꝑficimus: nisi per dei gratiam ꝓsperati. Hec ille. Istud bene patuit in euangelio hodierno vbi xp̄o dormiente. id est ad tempus auxiliū gratie subtrahente discipuli pibant. Si autē illi fuerūt in periculo q̇ xp̄m indubie p̄sentialiter habuerunt secū. q̇d de nobis erit de q̇bꝫ dubium est an nobiscū sit p grāȝ. cū nemo scit an odio vel grā dei dignus sit. Ecclesiastes. ix. Ideoqȝ recurram⁹ ad mr̄em eius benedictā clamantes ad eaȝ vt mitiget nobis fluctus huius seculi. Sicut enim dic̄ Plinius ꝙ alcion est quedam parua auis que q̄ȝdiu oua sua tempore hiemali ⁊ tempestatis iuxta mare ponit diebus illis fit maxima tranquillitas. Et Isido. refert d̄ quodā pisce qui dr̄ echinus. Qꝛ in magna tempestate tenet immobiliter naueȝ ne pereat. Sic beata virgo facit nobis habēdo de nobis curā in mari huius mundi ponēdo auxilia sua in periculis nostris. Et tenēdo nos in manu misericordie sue ne pereamus. ideo ad eius auxiliū recurramus vt grām impetremus dicentes oms̄. Aue maria gratia In illo tempore. Ascendēte ihesu in naviculā secuti sunt eum discipuli eius. ⁊c. In presenti euangelio circa istam tempestatem tria describunt̄. Prio em̄ describitur discipulorum cū xp̄o nauigatio. ⁊ circa hoc maris cōmotio. Unde dicit̄. Ascendente iesu in naviculā. Scđo describitur discipuloꝝ xp̄i sollicita postulatio. cū dr̄. Et accesserūt. Tertio describitur huius cōmotionis mitigatio. cū dicit̄ Et surgens ihesus. A

Dixi primo ꝙ in hoc euangelio primo describitur discipulorū cuȝ xp̄o nauigatio. ⁊ cū hoc maris cōmotio. Unde dr̄. Ascendente iesu in naviculam. Et pro isto sciendūȝ ꝙ cū xp̄s p̄mo anno p̄dicatōis sue quodā die turbis predicasset ad mare sedens in navicula de semine verbi dei. quō diuersimode impedit̄ fruct⁹ eius. ⁊ de mltis alijs extunc eo die cū sero factū esset. vt dicitur Marci. iiij. xp̄s iussit discipulos suos ad alias partes nauigare remotas ad p̄dicādū. ⁊ sic nauigauerūt a galilea in terram gerasenorum. Genesar enim est vrbs arabie trans iordanē iuncta monti Galaad in tribu manasse. non longe a stagno tyberiadis in quo porci precipitati sunt. vt dicit Glosa. Nauigātibꝫ igit̄ discipulis facta ē tempestas maris. h̄ ē ḡ qđ dicit. Ascēdēte iesu i naviculā secuti sunt eū discipuli ei⁹. quia mēbra debent sequi caput. discipuli

magistrū. Ecce fidelis amicicia. q2 nō solū sequuntur xp̄m in terra ⁊ in loco securo sed etiā in mari periculoso. ⁊ ideo dicebat eis. Uos estis q̄ permāsistis mecū in temptationib9 meis Luce. xxij. Sed sunt mlti qui hominem sequuntur in prosperis. sed non in aduersis. Iuxta illud Eccl. vi. Est amicus ſm tempus. et non permanebit in tēpore tribulatiōis. Sic ⁊ mlti volent sequi xp̄m ad terminuꝫ vie scilicet ad gloriam. sed noluñt seq̄ p viā scꝫ paupertatis ⁊ penitentie. ⁊ sic volunt habere consequens sine antecedente Sequitur littera Et ecce motus magnus factus est in mari. Iste mot9 nō est ortus naturaliter sꝫ ad imperiū christi. ps. Qui conturbas pfunduꝫ maris. sonū fluctuū eius. ita vt nauicula operiretur fluctib9. id est fere fluct9 transibant nauem. Et attendendum ē ꝙ christo presente discipuli tempestateꝫ passi sunt. in quo cōdemnatur temeraria presumptio quorundam. qui ita securi sunt ī vita: ac si nullum esset periculum. Unde dicit Aug. Nemo secur9 dꝫ eē in vita ista que tota temptatio ē. Ubi ḡ securitas. ex quo illi q̄ cū xp̄o sunt tempestatem patiūt Ipe vero dormiebat. ⁊ hoc ꝑpt̄ duas causas. Primo vt veritatem in se nature hūane monstraret. Secundo vt miraculo futuro occasioneꝫ daret. Unde Glosa dicit ꝙ in hoc facto verus homo monstrat̄ qui dormit. ⁊ verus deus qui tempestatē maris suo imperio trāquillat. quod nulli hominū licet facere. Marci. iiij. dicitur ꝙ erat ipe in puppi. scilicet in vltima parte nauis super ceruical dormiēs. Ceruical dr̄ qd̄ sub capite ponit̄ subcapitale vel puluinar ſm Catholi. Hug. ⁊ Papiam. ⁊ pducit penultimā. quasi sub ceruice positum. Dormiente ergo christo orta est hec tempestas. et hoc propter tres causas. Primo ꝑpter discipuloꝝ terrorē vt territi clamarent ad dn̄m. Sepe enim tribulatio oculos et os ad deum aperit. quos prosperitas clausit. dicit Grego. Secundo ad proditoris correctionem. Unde Glosa dicit. Merito turbat̄ nauis in qua proditor est cū beatis. Et qui suis meritis firmi erant turbantur alienis. Frequenter enim propter maloꝝ societatem temporaliter boni affliguntur. Tertio ad diuine potestatis ostensionē. q̄ in sedatione ostenderetur. sicut ⁊ factū est. B Mystice tria h̄ sunt consideranda. Primo q̄d significet nauicula in mari. Secūdo quō christum secuti sint discipuli. Tertio quomodo xp̄o dormiente oritur tempestas. Nauicula ista significat crucē. quā xp̄s ascēdit in passiōe. De q̄ Sap. xiiij. Exiguo ligno credūt homines aias suas ⁊ trāseuntes mare ꝑ ratē liberati sunt. Et dr̄ diminutiue nauicula q2 ita stricta erat: ꝙ xp̄s in ea non potuit vtrūq3 pedē seorsum ponere nec caput inclinare. vnde inclinato capite emisit spirītū. Joh. xix. Et pede altero sup alteꝝ crucifixus ē. Ista etiā nauicula significat statū pn̄ie. Nā sic dic̄ Hiero. pn̄ia ē scd̄a nauis post naufragiū. scꝫ actualiū pctōꝝ. Et bene pn̄ia dr̄ nauicula diminutiue. q2 penitentes debent pati defectū ⁊ diminutō nē in oīb9 Debent eñ habere potū parcū: et panē durū. Contra nr̄os penitentes. q̄bus si iniungitur penitentia in pane ⁊ aq̄ ieiunium. ipi comedunt pisces assos ⁊ huiusmodi. Et si iniungit̄ eis ieiuniū in cib. ipi faciūt eis delicias tantas ꝙ nunq̄3 sentiunt se ieiunare. cū tñ pn̄ia dicta sit quasi punitentia. ſm Hugo. in lib. de mysteriȷs ecclīe dei. Debet ḡ atteri corp9 ꝑ abstinētiam q̄ntū valet nō q̄ntū placet. inq̄t Grego. xxi. libro moraliū. Ista etiā nauicula significat ecclīam q̄ significatur per archā noe. in qua q̄cūq3 non fuerat perierat diluuio Gen. vij. Quia q̄ extra ecclīam est. necesse est vt pereat morte et̄na. ſm Hiero. ⁊ Damascenū papā. xxiiij. q. i. Om̄ vet9. Et bn̄ cōparat̄ naui. habet eñ gubernaculū fidē Jaco. iij. Nōne naues cuꝫ magne sint modico gubernaculo circūferuntur. Per fidē eñ inter ꝓspera ⁊ aduersa dirigimur. Uñ sancti per fidem vicerunt regna. Hebreo. xi. Secundo in hac naui est anchora. id ē spes. Hebreoꝝ. vi. Firmissimum solaciuꝫ habem9 q̄ confugim9 ad tenendū ꝓpositā speꝫ. Tertio velū est caritas Ezech. xxvij. Bissus varia de egypto texta est tibi in velum vt poneret̄ in malo. i. in xp̄o. Qui q̄nto plus vento impellitur tanto citius ad portum perducitur. quia mala que nos h̄ premunt ad deum ire compellunt. Et sicut in illa archa erāt animalia munda cū immundis. sic in ecclesia cuꝫ reprobis electi Math. xiij. Ex omni genere pisciū cōgreganti. Dicitur etiam de archa ꝙ q̄nta

plus fluctuabat tanto plus eleuabatur. qꝛ ecclia quãto plus fluctibꝰ temptatõnũ fluctuaẗ. tanto plus apud deũ exaltaẗ. Unð Hilarius. Propriũ est eccl'ie vt tũc vicat cũ ledit. tũc intelligat cũ arguiẗ. tũc secura sit cũ superata videtur Archa em̃ p quã ecclia significaẗ inundatiõibꝰ cõcussa eleuata est in sublime. Hec Hilarius. ꝛ Crisosto. dicit. Nõ cessat insidias pati eccl'ia. nõ cessat impugnari. sed in nõie xp̃i semp superat. semp vincit. Et post multa. Qui impugnat eccl'iam. semetip̃m dissoluit et fatigat. eccl'iam aũt fortiorẽ ostendit Hec ille. Uerũtñ ꝛ si nauis eccl'ie submergi nõ põt. periclitari tñ põt. Periclitaẗ aũt propter tria. vel qꝛ est infirma. vel qꝛ tẽpestas imminet. vel qꝛ nauta dormit. Ita etiam aĩa periclitaẗ vel ꝓpter infirmitatem fidei. Unde petro dictũ est. Modice fidei quare dubitasti. vel qꝛ tempestas iminet. que dupliciẗ insurgit qñq3 per ventũ. sc3 p superbiam. Unde dr̃. Flauerunt venti ꝛ irruerunt domũ Mat. vij. qñq3 p fluctuũ validitatem. id ẽ. ꝑsecutionẽ temporaliũ. Uñ in ps̃. Eleuauerũt flumina fluctꝰ suos. ꝛc Tertio cũ nauta dormit. i. aĩa in vicijs q̃e scit. Unde dr̃. Nescitis diem neq3 horam Math. xxiiij. Unde saluator hortaẗ nos dicens. Si qs vult venire post me abneget semetip̃m. ꝛ tollat crucẽ suã. hoc est dicere. Ascendat nauem suã. In hanc nauẽ ascendũt quidã per martyrij tolerantiam ꝑ ꝓximi cõpassionẽ ꝛ proprie carnis mortificationẽ. Et isti ꝓprie sunt discipuli xp̃i. Sed notabile est ꝙ xp̃o dormiente in naui nõ extra fit tempestas in discipulos. qꝛ xp̃o patiente in cruce. oritur tẽptationis ꝛ ꝑsecutionis ꝓcella in eos. vñ Mat. xxvi. dr̃. Relicto eo omẽs fugierũt. Et Joh. xx dr̃. ꝙ cõgregati erãt ꝓpter metũ iudeoru3. Et hoc dicit Glo. Qꝛ nemo põt sine tẽptatiõe du cere vitam istam. ij. Thimo. iij. dicens. Omnes qui pie volunt in xp̃o viuere ꝑsecutionẽ patienẗ. Dormit aũt xp̃s talibus. qꝛ fides xp̃i in cordibꝰ sopita videẗ q̃ tp̃alibꝰ affluũt. vel dormire xp̃s dr̃ cum tardioribꝰ subuenit auxilijs. E

Dixi secundo ꝙ i scd̃a ꝑte euãgelij describiẗ disciploꝝ xp̃i solicita postulatio cũ sequiẗ. Accesserũt ad eũ discipuli eius ꝛ excitauerunt eum dicentes. Domie salua nos perimus. Dicit hic Orige. ꝙ tantꝰ terror inuaserat eos vt nõ leniter aut modeste seu cum decentia suscitarent christum. sed cum impetu ꝛ clamore. dicentes. Dñe salua nos perimꝰ. q. d. Tu potes adiuuare et nos indigemus. ꝛ in hoc allegant potestatem diuinam. Domine. ꝛ necessitate3 humanam. perimus. Sed quid respõdit eis dominus. sequitur. Dicit eis ihesus. Quid timidi estis modice fidei. quasi diceret. Si nouistis potestatẽ mea3 in terra cur nõ creditis in mari. Modice fidei eos dicit. ex eo quia ſm Crisosto. credunt eu3 tantum vigilantem imperare mari. et tempestati. non autem dormientem. In Luca habetur. vbi est fides vestra. quasi diceret. si haberetis fidem nõ timeretis. sic fieret vobis quod velletis et ventos ꝛ mare placaretis. Unde Luce. xvij. Si haberitis fidem vt granum sinapis diceretis huic arbori ꝛc. Omnia enim possibilia sunt credenti. Hic sunt tria moralia documenta. Primum est ꝙ iter alia que nos disponũt ad grãm xp̃i. vnum est timor. vnde discipuli timore percussi accesserunt ad christũ Hinc dicit Salomon. Initium sapiẽtie timor domini. Hinc. ij. Paralip. xx. diciẗ. Josaphat rex timore perterritus totu3 se obtulit ad rogandum deum. Et Jone. i. dicitur. Timuerunt naute et clamauerũt ad deum suum. Secundum documentũ ꝙ in periculis persecutionum necessarius est recursus ad orationem. hoc autem maxime prelatis ecclesie competit. qui tenẽt loca apostoloꝝ. Isti em̃ debent semp clamare vigilãtes super gregẽ suũ. et dicẽtes illud ps̃. Exurge quare obdormis dñe. ꝛ ite3 illud. Uigila sup nos eterne saluator sicut canimꝰ in quadragesima. Sed fatui gubernatores huiꝰ nauis. sc3 ecclesie. qui cũ deberent deũ orõnibꝰ excitare. ip̃m magis faciũt dormire in hoc scilicet ꝙ ad humanum auxilium magis cõfugiunt q̃ ad diuinum officium. vt dicit Gorra sup Lucam. Tertium documentum est. vt in aduersis fidem rectam ꝛ veram habeamus. Hec est enim victoria que vincit mundũ fides nostra. dicit mundum. id est mundi pericula. i. Johannis. v. D

Dixi tertio ꝙ in vltima parte euangelij describitur huiꝰ tempestatis mitigatio. Unde se-

quitur. Tunc surgens ihesus de illo loco
in q̄ erat. imperauit tanq̄ dn̄s vētis ꝛ ma
ri. et in hoc ostendebatur deus ꝑm Glosā.
Ecci. xliij. In sermōe eius ventus siluit ꝛ
cogitatione sua placauit abissuz. i. pfūduz
maris. In luca dr̄. Increpauit ventū. scz
tanq̄ causam tēpestatis. ꝛ tēpestatē tanq̄
effectū. Glosa ibidē dicit. Oīs creatura sē
tit creatorem ꝛ paret ꝛ sentit increpatiōez
Ex isto dixerūt quidā heretici ꝙ oīa ele-
menta essent aīata ex q̄ sentiūt imperium
xp̄i. Sed falluntꝰ. cū ista increpatio sit me
thaphorica nō ppria. Cū rei nō intelligē-
ti nō sit increpatio. eo ꝙ peccare nō potest
Sed sicut q̄s cū increpatꝰ cessat ab opere.
sic venti cessabant ad imperiū ꝛ nutū xp̄i.
Vn̄ etiā oīa inaīata xp̄o sunt sensibilia. q̄
apud nos sunt īsensibilia. Hinc dicit Ba
ruch. iij. Stelle vocate sunt. ꝛ dixerūt. as-
sumus. Et facta est tranquillitas magna.
In h̄ apparuit magna ptās. q2 magna fa-
cta est trāquillitas dicit Glosa. Unde in
ps̄. Tu dn̄aris ptāti maris. Et Thob. iij.
Post tēpestatē tranquillū facis Porro ho
mies mirati sūt. Hoīes vocat discipulos
adhuc mortē corpalē. i. carnalē timentes.
vel hoīes ꝑm Glo. ꝛ Bedam. qui erant in
naui. vel q̄ erant in littore. vt naute ꝛ alij.
Sed verisimilius est ꝙ vtriq3 mirati sūt.
Sed discipuli minus. eo ꝙ magis erant
asueti videre miracula. ꝛ magꝭ certi d̄ po-
testate diuina Mirati sunt inquā ad inui
cē dicentes. Qualis est hic. i. q̄ magnꝰ et
potens. q. d. Moyses virgam tenebat et
orabat vt mare diuideretur. Hic aūt pre-
cipit ꝛ obedit ei nō tm̄ intellectuali obedi
entia. sed sicut materia obedit artifici. dū ī
illa volūtas fit artificis. Legitꝰ mare xp̄o
obediuisse. Primo q2 ad eius imperiū qe-
uit vt h̄. Scđo q2 se ei calcabile ꝓbuit. vt
Math. xiiij. q2 pisciū copiā3 dedit vt Lu
ce. v. vbi ad imperiū christi discipuli cōp-
henderūt multitudinē pisciū copiosā. In
quo cōfunditꝰ inobedientia hoim qui soli
deo obedire cōtemnūt. Prouer. i. Uoca-
ui ꝛ renuistis. E Hic occurrunt tria
dubia. Primū est de dormitōne xp̄i. que ē
defectus humane nature. occasiōe cuius
queritur vtrū xp̄s debuit assumere huma
nā naturā cū hmōi defectib9 ꝛ infirmitati
bus. Scđm ē de fidei magnitudine. vtꝝ ī
vno possit esse maior fides ꝛ in alio minor

ex quo hic dr̄. Modice fidei q̄d timetis.
Tertiū dubiū ē. vtrū de xp̄o possit queri.
q̄s qualis q̄ntꝰ. sicut hic hoīes dixerunt.
Ad primū dubiū dicendū est ꝑm Tho. su
per. iij. sniarū dis. xv. ꝙ sic. cuius rō est. q2
quicq̄d deus ī nobis fecit assumere debu-
it. vt sic ea que dei sunt transfunderet ī no
bis. In nobis aūt deus fecit q̄sdam defe-
ctus naturales. sicut famē et sitiz. aliquos
penales. sicut mortē ꝛ infirmitatē. ꝛ iō om
nes tales defectus debuit assumere. vt ea
in se deo offerret et nobis deum placaret.
Nō aūt debuit assumere defectꝰ peccabi-
les. q2 tales nos a deo deordināt. Nec de
buit assumere defectus q̄ nō sequuntꝰ totā
naturā. sed ex particularib9 causis eueni-
unt. sicut lepra febris ꝛ alia. Silr̄ non de-
buit assumere defectꝰ q̄ importāt defectū
grē. vt ignorantia ꝛ difficultas ad bonuz
Et sic patet ad ꝑmuz quare xp̄s dormire
voluit. Ad scđm de fidei magnitudine
vel modicitate. Rn̄. ꝑm Tho. scđa scđe. q.
v. ar. iiij. Q2 fides pōt dici ī aliquo maior
Uno mō ex pte intellectꝰ pter maiorem
certitudinē ꝛ firmitatē. Alio mō ex parte
voluntatis ppter maiorē promptitudinē
seu deuotionē vel confidentiā. Unde cha
nanea cōmēdatꝰ Math. xv. O mulier ma
gna est fides tua. Et petro dictū ē Mat.
xiiij. Modice fidei quare dubitasti. Mo
dica em̄ fuit fides petri. quia timuit mer-
gi. Sic modica fuit fides istorū discipu-
lorum. quia et si crediderunt christuz pos-
se sedare tempestatem. tamen excitauerūt
eum non credentes ꝙ dormiēdo hoc pos
sit facere. ꝛ propter minorem confidentiā
dicitur modica fides. Ad tertiū dicen-
dum ꝙ omnes tres questiones. scilicet q̄s
qualis. quantus veraciter possunt queri
de christo. Ratō. quia in scripturis habēt
veras responsiones. Quis enim querit d̄
persona Luce quinto capit. Quis est hic
q̄ dimittit peccata. Et potest ad hoc dari
triplex responsio ad designationez sue po
tentie. Johannis ꝑmo. Hic est qui bapti
zat in spiritusancto. Alia in designatione
sapie Baruth. iij. Hic est deus noster. ꝛ n̄
estimabitur alius aduersus eum. Tertia
in designatione sue clementie. i. Johā. v.
Hic est qui venit per aquam et sangui-
nem. Et ita hic est potens ꝛ sapiens et cle
mens. Qualis querit de conditōe. vt hic

Et pōt dari iterũ triplex rñsio. Prio q ipse est speciosus Canti. Qualis est dilect⁹ meus. ⁊ sequit. Rubicundus et pulcher. Scđo ipe est gl'iosus. Heb. vij. Talis decebat vt nob̄ esset pontifex sct̃us. Tertio ipe est virtuosus. i. Cor. xv. Qualis ē celestis. tales sūt celestes. Quantus q̄rit ꝺ magnitudine Heb. xij. Intuemini q̄ntus sit iste. Et est triplex rñsio. Primo q est altior oībus sublimitate. ps. Excelsus super oēs gentes dñs. Latior oībus imensitate ps. Dñabitur a mari vsq ad mare. Longior oībus eternitate. Exo. xv. Dñs regnabit ineternũ et vltra. Ad quod regnum nos perducat ⁊c.

Dñica tertia. II. Sermo. XXVI.

Ascendente iesu

in naviculã secuti sũt eũ discipuli eius. Et ecce mot⁹ magnus factus ē in mari. Math. viij. Sicut ait magnus pr̄ Aug. x. li. cõfessionũ. Nemo securus debet esse in vita ista q̄ tota temptatō noiat. vt q̄ fieri potuit ex deteriori melior ne fiat ex meliori deterior. Hec ille. Vult dicere Aug. q vita pñs adeo est instabilis ⁊ vaga vt in oibus actionib⁹ hũanis nihil restet nisi timor ⁊ pauor. Qđ ostendēs idē Aug. in li. de pctōꝝ meritis ⁊ remissione: sic declarat. Jam inq̄t quisq nostrũ bonũ op⁹ suscipe. i. agere ⁊ implere nũc scit: nũc nescit. nũc delectat. nũc nō delectat. nunc nouit non sue esse facultat; sed diuini muneris esse. vel q scit vel q delectat. nunc n̄ nouit oia p̄dicta. Hec ille. Et certe ita est q nō est securitas in oibus. sed cõtinua instabilitas. nedũ in mũdo sed etiã in celo ⁊ in paradiso. Nã vt dicit Bern̄. in q̄dã sermone. In celo cecidit angelus sub pñtia diuinitatis. in paradiso adam de loco voluptatis. in mũdo iudas de scola saluatoris. Si g̊ in celo vel in paradiso n̄ fuit securitas mlto min⁹ i mũdo. Ex q̄ ifert Aug⁹ in ep'la ad dioscoꝝ. q in mũdo isto nō timere nō dolere nō laborare nō periclitari impossibile ē. Istud bene figuratũ est i euãgelio pñti. Ubi xp̄o ascēdente in naviculam cũ discipulis suis fact⁹ est mot⁹ magnus i mari vt dicũt v̄ba nr̄i thematis. In q̄bus verbis ꝑpositis de trib⁹ fit mētio notabilis. Primo de xp̄o. Scđo de discipulis eius. Tertio de mari. Scđm hoc tria hic tangunt. Prio em̄ describit xp̄i hũilitas. in eo q ascendit i naviculã. Scđo describit discipl'oꝝ pietas quã habuerũt ad xp̄m. in eo q secuti sunt eũ discipuli eius. Tertio describit vite pñtis instabilitas. i eo q motus magn⁹ factus est in mari. A

Dixi primo

q in verbis ꝓpositis describitur humilitas xp̄i. eo q ascēdit in naviculã. Certe magne hũilitat; signũ in xp̄o q̄ cũ posset vt de⁹ ambulare s̄p sicco vestigio sup aquas. eo q ipe est q̄ ambulat sup pennas vētoꝝ. Tñ vt hō fragilis apparere volens ascendit in naviculã. Nō tñ sine occulta causa ⁊ mysterio nr̄e salutis speciali. Per h̄ em̄ significare vult q̄ntũ nobis i vita pñti pnia sit necessaria. Si em̄ ipe dñs oim̄ qui sine peccato venerat illud qđ pro pctō institutũ est subire dignat⁹ est. Quãto magis nos peccatis obnoxij debemus libenter assumere statũ pnie. sine q̄ ad patriã ꝑuenire nō possumus. Nauicula igit ista significat crucē quã xp̄s in passiōe sua ascendit. Et certe si cõsiderem⁹ totã vitã xp̄i nihil aliud inueniem⁹ eã: nisi naviculã. sed tñ in passiōe euidenti⁹ dr̄ ascendisse istam naviculã. q2 corã toto mundo pass⁹ est. De ista naui exponit istđ Sapie. xiiij. Exiguo ligno credũt hoies aĩas suas trãseuntes mare per ratē liberati sunt. Pro quo sciendũ q crux xp̄i multa noia habet ꝓpter multas cõmoditates nobis ex eã ꝓuenientes. Naz vt dicit Holgot sup libꝝ Sap. ca. xiiij. Prio dr̄ scala per quã christus ascendit. Unde figurat p̄ scalã quam vidit Jacob cui⁹ cacumen tangebat celũ ⁊ angelos ascēdentes ⁊ descēdētes ⁊ dñm inixũ scale Geñ. xxviij. Sup hãc ergo scalam ⁊ nos oportet ascendere si volum⁹ ad veram gloriã ꝑuenire. Juxta illđ Gal. vi. Mihi aũt absit gloriari: nisi in cruce dñi nr̄i ihesu xp̄i. O q̄ fatuus esset q̄ ad altitudinem turris sine scale suffragio vellet ascendere. Sic qui altitudinem celestem sine penitentie remedio vult adipisci. Secundo crux xp̄i dicitur lectus in quo ipse obdormiuit. Quando dominus in meridie declinat se ad dormiendũ in estate. solēt fenestre thalami sui claudi vt quietius dormiat. Isto modo xp̄s q̄n fatigatus de misera vita ista dormire volebat i lectulo crucis. fenestra mũdi. s. sol videbat clausa.

qñ facte sunt tenebre sup͛ vniuersam terrã
a sexta hora vsq͂ ad horã nonã. Vñ in fi-
gura. ij. Paral. xxiiij. dicitur de Joab rege
hierl̃m. Occiderũt eum serui sui in lectulo
suo ⁊ mortuus est. Tũc ĩpletũ est dictum
xp̃i q̃ dudũ añ p̃dixerat dicẽs. Erũt duo
in lecto vno. Unus assumet᷑. alter relinq̃t᷑.
Duo in lecto crucis xp̃i fuerũt. diuinitas
⁊ humanitas. Diuinitas relinquebat᷑ libe
ra. sed humanitas fuit ad penã assumpta.
Et notanter dicitur crux xp̃i lectulus ⁊ ñ
lectus. Nam ita stricta fuit q̃ non habuit
vbi caput reclinaret nec vbi genua collo-
caret. Unde figuraliter põt de hoc expo-
ni illud Geñ. l. qđ de Jacob legit᷑. Finitis
inquit mandatis q̃bus filios instruebat.
collegit pedes suos in lectulo. ⁊ mortu⁹ ẽ.
Sic q̃libet xp̃ianus volens decedere de
hac vita. p̃uidere deb3 vt nõ moriat᷑ extra
lectulũ pn̄ie. in quo lectulo debet semp̱ q̃e
scere. i. q̃etã vitã ducere ⁊ a tumultib⁹ secu
li sequestratã. Alias nõ certe bene agit᷑ pe
nitentia. si nõdũ mens a curis seculi ẽ seq̃-
strata. Hinc ẽ qđ Berñ. sup̱ Canti. s̃mõe
xlvij. tractãs illud spõse. Lectulus nr̃ flo-
ridus dicit. In eccl̃ia dei lectulus in quo
quiescit᷑. claustra existimo esse et monaste-
ria. in q̃bus quiete viuit᷑ a curis seculi ⁊ sol
licitudinib⁹ vite. Sed attẽde q̃ audis. q2
cum audis pn̄iam dici lectulũ. audis pa-
riter eũ ⁊ floridũ noĩari. ad significandum
q2 penitenti nõ sufficit dimittere qđ malũ
est. nisi etiã bonorum oper̃ ⁊ virtutũ flori
bus redoleat. Ex quo patet q̃ pn̄ia illoꝝ
qui solũ mala dimiserũt. nõ tñ in bonis o-
perib⁹ se exercent. est inutilis lectulus. nõ
vtiq͂ floridus sed marcidus ⁊ arid⁹. in q̃
xp̃s sponsus aĩe d̾dignat᷑ quiescere ex q̃ so
lum in florido consueuit pausare. S3 q̃d
dicam. Certe sunt alij deteriores p̃dictis
qui nõ solũ habent lectulũ aridũ sed insu-
per pungitiuũ. sc3 vrticis vepribus ⁊ tri-
bulis stratũ. Et sunt illi qui licet peccata
deseruerunt. tamen nõ ad sup̱ioris volun
tatem ⁊ obedientiã. sed ad ꝓpriam viuũt.
arbitrantes solũ bonu3 quod p̱ eos fuerit
excogitatũ. factũ aut inuentũ. Malus le-
ctulus inobediẽtie in q̃ xp̃s dedignat᷑ q̃es-
cere. q̃ tante obediẽtie fuit vt mori eligeret
q̃3 nõ obediret deo patri. vt dic̃ Berñ. su-
per canti. sermone q̃ supra. Sed si adhuc
oculũ mẽtis ad alios cõuertam⁹. Certe i-
ueniemus p̃missis deteriores q̃ nõ solũ le
ctulũ habent aridu3 ⁊ vrticis pungitiuis
constratũ. sed insup̱ ⁊ fedũ habent ⁊ putri
dum seu fetidũ. Ut sũt illi q̃ post confessio
nẽ ad silia vel deteriora cõuertunt᷑ vicia. q̃
bus non solũ ꝓpriam cõscientiã, sed ⁊ cete
rorũ turbant societatẽ ⁊ cõmunitatẽ. Isto-
rũ lectulus fetidus est ⁊ abominabilis d̾o
eo q̃ q̃cq̃d tales faciũt odit deus Juxta il
lud. Cum extenderitis manus vestras a-
uertã oculos meos. ⁊ cũ multiplicaueriti3
or̃onem nõ exaudiã. O pudeat regẽ glo-
rie ad talẽ lectulũ inuitare. Quisq͂s g̊ vult
vere penitere. Primo necesse est vt malis
dimissis nõ ocio torpeat sed virtutib⁹ insi
stat. p̃uidendo insuper vt non in se solum.
sed etiam in alijs per exemplũ bonũ glori
ficetur xp̃s. Juxta illud Math. v. Sic lu-
ceat lux vestra corã hoibus. Tertio crux
xp̃i dr̃ nauicula q̃ xp̃s p̱ mare h⁹ seculi na
uigauit ⁊ p̱uenit in ciuitatẽ suã. Pro q̊ sci-
endũ qđ in paruis aq̃s opat᷑ pons. h̾ idem
in magnis facit nauis. ⁊ ita homines vno
vtunt᷑ p̱ reliquo. Hinc est q̃ xp̃i crux ⁊ vi-
ta sua penalis dr̃ nũc nauicula. nũc aute3
pons. Nauicula dr̃ ꝓpter strictitudinẽ p̱n-
cipij ⁊ finis ⁊ latitudinẽ medij. Sicut em̃
xp̃i crux erat disposita q̃ in capite erat stri
cta ⁊ ĩ pedib⁹. sed ĩ medio ad duo brachia
erat lata. Sic ⁊ stat⁹ pn̄ie videt᷑ esse dispo
situs. Nã ĩ p̱ncipio cõuersiõis vident᷑ pe-
nitenti grauia p̄cepta. Juxta illud Johã.
vi. Dur⁹ ẽ hic s̃mo. Silr̃ in fine pn̄ie ma-
xima strictitas ꝓpt̾ g̃uẽ ⁊ strictã de oĩb⁹ rõ
nẽ. De q̃b⁹ maxie timere deb3 penitens ne
p̱ aliq̃ obmisisset satisfacere. Videt᷑ etiã pe
nitenti difficil̃ pn̄ie finis. q2 desperat d̾ vi
rib⁹ suis. timẽs non posse in pn̄ia p̱durare
vsq͂ ĩ finẽ. S3 aduertere deberet q2 si tot
annis potuit g̃uissimũ iugũ diaboli suffer
re. multo magis cũ auxilio dei poterit iu-
gũ ei⁹ ferre. Cũ dicat saluator Math. xi.
Jugũ em̃ meũ suaue ẽ ⁊ on⁹ meũ leue. Ue-
rũtñ stat⁹ pn̄ie in medio ẽ lat⁹ ⁊ diffusus.
Postq͂3 em̃ hõ cepit bonũ opus statim ca-
ritas paulatim diffũdit᷑ ĩ corde suo p̱ spm̃
sctm̃. vt dr̃ Roñ. v. Que oĩa g̃uia leuigat
⁊ dura alleuiat ⁊ emollit. Vñ apl̃s d̾ se di-
cebat. Omnia possum in eo qui me cõfor-
tat. Dicitur etiam crux christi pons ꝓpter
eundẽ vsum. vt dictũ est. ⁊ significat etia3
statũ pn̄ie quo p̱uenitur ad portũ salutis.

Et q2 vt dictuz ē qd opatur nauis in aqs magnis. h pons in paruis. ad significadū ꝙ penitentia ē remediū tā cōtra pctā mag ꝛ mortalia ꝙ̄ etiā cōtra parua ꝛ venialia. Est tñ notabile: q2 sicut dicit Robertus holgot sup librū Sap. ca. xiiij. Pons penitentie nō est sicut ceteri pōtes. fixus ꝛ imobilis. sed ē pons q̄ itur de die ꝛ attrahit de nocte. ita vt q̄ voluerit sup illū ponte trāsire oportet ꝙ veniāt de die. Dies ē vita nr̄a Juxta illud. Ecce nūc dies salutis. Mors ē nox i q̄ nihil opari poterim⁹ Juxta illud. Venit nox in qua nemo opari pōt. Tūc ergo pons iste eleuabit a nob: vt vltra p eum trāsire nō possim⁹. q2 tunc oia satisfactoria cessabūt. ꝛ sola iusticia exercebit opus suū Math. xxv. Amen dico vobis. nescio vos. Et ꝑmittit. clausa ē ianua. qd est dicere. eleuatus est pons misericordie. et sola iusticia iam q̄escit in cubili suo. Dum g̃ temp⁹ habemus. ascēdam⁹ naiculā cū xp̄o. ne supueniente tēpestate maris submergamur. q̄ eñ ñ fuerit i archa noe ꝑibit regnāte diluuio. vt dr̄ Gen. vij. Qui nō inuent⁹ erit in statu pnīe. in morte submergetur in penis inferni. Tūc eniz intrabunt aque vsq3 ad aiam. In ps. Intrauerūt aque vsq3 ad aiam meam. B

Dixi secundo ꝙ in verbis ꝑmissis describitur aplōꝝ pietas quā habuerunt ad xp̄m. in eo ꝙ dicit. Secuti sūt euz. Mira caritas aplōꝝ. Nā cū scirēt grauia eē picula maris. xp̄m aūt nōdū vidissent imperare mari. nihilomin⁹ p̄ntia sui carere nō valētes etiā simul cū eo ascēderūt nauiculaz cōmittētes se discrimini maris. p desiderio amoris xp̄i. Et istud ē ꝑfectū signū caritatis xp̄i in hoīe qñ nō solū in ꝓsperis: s3 etiā in aduersis adheret xp̄o nō solū in amenitate terrenoꝝ sed etiā in amaritudīe tribulationū. Unde Aug. super illud ps. Ad annunciandū mane misericordiā tuā ꝛ veritatē tuā p noctē. dicit illos vere laudare ꝛ diligere deū q̄ nō solū p die ꝓsperitatis sed etiā p nocte aduersitatis laudāt deū. Exemplo eñ discipuloꝝ ꝛ nos sequi debemus xp̄m in oībꝫ. maxime autez in q̄ttuor virtutibꝫ que fuerunt in istis discipulis in q̄bus xp̄m imitati sunt Primo in mansuetudine ꝛ hūilitate. Jpis eñ dictū est Math. xi. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde. Scdo in humilitate ad deū. Tertio in cōtēptu terrenoꝝ. Jpi eniz sunt q̄ relictis oibus secuti sunt christum. Math. iiij. ꝛ Lu. v. Quarto in feruēti dilectiōe. Jpi eñ tantū feruebāt in dilectōe xp̄i ꝙ parati erāt in mortē ꝛ in carcerē ire. Luce. xxij. Quisq̄s g̃ vult esse discipulus xp̄i ꝛ eū vult sequi. necesse est ꝑmo aū oia vt sit mansuet⁹ q̄ ad ꝓximū vt cū eo habeat pacē ꝛ cōcordiā in terra. si vult hr̄e prez et hereditatē secū in celo. Talis eñ fuit ille q̄ dicebat. Cū his q̄ oderūt pacē erā pacificus. Sed, pchdolor nobis nō sufficit nō eē pacificos cū nō pacificis. sed etiā ipsos pacificos ꝑturbam⁹. inuicē irridētes i uicē ꝓuocātes. Qd etiā ex vicio suꝑbie et elationis nō dubitat ꝓcedere. Juxta illd Prouer. xiij. Inter superbos semp iurgia sunt. Maximū signū ꝙ hō est adhuc crudus ꝛ carnalis. qñ est iniuriaꝝ īpatiens. Unde. i. Coꝛ. iij. Cū sit inter vos zelus ꝛ cōtentio. nōne adhuc carnales estis. vnd Jaco. iij. Qr si zelū habetis ꝛ cōtētiōes sc in cordibꝫ vr̄is nolite gl'iari mēdaces esse aduersus veritatē. Nō ē eñ ista sapīa desursū sed terrena aialis ꝛ diabolica. Ubi eñ zelus ꝛ cōtētio ibi in cōstātia ꝛ oē op⁹ prauū. Hec ille. Uides q̄nta mala opat īpatiā q̄ hoiem facit esse discipulū diaboli ꝛ ad omne opus malū aptū ꝛ paratū. Est tñ valde mirabile ꝙ hō cōtra ꝓximū suuz dure se habeat. cū naturaliter sit ad mansuetudinē iclinat⁹. sicut oñdit tota sua exterior dispositio. Nam vt dic Crisˀ. super Math. viij. c. Nō ē creatus cū cornibꝫ vt ceru⁹ tigris aut centaur⁹. vt cornibꝫ vētilet aliū. nec cuz pede ꝛ calce dura ꝛ acuta vt equ⁹ vt calcitret in aliū. nec cū dēte feroci. vt lupus canis ꝛ leo vt mordeat aliū nec cū rostro acuto aut vngula curua ꝛ forti vt rapiat aut cōpmat aliū vt falco herodius accipiter aut aquila. sed creat⁹ est cū oībus membris valde cōpetentibus et mansuetis. vt in oībus māsuete se haberet erga ꝓximū. Ex quo infero ꝙ homo rixosus est potius bestia ꝙ̄ homo. Unde in ps. Comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Ecce turpitudo rixosi. Nec solum est similis bestie sil uestri. sed vt dictū est similis est diabolo ꝛ est diabolus incarnat⁹. Juxta illud quod de diabolo scriptū est Math. xiij. Iniqu⁹

hō sup̄seminauit zizania tritico: Et Pro-
uer. vi. dicit̄. Homo apostata vir inutilis.
et sequit̄. In omni tp̄e iurgia seminat. Qd̄
tractans Grego. in pastorali parte. iij. dic̄.
Q2 si filij dei sunt qui pacē faciunt. procul
dubio sathane filij sunt qui pacē cōfundūt
Hec ille. Scdo volens seq̄ xp̄m cum disci
pulis debet habere humilitatē q̄ ad deum
Tunc aūt est vera humilitas. qn̄ homo ex
ꝓpria cognitōne sibijp̄i vilescit. ꝛ oia bona
soli deo attribuit ꝛ sibi mala. Unde dicit
Bern̄. sup Canti s̄mone. xliij. Q2 cum ho-
mo sine dissimulatiōe ꝛ palpatione inspic̄
semetip̄um intus ad lumen veritatis. sine
dubio oportet humiliari ꝛ ī oculis suis vi
lior reputari ex vera cognitōe sui. Et istuz
vocat p̄muz gradū humilitatis. Si vero
homo non solum apud se. sed etiā in oclis
alioꝝ quantū in se est vult reputari vilis. ꝛ
tunc habet perfectiorem gradum humili-
tatis Sed di. dn̄e hoc est graue ꝙ hō re
putari velit apud homines inglorius ꝛ vi
lis. Nā ad hoc oportebit euz om̄es ꝓprios
defectus exponere hominib9. Qd̄ ꝓhibet
Criso. dicens. Nō dico tibi vt te prodas ī
publicū. Respōdeo ꝙ hoc nō p̄cipit̄ homi
ni vt vilem se habeat seu faciat apud ho-
mines. sed dico ꝙ hoc sufficit si solum quā
tum in ip̄o est velit reputari. ꝛ dico quātuz
in ip̄o est. Quia vt dicit Bern̄. Plerūq3 nō
expedit innotescere omnibus om̄ia q̄ nos
scimus d̄ nobis. Cū etiā hoc ꝓhibetur ne
hō notificet mala sua q̄ notificata nocere
possent ea scienti vl' noscēti. Et ideo dic̄ qn
tum in ip̄o est. Tertio volens seq̄ xp̄m cum
discipl'is debet hr̄e ꝯtemptū terrenorum.
Sicut em̄ ꝛ apl'i om̄ia ꝓ christo cōtempse
runt. sic ꝛ xp̄ianus q̄libet facere debet. Un̄
ap'lus dicit de se. Om̄ia arbitratus sum vt
stercora vt xp̄m lucrifaciā. Sed di. hoc
est valde graue. Respondeo certe ꝙ non.
Nō em̄ p̄cipit̄ relinq̄re om̄ia s3 ꝯsulit̄ preci
pit̄ tn̄ ꝯtemnere om̄ia sub pena damnatio-
nis. Un̄ d2 in ps̄. Diuitie si affluant nolite
cor apponere. Non dicit. Nolite possidere
diuitias. sed amare. ꝓhibet̄ ergo affect9 nō
census. Un̄ saluator caute ꝓponit v̄ba sua
Si quis inquit venit ad me. s. ꝑ fidez ꝛ nō
odit patrē suū ꝛ matrē ꝛ vxorē ꝛ filios fra-
tres ꝛ sorores adhuc aūt ꝛ animā suā non
potest meus esse discipulus. Lu. xiiij. Ubi
dicit Nicolaus de Lyra. Q2 hic odiū ac-
cipitur large inq̄ntū ꝑturbatio parentum
vel amicoꝝ nō dimittit ꝑuenire ad fidem
sicut p3 de sancto Crisanto ꝛ alijs. vel de
seculo ad religionē. Adhuc aūt ꝛ aīam suā
id est vitā corꝑalem eā ꝯtemnēdo ꝓpter de
um. paratus vitā suā exponere ꝓ fide casu
necessitatis occurrente. Et hic sciendū ꝙ
discipulatus xp̄i s̄m Lyrā supra p3 intelli
gi dupliciter. Uno mō generaliter s̄m sta-
tum communē fideliū. sed ad h̄ suffic̄ fides
cū obseruatione mandatoꝝ. Alio mō cum
h̄ ꝑ obseruatiōe3 ꝯsilioꝝ. Hec Lyra. Non
ergo hic dn̄s ꝓhibet possessionē terrenorū
q̄ s̄m Ambro. sup Lucā sunt adiuuamēta
virtutis. s3 ꝓhibet sollicitudinē nimiam et
excessiuā circa ea. Math. vi. Nolite sollici
ti esse dicentes quid manducem9 aut quid
bibemus ꝛc̄. Sufficit em̄ cuilibet xp̄iano
contemptus terrenoꝝ in affectu vt ea non
diligat. vt in eis spem nō ponat. vt de eis
elemosynā faciat. vt ea in honorem dei ꝛ ꝓ
ximi vtilitatem ꝛ suā exponat. Quarto vo
lens sequi xp̄m cum discipulis istis debet
habere feruentē dilectionē Sicut em̄ supe
rius dictum est. Ip̄i apl'i xp̄m ardētissime
dilexerunt. ꝛ ideo ip̄i s̄m doctores compa
rant̄ ordini seraphin. q̄ semꝑ in dei amore
ardent. Ex quo etiam credit̄ ꝙ ad illū or-
dinē sup̄me hierarchie sup̄mū sunt recepti
Qd̄ xp̄s ostendēs exp̄sse dixit Johan. xiij.
In hoc inquit cognoscent oēs ꝙ mei estis
discipuli si dilectōnē habueritis adinuicē
Sed in hac dilectione sunt gradus. iuxta
illud Cant. ij. Ordinauit in me caritatem
vt dicit Augu. in li. de doctrina xp̄iana. ꝙ
primus gradus diligendi est diligere de-
um. Secundo animam propriam. Tertio
animam proximi. Quarto corpus ꝓprium
Quinto corpus proximi. Christus tamen
tacet de se hic. tm̄ dicit de dilectiōe nr̄a ad
inuicē. Licet em̄ vt dicit Bern̄. sup Cant.
sermone. li. In bene affecta mente dilectio
ni hominis dilectio dei prefertur. tamen ī
bene ordinata actōne sepe etiā aut semper
ordo oppositus inuenitur. Nam ꝛ circa ꝓ-
ximi curā et plus vrgemur ꝛ pluries occu
pamur. ꝛ infirmiorib9 fratrib9 diligentiori
sedulitate assistimus. ꝛ paci terre magis q̄3
celi gl'ie hūanitatis iure ꝛ ip̄a necessitudine
intēdim9. In his tn̄ om̄ib9 hō semꝑ tendit
ad dilectione3 dei. Et ideo bene apostol9
dixit. Quia qui diligit proximū legem im

pleuit.i.diligendo p̄ximū dīligit ꝛ deū. qꝛ
alteꝝ sine alt'o stare n̄ p̄t. vt dic̄ Aug. ¶

Dixi tertio ꝙ in verbis p̄missis describit̄ p̄sentis
vite instabilitas. cū dicit̄. Ecce motus ma
gnus factus est in mari. Bene autē ꝛ cōue
nienter mūd' iste dr̄ mare. Sicut em̄ mare
raro quiescit. sed in ꝯtinuo motu est. sic ho
mines in hac vita nūc sani nūc infirmi. ho
die viuim' cras morimur. ꝛ sic hō nunq̄ʒ i
eodē statu ꝑmanet. Et ideo dicit Seneca
Momento mare euertit̄. ꝛ vbi mō luserūt
nauigia. ibi statim absorbent̄. Itē sicut ma
re mortuos eijcit. sic mūdus istos qui sibi
mortui sunt vt viri contemplatiui. De qui
bus ap̄lus dicit. Mortui estis mūdo. Co
loſ. Itē in mari pisces magni deuorāt mi
nores. sic in mūdo potentes opprimunt mi
nores. Ps̄. Deuorāt plebē meā sicut escam
panis Ecc̄i. xiij. Pascua sunt diuitū pau
peres. Itē mare habet arenā. que sterilis ꝛ
grauis est. sic finis mūdi huius est infructu
ositas. Rom̄. vi. Stipendia peccati mors
Itē sicut in mari nō est locus māsionis: sic
in mūdo. Heb. xiij. Nō habemus hic ma
nentē ciuitatē. ſʒ futuram inquirim'. Iteʒ
sicut in mari parua nauis nō valet. sic ho
mo paruus in ꝟtute resistendi temptatio
nibus nō valet in mūdo morari. Iō tali
bus ꝯsulit̄ intrare claustrū ꝛ fugere mūdū
Ouidius ep̄la. xiij. Nō ideo debet pelago
credere si qua. Audet i exigua ludere cim
ba sola. Istud mare oportet ecclesiā transi
re velit nolit anteq̄ʒ ꝑueniat ad portū terre
ꝑmissionis. scʒ terre viuentiū. De quo ma
ri plura dicunt̄ i ps̄. ciij. hoc mare magnuʒ
et spaciosuʒ manib;. illic reptilia quoꝝ nō
est numerus. Draco iste quē formasti ad il
ludendū ei. oīa a te expectant. vt des il
lis escam in t̄pe. Prio ergo dicit ꝙ h̄ mare.
scʒ p̄ntꝫ seculi est magnū ꝛ spaciosum mani
bus. i. opibus exercēdis tā bonis q̄ʒ malis
Et Innocen. exponit. i. difficile oꝑatōib;
Scd̄o dicit ꝙ in eo sunt reptilia quoꝝ nō
est numer'. i. hoīes mali ꝛ sp̄ūales neq̄cie ꝛ
temptatōes diabolice ꝛ ipsi demones. Ec
clesiastici. xi. Multe sūt insidie dolosi. Ter
tio dic̄. ꝙ in isto mari sunt aīalia pusilla.
id est falsi fratres ꝛ heretici. q̄ non apte no
cent cū magnis. i. cū potentib; ꝛ heresiar
chis. ꝛ t̄n illic naues. i. singule ecclesie per
transibunt ad gl'iam ꝛ req̄em per guberna

torē xp̄m q̄ eas gubernaculo' crucis ducit̄.
De quo Sap̄. xiiij. dicit̄. Bn̄dictū ligmuʒ
ꝑ qd̄ fit iusticia Quarto dicit ꝙ illic est dra
co iste facinorosus. i. lucifer. siue sit hic ꝑse
siue per ministros. quē formasti s̄m substanti
am. nō s̄m viciū sup̄bie ad illudendū ei. scʒ
vt ei illuderet̄ a bonis angel' ꝛ a bonis ho
minibus. ꝛ xp̄s p̄cipue illusit ei Job. xl. ca.
Illudet ei quasi aui. Sicut em̄ illudit̄ aui
que dū vult cap̄e escā capit̄ laqueo vel ha
mo. sic diabolo illusit xp̄s. p̄tendit ei escaʒ
humanitatꝫ. sub qua abscōdit ferrū diuinita
tis. ꝛ dū voluit deuorare humanitatē. ca
ptus est potētia diuinitatꝫ. Ad litterā tamē
dic̄ Innocen. Q: in mari draco maximū ē
aīal qd̄ in mari habitat. ꝛ licet sit magnū
et forte. t̄n de facili ei illudit̄ cū gallina as
sata quā ponūt i partica ꝛ ip̄e insequit̄ gal
linā. ꝛ ipi insiliūt supra dorsum eius. et sic
capiunt eū. Sic factū est diabolo cui ostē
sa est caro xp̄i. quam dū capere voluisset ca
ptus est. Isa. xxxiij. Ve qui predaris. nōne
et ip̄e p̄daberis. Inter cetera t̄n q̄ de mari
referunt̄ est hic vnum in verbis thematis.
Quia motus magn' factus est in eo. Et re
uera in vita p̄nti ꝛ in mūdo isto magn' mo
tus est. qꝛ cōtinua instabilitas ꝛ mutabili
tas in oībus. Unde poeta Ouidi' tristi
um li. v. ep̄la. ix. Passibus ambiguis fortu
na volubilis errat. Et manet in nullo cer
ta tenax ve loco. Sed modo leta mā et mo
do vultus sumit acerbos. Et q̄s nō videt
semꝑ esse mutabilitatē tā in natura. vt i cre
aturis q̄ʒ in fortuna. vt in bonis t̄palib;. tā
in culpa vt in peccatorib;. q̄ʒ in pena vt in
miseris ꝛ dānatis. Semꝑ em̄ creature mu
tant̄ ꝛ mouent̄ iā de iuuētute in seniū. iam
de vita in mortē. Sic ꝛ t̄palia nūc crescūt
nūc decrescūt. Sic ꝛ pctōres nūc dep̄mū
tur ꝑ culpā. nūc eleuant̄ ꝑ grām. Sic mise
ri ꝛ dānati nūc vadūt ad calorē nimiū. nūc
ad aquas niuiū. ꝛ ideo bene mot' magnus
est in h̄ mari Singulariter tamē hoc p̄t di
ci de mūdo s̄m allegoriā in quo magn' est
motus tribulatōis ꝛ p̄secutiōis tyrānorū.
quē solus xp̄us mitigat. qui nisi mitigaret
nullus sustinere posset. Unde dauid in ps̄
lxxxviij. dicit de christo. Tu dominaris
potestati maris. motuʒ aūt fluctuū ei' tu
mitigas. Ubi dicit Innocēti'. Potestas
maris est altitudo seculi cui dominus dn̄a
tur. qꝛ velint nolint p̄ncipes ꝛ tyrāni sub

sunt ei. Sȝ q̄a posset q̄s dicere. Si domi-
nat᷑ dñs potestatibꝯ his. q̄re sustinet ꝙ opp̄
mũt paupes ⁊ sanctos. Ad hoc est respõ-
sio. ꝙ dñs motũ fluctuũ eius. i. tribulatio-
nes ⁊ ꝑsecutiones q̄s sanctis inferunt non
vult auferre penitus. sed ita mitigat eas vt
sustinere possent. ⁊ in eis mereant᷑ scti. Hec
ille. Nõ ergo desperemus fratres. quia ⁊ si
motus insurgunt tribulationũ in h̄ mũdo
a diabolo et eius ministris. tamen fidel' est
deus qui nõ patietur nos temptari supra
id quod possumus. sed faciet cũ temptatio
ne ꝓuentũ. vt possim⁹ sustinere. ꝓ quibꝯ tri
bulationibꝯ finaliter nobis retribuet coro
nã salutis eterne. Qð nobis p̄stare digne᷑
ip̄e dñs per secula bñdictus. Amẽ.

Dñica tertia. III. Sermo. XXVII.

Domine salua nos

perimus Math. viij. Sicut dicit
magn⁹ pater Augu. in li. de diffi-
nitõnibꝯ. Nullũ credimus ad salutem nisi
deo inuitante venire. Nullũ aũt inuitatuȝ
ad salutem nisi deo auxiliante opari. Nul-
lũ insuꝑ nisi orantẽ auxiliuȝ ꝓmereri. Hec
Aug⁹. Et ideo apl'i in discrimie vite consti
tuti ad diuine pietatis p̄sidiũ confugiẽtes
orant supplices. di. Dñe salua nos perimus
O si apl'i a deo vocati electi ⁊ p̄destinati in
tribulationibꝯ ꝯstituti nõ nisi orantes au-
xilium meruerũt. q̄ntũ putam⁹ nos mi᷑os
et indignos tot temptatõibꝯ pressos ⁊ cir-
cũdatos oportere clamare. ⁊ orando impe
trare auxiliũ in tempore oportuno ne pere
amus. Ideo em̄ differtur bonũ ⁊ crebrescũt
mala in mũdo vt orõ feruescat. Dicit glosa
suꝑ ps. lxxxvij. Hinc saluator ait. Oportȝ
semꝑ orare ⁊ nõ deficere. Luce. xviij. cap.
O si orant illi q̇ deum p̄sentẽ habent ⁊ ꝓpi-
quũ. q̄ntũ nos a quibꝯ longe est salus. Di-
camus ergo ⁊ nos. Dñe salua nos perim⁹
In q̇bus verbis tria ponunt᷑. Primo eniȝ
apl'i ꝯfitent᷑ diũe maiestatis potestatẽ. ibi.
Dñe. Scdo inuocant sue bonitatis pieta
tem. ibi. salua nos. Tertio ostendũt tribu-
latiõis sue grauitatẽ. ꝟtutis sue ⁊ resistẽdi
infirmitatem. ⁊ clamoris sui necessitatem.
quia perimus.

Dixi primo

A

ꝙ in verb̄ premis
sis primo confitẽ
tur apl'i diuine maiestatis potestatem. ibi.
Domine. Certe magna potestas cui mare
et venti obediunt. imo om̄ia elementa. Et
qð plus est Om̄ia creata celestia terrestria
et infernalia Philip. ij. Om̄es em̄ creature
digne obediunt ei. Om̄es hoies digne ser
uiunt ei. Omnes angeli digne iubilant ei.
Om̄es demones digne tremũt ei. Sed q̄
niam reprobi nõ attendũt xp̄i dominiũ su
pra se. Ideo necesse est vt ꝯtemplemur q̄le
est istud dominiũ. Probat᷑ aũt eius domi-
niũ a potẽtia summa. a sapiẽtia lucida ⁊ iu
sticia firma. De p̄mo quõ dñium istud pro
bat᷑ a potẽtia summa que attribuit᷑ p̄ri. Pa
tet. Nã potentiã summã dei ꝓbat opeꝝ di
uinoꝝ magnitudo. Nã tam magnũ tã al-
tũ tam immensum est facere aliq̇d de nihi-
lo. vt om̄es philosophi nequaq̄ȝ hoc appre
hendere potuissent. Qui nullo mõ h̄ cõce-
dere voluerũt. vt de nihilo aliq̇d fieri pos-
sit. Nec mirũ cũ nulla potẽtia q̄ntũcunq̄ȝ
magna hoc facere põt ᷑m naturalem ratõ
nem. Vñ si cõuenirent oẽs potẽtie creatu-
raꝝ nõ possent vnã muscã aut vnũ granũ
papaueris creare. Si ergo om̄is mũdana
potentia tã spũalis q̄ȝ corꝑalis non põt ex
nihilo ꝓducere creaturã. Quanta ḡ est illa
potẽtia q̄ȝ immensa q̄ȝ infinita. q̄ de nihilo
fecit tam nobilia tã magna elemẽta tã sub
limia celestia corꝑa tã spũalem creaturam
Scripsit Rabi moyses q̇dam subtil' astro
nomus ⁊ theologus maximus. ꝙ quilibet
circul⁹ planetaꝝ habȝ in grossitudine spa
ciũ q̇ngentoꝝ annoꝝ. i. q̄ntũ homo posset
per viam planã in q̇ngentis annis ĩcedere
ita ꝙ q̄libet die iret ꝑ quattuor miliaria. ⁊
quolibet miliare esset duoꝝ miliũ passuũ.
Et addit ꝙ inter circulũ ⁊ circulũ est simi
liter spaciũ q̇ngentoꝝ annorũ. Et si tanta
magnitudo in q̄libet inferiori circulo q̇ po
stea est in celo stellato. q̇d vlterius ĩ aqueo
q̇d in empireo. Quãta ḡ istius dñi potẽtia
qui tã maxima de nihilo ꝓduxit. Vñ He-
ster. xiij. bene dr. Dñe rex omp̄s in ditione
tua cuncta sunt posita. Et non est q̇ possit
resistere voluntati tue. Tu em̄ fecisti celuȝ
et terrã. ⁊ om̄ia q̄ celi ambitu continentur
Timẽda est ergo ista potẽtia q̄ sicut de ni-
hilo fecit omnia. Ita omnia potest in nihi
lum redigere. Multi sunt reges et princi-
pes qui vellent suis aduersarijs tantum fa
cere ꝙ eos in nihilum redigerent. Sȝ cer-
te exequi non possunt quod intendũt. Nõ
sic iste rex cui paret et obsequitur om̄is cre

atura ad nutum et ad votum. Et ideo ti-
meant peccatores inimici eius in quos cũ
vult potest executõni sentẽtiam suã demã-
dare. Etiã si ad nihilũ velit eos conterere
Juxta illud Ps. Ad nihiluz deductus est
in conspectu eius malignus. Exponit In
nocen. i. diabolus. O si sic potens est i dia
bolum regem omniũ maloꝝ. quãto magis
cõtra subditos eius. Scdo ꝓbatur domi-
nium xpi a sapiẽtia lucida. Sicut em̃ potẽ
tia eius ꝓbatur a magnitudĩe creature. ita
sapientia eius a multitudine. Quis em̃ suf
ficiẽter exp̃mat diuersitates terrarum. ge-
nera arboꝝ ꝛ herbaꝝ. genera fructuũ ꝛ gra
norum. genera colorum. genera cantilena-
rum. genera odoꝝ et florum. genera carni-
um. piscium ꝛ saporuz. genera lapidum et
omniũ metalloꝝ. genera aĩaliũ. stellaꝝ. et
mltitudinẽ angeloꝝ. Quis sufficient' exp-
mat. q̃z sit admirabilis in homib; tanta di
uersitates facierũ. Quis igit' digne dicere
põt q̃z sit mirabilis ista scia que sciuit disti
guere tã diuersa. Uñ ꝓpha cũ dixisset. Qui
numerat multitudinẽ stellaꝝ. ꝛ om̃ibus eis
noĩa vocans. Statim adiũgit. Magnus
dñs nr̃ ꝛ magna virtus eius. ꝛ sapie ei⁹ nõ
est numerus. Et. i. Reg. ij. dr. Deus sciarũ
dñs est. O admirabil' deus q̃ sic om̃ia sapi-
enter disposuit. sic ꝑspicacit' intuet' vniuer-
sa. vt nõ sit q̃ se abscondat a scientia ꝛ noti
cia eius. Uñ ad Heb. iiij. dr. Om̃ia nuda
et apta sunt oculis eius. Timenda est hec
sapiẽtia illis qui abdita ꝛ occulta loca ad
peccandũ q̃runt. q̃ ꝛ si hominib; abscondũ
tur. deũ tñ latere nõ p̃nt. Jpe em̃ est q̃ scru-
tat' corda ꝛ renes hoim. Tertio dominiuz
xpi ꝓbatur a iusticia firma. Et hoc probat
opeꝝ eius rectitudo. Adeo em̃ rect⁹ est iste
iudex nr̃. vt nullis verbis. nullis blandim̃
tis. nullis donis oblatis. nullis aduenien
tib; aduocatis a iusticia flecti possit. Hoc
patuit p̃mo dũ angel' meliorib; ꝛ nobiliori-
bus nec ad horã pepꝑcit. sed mox eos a suo
cõsorcio reiecit. ꝛ penis et'nis reseruauit. Jt
idẽ apparuit in p̃mo hoĩe. quẽ de ꝑadiso ex
pulit. ꝛ posteritatez suã miserijs exposuit.
Nulli⁹ g̃ veret' potẽtiã. nlli⁹ formidat iusti
ciã. sic oẽs ꝑcutit. sic exigit ipoꝝ culpa. vñ
ps. dic. Just⁹ es dñe ꝛ re. iu. tu. Sicq; ptz
dñiuz dñi isti⁹. cui merito dicũt apl'i. Dñe.

Dixi secũdo q' in ꝟbis p̃mis-
sis tangit' quõ apl'i inuocãt bonitatz xpi pie
tatẽ. cũ dicũt. Salua nos. Duo dicunt. sa
lutis auctoritatẽ. salua. salutz ꝯgruitatem
nos. De p̃mo videndũ quõ ordinat' salus
nr̃a a deo. Pro q̃ sciendũ q' ad salutẽ nr̃az
sic ꝛ ad cuiuslibet alteri⁹ rei naturalis cõ
positionẽ ꝯcurrũt q̃ttuor cause. scz efficiẽs
formal'. materialis. ꝛ final'. s̃m Horram sup
ep'lam i. Thimo. ij. Sicut em̃ ad picturaz
concurrit pictor efficiens. forma color. ma
teria paries. finis spes vel merces. Jta ad
saluationẽ nr̃am efficiens est deus. ipo te-
stante. Jsa. xliij. Absq; me nõ est saluator.
Jdeo petit Ps. Saluũ me fac deus. Nõ
est ei sal⁹ nisi a deo. sic dic Aug⁹. in li. de ve
ra religiõe ca. xx. Ad hanc salutẽ ꝓcurãdã
debent nos mouere tria ex parte dei salua
torz. Prio q2 hoc vult deus ꝛ precipit. ipe
em̃ est q̃ mãdat salutes iacob. Subdit⁹ em̃
debet obedire mãdatz ꝑlati. deus domin⁹
nos serui. Jpe aũt vult oẽs hoĩes saluos
fieri. i. Thimo. ij. Nõ est g̃ culpa dñi sz nr̃a
Unde merito subiũgit'. Qui respuit volen
tem se saluare respuet'. Scdo q2 ad hoc ve
niet in mundũ ꝛ in mortẽ Luce. ix. Filius
hoĩs nõ venit aĩas ꝑdere. sz saluare. Me
rito ꝯtemnit' a deo q̃ tantũ bñficiũ eius cõ
temnit. i. Thimo. i. Fidelis s̃mo ꝛ om̃i ac-
ceptõne dignus. q2 iesus xp̃s venit in hũc
mundũ pctõres saluos facere. Hic est Jo-
seph q̃ dic Geñ. xlv. Pro salute vestra mi-
sit me. Tertio q2 gratis salutẽ tribuit. Fa-
tuus esset valde q̃ ꝓ nihilo posset habere re
gnũ imo oẽ bonũ. ꝛ se faceret indignũ Ps.
Pro nihilo saluos facies illos. Ad Tituz
iij. Nõ ex opib; iusticie q̃ fecim⁹ nos. Ergo
ad ꝓcurationẽ salutz nr̃e vrget nos volun
tas dei. aduẽtus xpi. facilitas dãdi. Ecce
cã efficiẽs salutz. Scdo ad salutẽ nr̃az ma
teria ẽ necessaria Est aũt materia salutz ra
tional' spũs. Uñ ps. Aĩas paupeꝝ saluas
faciet Ad hanc salutẽ procurandã debent
nos mouere tria ex parte aĩe. Prio q2 deo
carior. Deus em̃ amat animas Sap. xi. c.
Quanto em̃ vinũ melius et cari⁹ est dño:
tanto in meliori custodia ponit' et saluiori
Jdeo. i. Coꝝ. v. dr. Tradidi eũ sathane vt
spũs eius salu⁹ fiat in die dñi. Ps. Dic aĩe
mee. salus tua ego sum. Scdo q2 i se est p̃-
ciosior. Mercator em̃ pannũ p̃ciosiorez i-
tendit saluare magz. iiij. Regũ. vij. Reliq-
runt tẽtoria fugierũtq;. tñ aĩas suas sal-

uare cupientes. Tertio q2 salut3 capacior.
q2 sine ea nō est salus hoim. Puer debet di
scere officiū cui⁹ capacior est. Genes.xxxij
Uidi dn̄m facie ad faciē. Corp⁹ em̄ nō sal
uatur nisi ꝑ aiam. Uñ ania capacior est sa/
lutis. Tertio ad salutē req̄rit̄ forma. Est āt
forma salutis gratia siue virt⁹. Unde ꝑma
Thimo.ij.dr̄. Saluabit̄ ꝑ filioꝝ generati/
onē. Expōit Gorra.i.bonoꝝ opeꝝ produ
ctiōez. Et pro isto sciēdū ꝙ saluat̄ hō ꝑ vir
tutes gratuitas. Primo ꝑ fidē sicut ꝑ lucez
dirigit̄ homo ad portū. ꝑ recognitionē do
mini ⁊ seruicij saluat feodū. ⁊ negādo amit
tit. Marci vlti. Qui crediderit saluus erit
qui vero nō crediderit cōdēnabit̄. Secun
do ꝑ spem sicut laborās spe mercedis acq̄/
rit sibi victū. Ps̄. Saluos facis sperantes
in te dn̄e. Rom̄.v. Spe salui facti sumus.
Tertio ꝑ caritatē. Homo em̄ libent̄ saluat
amicū. Unde melius valet amic⁹ i via q̄3
inimic⁹ in corrigia.ij. Thes.ij. Caritatem
veritatis nō receperunt. Quarto ꝑ tempe/
rantiā. sicut infirm⁹ ꝑ dietā. Ps̄. Saluos
faciet filios paupeꝝ. sicut fruct⁹ ꝑ desicca/
tionē ab incorruptiōe Prouer.ix. Qui ap/
plicabit̄ ei descendet ad inferos. Nam qui
abscesserit ab ea saluabit̄. Quinto ꝑ iustici/
am sic in omi curia reus ꝯdēnatur ⁊ iustus
saluat̄ Eccl.xxx. Salus anime in sanctita
te iusticie. Ps̄. Salus iustoꝝ a dn̄o. Sex/
to ꝑ prudentiā. sicut serpēs obturaudo au/
res saluat se. ⁊ ludēs ludo scaccoꝝ dando
scaccū saluat ludū Isa.xlvi. Dabo in syon
salutē. Et Isa.xxxiij. Diuitie salutis sapiē
tia ⁊ scia. Septimo ꝑ fortitudinē. Sic mi
les fortiter luctādo ⁊ ꝑseuerādo. Hierem̄.
xxx. Tps tribulatiōis Jacob ⁊ ex ipso sal.
Math.x. Qui ꝑseuerauerit vsq3 in finem
hic saluus erit. Quarto ad salutē requirit̄
causa finalis. Finis aūt salutis nr̄e est stat⁹
glorie. ad Phil.iij. Saluatorē expectam⁹
dn̄m nostrū iesum xp̄m. q̄ reformabit cor/
pus humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corꝑi clari
tatis sue. Ad hanc salutē ꝓcurandā debēt
nos mouere tria similit̄ ex ꝑte finis. Pri/
mo euasio periculi culpe. Uiator em̄ extrūs
in nemore vel in mari festinat ad locū salu
tis. vt euadat periculū. Ps̄. Dominus il/
luminatio mea ⁊ salus mea quem timebo.
Ezech.xxxvi.c. Ero vobis in deū ⁊ salua
bo vos ab omib⁹ inq̄namentis vr̄is. Sic
dr̄ hic Salua nos perim⁹. Scd̄o amotio
mali pene. Homicida em̄ vel latro festinat
ad refugiū salut3 vt euadat patibulū. Ps̄.
Saluasti nos de affligētib⁹ nos. ps̄. Sal
ua me de ore leonis. Tertio adeptio cele/
st3 patrie ⁊ leticie. Captiu⁹ em̄ solut⁹ a car
cere libenter ꝓcurat locū recreatōis ⁊ le/
ticie. ps̄. Saluū fac populū tuū dn̄e. Nos
ergo dicamus iā saluatori nr̄o cū btīs apo
stolis. Salua nos. De scd̄o sc3 de salutis
cōgruitate quā ap̄li exp̄munt in ṽbis ꝓpo/
sitis. cū addūt. Salua nos. Nos inq̄3 q̄s
cōgruū est saluare tanq̄3 magistro scolares
tanq̄3 dn̄o seruos. tanquā dilecto amicos.
Saluat aūt xp̄s q̄tuor genera hoim̄ q̄ con
gruū est sibi saluare. Primo humil'r peni/
tentes Mat.j. Ipe saluū faciet ꝑplum suū
a pc̄tis eoꝝ. Scd̄o saluat deuote orantes
j. Regū.vij. Nō cesses orare ꝑ nob̄ ad dn̄3
vt saluet nos de manu philistinoꝝ. Tertō
saluat tribulatōes mūdi ꝑ xp̄o patienť su/
stinētes. vt h̄ i ꝑiculo ꝯstitutos cū xp̄o. vñ
seq̄t̄. Surgēs imꝑauit vētis ⁊ mari. Ma/
re aūt significat amaritudinē presentis se/
culi. vt dictum est. Quarto saluat se longa
nimiter expectātes. q̄ sc3 bonū qd̄ ceperūt
vsq3 in finem ꝑducunt Apoc.iij. Tene qd̄
habes ne ali⁹ accipiat coronā tuā. Et ap̄ls
Qui tenet teneat. donec de medio fiat. Et
Mat.x. Qui ꝑseuerauerit vsq3 in finē hic
salu⁹ erit. In persona taliū dicit apostol⁹
ad Philip.iij. Saluatorē expectam⁹ dn̄m
iesum xp̄m. q̄ reformabit corpus humilita
tis nr̄e ꝯfiguratū corꝑi claritat3 sue.

Dixi tertio

ꝙ in verbis premis/
sis ostendūt tribula
tiōis sue grauitatē. virtutis sue ad resisten
dū infirmitatē. ⁊ clamoris necessitatē. cu3
dicūt. Dn̄e perimus. Magna necessitas ⁊
tribulatōis grauitas est perire in corꝑe. et
subtrahi de hac luce. in qua est loc⁹ meren
di. Et multū ⁊ magnū cōseq̄tur periculu3
quo maius esse nō pōt. si homo intēpestiue
subtrahat̄ ꝑ mortē casualē de hac vita. cu3
frequenter ex hac morte rapit̄ in pc̄tis in/
cōtritus ad mortem eternā. Ideo ap̄li me
rito cōpulsi sunt clamare. allegātes tribu/
lationis grauitatē. s. periculū vite. di. Pe/
rim⁹. O si ap̄li ꝑiculū vite corꝑal' metuen/
tes q̄ tm̄ in ꝯsciētijs eoꝝ securi erāt ⁊ ꝑfecti
sicut ap̄lus de se dixit. Nihil mihi consci/
us sum. cōpellebant̄ clamare ꝑ liberatiōe.
q̄ntū nos miseri cōsciencia peccatoꝝ g͛a/

nati ⁊ de nostra damnatione certi debere-
mus clamare in orationibꝫ vt a peccatis q̄-
bus anima ⁊ corpus nostrū simul periclitā-
tur saluaremur. Circa qd̄ sciendū ꝙ licz
multi sint qui pereunt in hoc mari mundi
huius. tñ ſm Alexandrū quattuor genera
specialiter perire legunt̃. Primi sunt insipi
entes in discernendo. qui scz nec creatorez
suū cognoscunt. nec res secū creatas estia-
re sciunt. Vñ Seneca dicit. ꝙ tunc per ra
tionē recte homo viuit. si diuina prius esti
met. ⁊ dignitatē rebus vt sunt ex eaꝝ natu
ra constituat. Hi sunt etiam qui nec prete-
ritam vitā suam recogitant nec presentem
ordinant. nec de futura prouident. Cū ta-
men ſm Senecā tota vita nostra tribꝫ tpi
bus debeat ordiari eo modo. Et ratio. q̄a
homo alias est in periculo. Qui eniz nihil
de preteritis malis cogitat vitā ꝑdit. Qui
aūt nihil de futuro meditat̃. in oīa mala
incautus incidit. Ideo dicit Aug⁹. Nulla
maior egestas q̄ȝ indigere sapientia. et qui
sapiētia nō eget. re nulla egere omnino pt.
Prouer. xvij. Quid prodest stulto habere
diuitias. cū sapientiā emere nō possit. Itē
hi sunt vere isipientes qui in his que igno
rant nec correptionē. nec correptorem cu-
rant. Prouer. ix. Noli arguere derisorez ne
oderit te. Ideo de talibus dicit̃ Baruth.
iij. Quia nō habuerūt sapientiā. perierunt
propter suā insipientiā. Secundi sūt pigri
et tediosi in operando. ⁊ sunt illi q̄ solū cor
poris sui commodo intendunt. in nullo la
bore vtili ⁊ virtuoso se exercētes. Et hos
vocat aplus Phil. iij. inimicos crucis xpi.
qui terrena sapiunt. quoꝝ venter deus est.
et gloria eoꝝ in cōfusione ipsorum. Hi sūt
etiā qui semper viuere incipiunt ⁊ nullum
vnq̄ȝ vite sue fructum ostendunt. Et tales
vocat apostolus Judas in sua epistola ar-
bores infructuosas bis mortuas. Ideo di
cit Bern̄. Stultus ꝙ viuit mortem poti⁹
dico q̄ȝ vitam. Quō em̄ est vita cum steri-
litate. Arbor arida ⁊ sterilis. nōne mortua
iudicatur. Sic stultus eoipo ꝙ inutiliter
viuit. mortuus iudicatur etiam viuens. et
tales quanto diutius viuunt tanto a deo
plus elongant̃. Ideo de eis dicit̃. Ecce q̄
elongant se a te peribunt. perdidisti oēs
qui fornicantur abs te. O quanti sunt nūc
tempis tales q̄ iam in consumpta etate q̄si
incipiunt viuere dū intendūt negociatiōi
bus. vsuris. lucris ⁊ aliis. ac si p̄mo incipe-
rēt viuere. vt dicit Seneca. Quid aūt est
turpius ſm ipm q̄ȝ senex viuere incipiens.
Tertij sunt indisciplinati in conuersando.
Et hoc sequit̃ ad duo. Primo. cū em̄ est in
sipiens in cognoscendo. ⁊ piger in operan
do. sequit̃ indisciplina ⁊ dissolutio in ꝯuer
sando. Sicut em̄ dicit alexander. ad vir-
tutum exercitium in corde interius sequit̃
moruz compositio in corꝑe exterius. ⁊ ecō
uerso. Unde Baruth. iij. dr̄. Viam disci-
pline nō inuenerūt, ꝓpterea perierūt. Ideo
Ps̄. consulit. Apprehendite disciplinaz ne
quando irascat̃ dominus. ⁊ pereatis d̄ via
iusta. Quarti sunt insatiabiles in peccādo
et hoc sequit̃ congrue ad p̄dicta. quia cum
est insipiens ⁊ ociosus ⁊ moribꝫ indiscipli-
natus et curiosus. sequitur ꝙ sit ad omne
pronus peccatum ⁊ insatiabilis ⁊ fameli-
cus. Quia peccati delectatio nō satietatez
sed famem parit. Unde filius prodig⁹ cō-
sumpta tota portione cū meretricibus di-
xit. Ego autem hic fame pereo Luce. xv.
Vere fame perit qui i aliquo creato bono
extra deum satiari querit. Quia dicit Au-
gustinus in libro confessionuz. Omnis co
pia que deus nō est inopia est. Nos igitur
ne pereamus de via iusta. semꝑ clamemus
ad dñm iesum xp̄m vt nos liberet de peri-
culis vite p̄sentis ⁊ ꝑducat per h̄ mare spa
ciosum ad portum salutis eterne. Qd̄ nob̄
prestare dignetur ⁊c̄.

Dñica quarta post octauas epipha. I.
Sermo XXVIII.

Simile est regnū

celorum homini qui seminauit
semen bonum Mat. xiij. Mar
ci. iiij. Dominicis tribꝫ p̄cedentibus osten
dit nobis mater sancta ecclesia potentiam
mirificā nostri saluatoris. ⁊ hoc in operati
one miraculoꝝ tam in t̄ra q̄ȝ in mari. Nūc
ista dñica sequēti vult ōndere ipsius sapiāz
ꝓfundissimā. ⁊ hoc per salubrē parabolā et
exemploꝝ salutariū eruditōnē. Vñ in hac
dñica vult nos docere q̄ntū nobis noceat
nostra negligentia. ⁊ h̄ in eo ꝙ nobis dor-
mientibus ⁊ in custodia nostri corꝑis tor-
pentibus. diabolus tanq̄ȝ inimic⁹ supsemi
nat nob̄ mēti nr̄e vicia. ⁊ ita inficit in nob̄

semen diuinũ in nobis seminatum. In fi-
gura hui⁹ sampson missis trecẽtis vulpib⁹
cũ igne combussit oĩa sata philistinorũ.
vt dicit Judicum. xv. Sampson licz sepe
significat xpm in scripturis. qntũ ad q̃daz
mysteria sue passionis ꝛ resurrectõis. tamẽ
hic significat diabolũ. nec absurde. Sepe
eñ ẜm Grego. ꝑ rem iustã significat iniusta
Interpratur aũt sampson quasi sol eorum
Sol ꝑpter illã claritatez in qua creat⁹ fuit
De qua dicit Ezech. xxviij. Tu signaculũ
similitudinis dei. in paradiso deliciaꝝ fui-
sti. Sol ergo dicit eoꝝ qui imitant eum in
claritate sup̃bie. quia ip̃e est rex sup oẽs fili
os sup̃bie. vt dz Job. xlj. Hic ergo mittit
trecentas vulpes. id est. initas astutias. do
los ꝛ fallacias quib⁹ comburere nitit oĩe
semen diuine gratie ꝛ veritatis. Et hoc ẽ
qd dicit de eo. Qz dormientib⁹ homib⁹ su-
perseminauit zizania. Simile dicit de sy-
renibus monstris marinis. que cãtu suo so
piunt nautas. ꝛ postea in somno cum na-
ui subuertunt. Sic intendit diabolus. ꝓ-
ponit vera ꝛ intendit falsa. ostendens dul
cia ꝛ exhibens amara. Sic dic̃ euãgelium
presens qd ꝓnũciat ꝑ p̃o ita. Sĩle ẽ regnũ
celoꝝ ꝛc̃. Sicut aũt habet ex eodẽ capitu.
q discipuli exquisierunt expositionẽ hui⁹
parabole a xp̃o. per quod significant istam
parabolã magni fore mysterij et intellect⁹
sp̃ũalis. Si ergo apostoli exquisierunt in-
tellectũ mysticũ. multo magis nos quere-
re debem⁹ gratiã sp̃ũsancti a christo. Nã
iuxta Aug⁹. Qui sine christo prudentez se
existimat. non prouidus. sed stultus appel-
landus est. xxvi. q. ij. Qui sine. Ab ip̃o eniz
dat gratia vnicuiq ẜm mensurã donatio-
nis eius. Ad Ephe. iiij. j. q. j. Multe. Ut
igitur ip̃e in nobis bonum semen gr̃e sue se
minare dignetur ad matrẽ eius pijssimam
que sine virili semine ex sola sp̃ũsancti sup
uentione semen vite eterne xpm filium dei
concepit ꝛ peperit recurramus. salutantes
eam voce amena dicentes. Aue maria gr̃a
ꝛc̃. Simile est regnũ celorũ homini q̃ se
minauit semen bonum in agro suo ꝛc̃. In
euangelio p̃senti tria describunt. Prio nã-
q describit diuina bonitas. in eo q semia-
uit semen bonũ. Scd̃o describit diaboli-
ca iniq̃tas. in eo q supseminauit zizania.
Tertio describitur diuine iusticie equitas
in eo q ordinate iussit segregare zizania a
tritico. Primũ describit i p̃ncipio. ibi. Si
mile ẽ regnũ celoꝝ hoi q̃ semiauit semẽ bo-
nũ. Scd̃m. cũ dz. cũ ãt dormirẽt ho. Ter-
tiũ cũ sb dicit. accesserũt g̃ serui eius. A

Dixi primo q in p̃ma parte de
scribit diuia boni-
tas in eo q seminauit semẽ bonũ. Und di
cit. Dixit iesus parabolã hanc. Istd factuz
est anno p̃dicatõnis p̃mo. Postq̃ eñ xpus
in domo quadam iudeorum predicassz ex
tunc ibidẽ scribis iudeis ꝛ phariseis confu
tatis de ip̃oꝝ blasphemia. per quã opa sua
diuina ascribebãt beelzebub p̃ncipi demo
nioꝝ. exiens inde venit ad mare gentiliũ.
ibiq sedẽs in nauicula plures parabolas
dixit. Inter quas vna fuit ista p̃cipua. Di
cit aũt Hiero. Qz parabola est reꝝ discre-
pantiũ sub aliqua sĩlitudine facta collatio
Simile est regnũ celoꝝ. id est militans ec-
clesia. q̃ dz celũ. scz ꝑpter vite sublimitatẽ q̃
debet viuere. Iuxta illd. Nr̃a aũt cõuersa
tio est in celis. Phil. iij. Propter claritatez
doctrine. q̃ debet fulgere Matth. v. Sic
luceat lux vr̃a. Tertio ꝑpter stillaꝝ. i. perso
naꝝ diuersaꝝ mltiplicitatẽ. De q̃ Gregor.
xxvij. li. mora. c. iiij. tractãs illd Job. Qui
aufert stillas pluuie. Duo inq̃t in hac vita
sunt genera hoim. Unũ bene viuentiuz. sz
nulla docentiũ. Aliud nõ recte viuentium
sz tñ recta docentiũ. sic̃ i celi facie alie stelle
ꝓdeunt q̃s nulle pluuie sequũtur. alie pro
deunt q̃ arentẽ terrã magnis imbrib⁹ ifun
dunt. Simile est ergo regnũ celoꝝ. i. nego
ciũ militantis eccl'ie. hoi. i. xp̃o q̃ seminauit
semẽ bonũ. i. fidem suã plãtauit in cordib⁹
fideliũ ꝑ p̃dicationẽ. vel bonũ semẽ est vo-
luntas bona ẜm Gorrã. in agro suo. i. eccle
sia vel mũdo. Suo dicit ꝑpter hereticos q̃
dicebant mundũ visibilẽ a malo deo crea-
tum. qd falsum est. Unde in simbolo. crea-
torem celi ꝛ terre credim⁹ vnũ deũ. Sz
diceres. quõ est semen bone voluntatis in
nobis. cũ tñ nõ sum⁹ sufficiẽtes cogitare a-
liq̃d a nob. ij. Coꝝ. iij. Rñdeo in nob ẽ ꝛ ex
nob q̃ntũ ad coopationẽ nõ q̃ntũ ad infu-
sionẽ. B Circa istud ẽ sciẽdũ q h tan
guntur cõditiones requisite vnicuiq xp̃i-
ano ad salutem cõsequẽdaz meritorie. que
describuntur in his verbis. Et tangũtur
sex ꝯditiones. Primo vt sit homo. per vi-
tam rationalem. non bestia per sensualita-
tem. Unde dicit. Simile est regnũ celorũ

hominí.non bestie.nam reuera nullus me-
retur admitti ad regnum celorum nisi rati
onabiliter viuens. Qđ patz ex eo ꝙ Adã
factus fuit homo in animã viuentem in sta
tu innocentie.qui si tenuisset imaginez dei
que est in parte ratiõali ꝑuenisset ad regnũ
celorum.etiã sine morte media. Sed quid
scriptum est de eo in Ps̃. Homo inquit cũ
in honore esset nõ intellexit.comparatꝰ est
iumentis insipientibꝫ. Berñ.suꝑ Can.ser-
mone.xxxvi. Ecce qualẽ se homo inuenit
de similitudine dei in similitudinẽ iumẽti.
Vñ cui ṗus ex ꝑsona sancte trinitatꝫ dictũ
fuit. Ecce adam quasi vnus ex nobis factꝰ
est.illi postea bestie poterant dicere. Ecce
adam factus est quasi vnus ex nob. Sz
diceres.que est vita rõnalis ⁊ humana.⁊ q̃
bestialis ⁊ pecorina. Respondeo breuiter
ꝺm Berñ.in quibusdaz suis sententijs. Qꝛ
tria faciunt hoiem rõnalem ⁊ sanctũ ĩ vita
scz victus sobrius.actus iustus. ⁊ sensus
pius. Victus sobrius.si ꝯtinenter. si socia
liter.si obedienter.si caste.si caritatiue ⁊ hu
militer vixerimꝰ. Sed ꝑ continentiã casti
tas.ꝑ socialitatem caritas fouetur. Actus
iustus erit si fuerit rectus discretꝰ ⁊ fructu
osus. Rectus ꝑ bonã intentionẽ.discretus
per mensurã possibilitatis.fructuosus per
vtilitatẽ proximoꝝ. Sensus pius erit si fi
des nostra deum sentit summe potentẽ.sũ-
me sapientẽ.summe bonũ.vt per eius potẽ
tiam credamus adiuuari infirmitatẽ nr̃az
per eius sapientiã nostrã credamus corri-
gi ignorantiã.per eius bonitatem nr̃az cre
damus ablui iniquitatẽ. Hec ille. Ecce de
scripsi tibi hoiem rationalẽ.nõ vtiqꝫ philo
sophicũ ⁊ naturalẽ.sed vt catholicũ ⁊ fide-
lem. Si aũt q̃ris.q̃s sit homo bestial. Rñ-
deo ꝺm Augu.in libro de salutaribꝫ docu-
mentis. Bestialis homo est qui facit quod
vult.qñ vult.quantũ vult.sine tempore.si-
ne mensura.sine modo comedit.bibit. dor
mit.ludit.quando vult.quantũ vult. nul-
lam habens mentẽ ad celestia. implicatus
terrenis.neglectus eternis. Vñ apl's ṗma
Coꝝ.ij. Animalis inq̃t homo nõ percipit
que dei sunt.stulticia em̃ inest illi. Et vere
talis stultus est qui ꝺm carnẽ viuit. De quo
apl'us ibidẽ. Si ꝺm carnẽ vixeritis morie
mini. Et iteꝝ ad Phil.iij. Qui terrena sa-
piunt quoꝝ deus venter est et gloria in cõ
fusione ipoꝝum.imo non homo.sed diabo
lus incarnatus. Secunda cõditio vite ra
tionalis ⁊ humane.vt sit actiuus. nõ ocio
sus. Unde dꝛ.qui seminauit. Vita siq̃dem
presens data est homini ad seminandũ bo
na opera. Vñ Job.v.dꝛ.ꝙ homo ad labo
rem nascitur. Quecũqꝫ seminauerit hic ho
mo.eadem ⁊ metet. Et notanter dicit. qui
seminauit.non qui metit. Ad seminanduz
em̃ hic positi sumus. Aliud aũt tempus fu
turum ad metendũ expectamus. Vñ Ec-
clesiastes.xj. Mane semina semen tuum.⁊
vespere non cesset manꝰ tua. Ecce tota die
vite ꝑ̃sentis ꝑ̃cipit semiare.certe nõ agros
terrenos tm̃ qui corpus nutriunt.sz actus
iustos qui mentẽ reficiunt. Prouer.xj. Se
minanti iusticiã merces fidelis. Est aũt iu
sticia rectitudo volũtatis ꝓpter se seruata.
ꝺm Anselmũ de libero arbitrio ca.iij. Ter-
tia conditio vite rõnalis est.vt sit hõ circũ
spectus. Vñ dꝛ.seminauit semen non dicit
paleã. Vñ de multꝫ dꝛ illđ Ozee.viij. Vẽ
tũ seminabũt ⁊ turbinẽ metẽt. Hoc faciunt
vanegloriosi suꝑbi ⁊ ambitiosi. qꝛ oĩa fa
ciunt vt videanẽ ab homibꝫ Math.v. Et
isti nõ seminãt semẽ.sed paleam vacuam ⁊
vento plenã. Quarta conditio.vt sit hõ in
electione voluntatis rectus. Unde dic̃.se-
men bonũ.nõ malum vt scilz sciat reproba
re malum.⁊ eligere bonum. Quinta condi
tio.vt sit de gratia diuina solicitus.sine q̃
nihil valent oĩa. Unde dicitur in agro.
nõ inter spinas diuitiarũ. non in via luxu
rie.nõ in petra obstinationis.sz in agro be
ne per gratiam dei disposito. Cant.vij.ca.
Egrediamur in agrum. Sexta cõditio vt
sit magis proprie saluti q̃ꝫ aliorum inten-
tus. Unde dicitur. Multi neglecti pro-
prijs seminant in agris alienis. Contra il
lud. Agris tuis sitientibus alieni irrigan-
di non sunt. Hinc conqueritur ille sapiẽs
Posuerunt me custodem in vineis. scilicet
alienis. Vineam meam nõ custodiui. Mul
ti enim in prelationibus.officijs. dignita-
tibus aliorum vtilitati intenti.propriã ne
gligunt salutem. De quibus dicit Berñ.
suꝑ Canti.sermone.xxxj. Miror iquit au-
daciam plurimoꝝ quos videmus de suis
vineis nõ colligere nisi spinas et tribulos.
vineis tñ dominicis se ingerere.⁊ non nisi
fures veri sunt ⁊ latrones.nõ custodes nec
cultores. Hec Berñ. Et tantum de ṗma
parte euangelij.

C

Dixi secũdo q in secũda parte euãgelij describit diabolica iniq̃tas. Vñd sequit. Cum aũt dormirent hoĩes. Hic tãgit tria. negligentiã custodie. in hoc q dic. cum dormiret imitatrices seminationẽ falsitatis. ibi. venit inimicus. manifestatõnẽ seminis. ibi. cũ aũt creuisset Dic ergo. Cum autem dormirent hoĩes id est pcaui ṗlati ad custodiã ⁊ cautelã gregis dñici pigritando agerẽt. quoꝝ somno id est. negligentia supueniens diabol⁹ supseminauit zizania. Vñ. j. Pet. v. dicit. Vigilate q2 aduersarius vr̃ diabol⁹ circuit q̃rens quẽ deuoret. q̃ supseminauit zizania. id est errores. Zizania ad lr̃am est nomẽ cuiusdã herbe nociue segetib9. q̃ alio noĩe dr̃ loliũ. et est generis etrocliti. feminini in singulari. ⁊ neutri in plĩ. Et dicũt q̃dã q ĩ singulari pducit penultimam. in plurali corripit. Unde versus. Est zizania sunt zizanie ⁊c̃. Et ponitur hic pro errore falsitatis quẽ diabolus per suggestiones suas seminat. vt homines in peccata mortalia iuoluat. ⁊ hoc facit in medio tritici. i. in medio bonoꝝ ⁊ electoꝝ in ecclesia dĩ. Glosa. pmiscendo hereticos electis. vel in medio tritici in corde hoĩs in quo erat bona volũtas et abijt. scz aduentum suum occultãdo. q̃a transfigurat se in angelũ lucis. Notanduz q sicut prelati tripliciter negligũt. ita diabolus tripliciter operat̃. Dormiunt em̃ ṗlati vel torpore inertie Prouer. vi. Festina discurre. suscita amicũ tuũ. ne dederis somnum oculis tuis. vel cum resoluũtur lasciuia. Amos. vi. Dormitis in lectis eburneis ⁊ lasciuitis in stratis vestris. Vel tertio cum premuntur ignorãtia siue culpa. ṗma Thes. v. Nõ dormiam⁹ sicut ceteri. sed sobrij simus ⁊ vigilem⁹. Vidẽs hec diabol⁹ apponit inter eos triplex studiũ. ṗmũ venit supseminat. ⁊ abit. venit p suggestionẽ erroris. supseminat. p consensum hominis ⁊ abit in occultatione erroris sub specie veritatis. Cũ aũt creuisset herba. Hic subditur erroris manifestatio. Vñ. cuz creuisset herba. i. cũ fideles pfecissent in fide ⁊ moribus. ⁊ fructũ fecisset. i. bone spei opa monstrasset. vl' creuisset. p pfectũ fidei. et fecisset fructũ p effectũ opis boni. q2 fides sine opibus mortua est Jaco. ij. tunc apparuit zizania. i. manifestauerũt se hereticoꝝ dogmata. Error em̃ manifestat̃ post exitũ veritatis. Nõ em̃ habet ṗncipiũ nisi in vero. qd̃ verũ euẽtus ostẽdit. Vñ post ꝓphas pseudoꝓphete. post xp̃m antichristus. Hic est argumẽtũ q cũ homo spũalis esse cepit. tũc iudicat omnia. Scd̃m glosam hic sunt tria moralia documẽta. Primum est q negligentia ṗlatoꝝ. magis ẽ periculosa q̃3 simpliciũ. Patet. q2 eoꝝ occasione diabol⁹ mlta mala facit in subditis. Illa aũt negligẽtia consistit in trib9. scz nõ reparando q̃ sũt reparanda in plebe. ij. Paralip. xxiiij. Leuite negligentius egerunt. ⁊ loquit̃ de sartatectis reparandis. Secũdo recusando disciplinã dei Prouer. j. Despexistis omne consiliũ meum. ⁊ increpationes meas neglexistis. Tertio qd̃ iustum est non exeq̃ndo Sap. iij. Impij autẽ scd̃m q̃ cogitauerũt correptionẽ habebũt. qui neglexerunt iustum ⁊ a domino recesserunt. Quando ergo defectus nõ emẽdantur. quando ad ppriam vtilitatem viuitur. quando iusticia nõ ministratur per prelatos. dicuntur spiritualiter dormire ⁊ dare occasionẽ diabolo seminandi mala semina viciorum et errorum. Secũdũ documentũ est q diabolus ex deprauatione volũtatis sue iã quasi naturaliter cuilibet homini est infestus. vñ dicit̃. inimicus ei⁹. Facit aũt hoc ĩ ipo inuidia. De q̃ dicit̃. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Dolet enim illas sedes celestes quas aut noluit aut neglexit homines ex lutea materia constantes adipisci. xvi. q. ij. Visis Et econtrario quasi naturaliter homo odit diaboluz nõ inquantum creaturam dei. sed inquantuz sibi aduersum. Unde Matthei sexto cap. Aut vnum odio habebit et alium diliget. aut alium sustinebit et alterum contemnet. Tertium documentum est q multa vicia et fere omnia sub specie virtutum sepi⁹ introducuntur in medium populi. Et ideo opus est magna cautela. Et de hoc Isid. libro tertio de summo bono capitu. xxxv. per longum passum. ponens etiam in hoc differentiam iter peccata spiritualia ⁊ carnalia. Dicit enim. Quedam vicia species virtutum preferunt. ideoq3 perniciosi⁹ suos sectatores decipiunt. quia se sub velamine virtutum tegunt. Nam vicia que statim virtuti contraria apparent. cito dum palam veniunt emendantur. ꝓpter quod sequaces eorum de talibus erubescunt. car-

nales plerūq; ꝑ insensibilitatē mentis non
agnoscūt viciū esse culpabile qđ dignū vi-
deť damnatiōe. Et exēplificat ibi quomo
do sub p̄textu iusticie crudelitas agiť Sic
remissa segnicies diciť mansuetudo. ⁊ idul
gentia pietas. ꝓdigalitas diciť liberalitas.
tenacitas temperantia. pertinacia putať
constantia. timor diciť obedientia ⁊ humi
litas. procacitas vocis pro lubricitate ca-
stitas iudicať. pigricia ꝓ quiete reputatur.
inq̄etudo diciť sollicitudo. p̄cipitatio fer-
uor boni studij noīatur. tarditas bñ agen-
di diciť consilij mora. Et ex istis ip̄e cōclu
dit ꝙ multi se iustos credūt. cum tamē sint
reprobi. ꝓpter qđ ꝫm ip̄m caute est homini
ambulandū. Vicia em̄ sunt quasi latrones
qui quasi quieti ꝑ viam nobiscum incedūt
sed habita oportunitate nos occidūt. ꝫm
ip̄m. De hoc autē Augustinus in libro de
conflictu virtutū ⁊ vicioꝝ. D

Dixi tertio ꝙ i vltima ꝑte euā-
gelij describiť iusti-
cie diuine equitas. in eo ꝙ iussit vtrūq; ab
altero segregari. ⁊ vt dignum fuit suo loco
reponi. vnde seq̄tur. Accedentes autē ser-
ui patrisfamilias. i. angeli. vel ꝫm Lyrā p̄-
dicatores ⁊ p̄lati ꝑ deuotā orationē tanq̄
solliciti fideles ⁊ deuoti circa res oīes. di
xerunt patrifamilias. i. deo ꝯsulētes eū in
corde suo. Dicit hic Criso. Volētes disce
re oportet interrogare. Dñe scꝫ qui omnia
potes. nōne bonū semē semiasti i agro tuo
scꝫ ꝑ apostolos ⁊ p̄dicatores in mūdo. Ec
ce tangiť seminator. q2 deus. Quis aūt cō
tra illū ausus est seminare semen maluꝫ. q̇s
ergo ausus est corrūpere i agro tuo. q̇s au-
sus est intrare. vnde ergo zizania habet. q̄-
si admiratiue loquunť. Et ait illis. Inimi
cus homo h̄ fecit. i. diabolus qui dr̄ homo
ab hoīe deuicto. sicut scipio africanus ab
africa deuicta. Diciť ergo homo. quia sub
specie humane rōnis hoīem decipit. vel
q2 ab inicio homini inimicabať Gen. iij. c.
Inimicicias ponā inter te. vł q2 hoīem vo
ce hūana decepit. Serui aūt dixeřt. Vis
ibimꝰ ⁊ colligemus ea. id est placet tibi ꝙ
eamꝰ ⁊ de medio euellamꝰ. vel excōicādo
eos vel separando brachio seculari inuo-
cato. sicut petrus furore succēsus stati am-
putauit auriculā dextrā Math. xxvi. simi
liter discipuli Luce. ix. c. Vis dicamus vt
ignis descendat. Et ait illis. nō. Et ratio-
nē subdit patientie sue ⁊ expectatiōis. Ne
forte colligētes zizania de medio ecclesie
occidēdo oīes pctōres. eradicetis simł et
triticū. Vñ ꝫm Hugonē ꝓhibetur eradica
tio festinata. Et glosa dicit. ꝙ hic datur lo
cus penitētie. ⁊ monemur nō cito amputa
re. quia q̇ hodie errat. forsitan cras defen-
det veritatem. Et ꝫm Gorrā ꝓhibeť eradi
catio festinata quā nō p̄cedit āmonitio cō
minata. De qua ad Titū. iij. Hereticū ho
minē post vnā ⁊ secundā correptionē deui
ta. Scđo dānosa qñ multitudo est in cau
sa vel p̄nceps. vel qñ nō fuit causa manife-
sta ⁊ redundans in iniuriā eccłie. Tūc em̄
tolerādi sunt mali ꝑ pace eccłie. Tertio su-
spiciosa qñ nō habeť certitudo de heresi vł
vicio alicuiꝰ. His tribꝰ modis ꝓhibeť era
dicatio ne simul eradiceť ⁊ triticū. Qđ fit
qñ aliq̇s ex leui suspitione excōicať. q̇ puta
tur zizania cum sit triticū. vel qñ sine mo-
nitione. ex q̇ alij scandalizantur. quia non
seruatur iuris ordo. Vel quādo multitu-
do. q̇a qui nunc est zizania. cras erit triticū
O vtinā aduerterēt ista nostri pontifices
fulminantes ex talibꝰ qualibuslibet causis
etiam sine monitōne precedenti interdicti
sententiaꝫ pro duobus grossis. quibꝰ diciť
illud quod sequiť. Sinite vtraq; crescere
vsq; ad messem. id est iustos et peccatores
multiplicari ad tempus iudicij. ⁊ i tempo-
re messis. id est in die iudicij. ⁊ hoc erit pro
pe punctum iudicij. ⁊ hoc intelligendū est
de illis qui non sunt notorij neq; pertina-
ces neq; conuicti de pertinacia. neq; im-
minet vniuersale damnum ecclesie. dicam
messoribus. id est angelis. Colligite pri-
mum zizania. id est. peccatores excluden-
do eos primum a consorcio btōrum. ⁊ hoc
quo ad penā damni. et alligate ea. quo ad
penam sensus in fasciculos. id est. diuersis
penis plectite. Alligate quo ad perpetui-
tatem vt nō possint euadere. Vnde in ps̄.
Ad alligandos reges eorū in compedibꝰ.
⁊ nobiles eorū in mani ⁊c̄. Et quo ad pe-
narum varietatem in fasciculos. nō in vno
fasce. quia pro mō peruersitatis sue vnus-
quisq; punietur. et quo ad penarum acer-
bitatem. quia ad comburendum scilicꝫ ig-
ne inextinguibili. Triticum autem meum
congregate in horreum meum. No-
tatur hic felicitas sanctorum. Primo ex
eo. quia ad eorum consolationem mali

mittentur prius ad gehennam. Vñ in ps.
Letabitur iustus cum viderit vindictam.
manꝯ suas lauabit in sanguine peccatoris
Scdo quia habebũt felicitatẽ ꝓriaʒ quia
triticum meũ. Tertio societatẽ beatam. qa
congregate. Quarto ex loci iocũditate. qꝛ
in horreũ meũ. scʒ mee celestis habitatiõis
vbi ego ꝑmus sum tanq̄ granũ frumenti.
Joha. xij. ⁋ Hic occurrunt tres mo-
ralitates ſm tres status personaꝝ. que sũt
paterfamilias. inimicus eius. ⁊ serui eius.
In patrefamilias habemus quid amemus
et quid imitemur. Et hec sunt quatuor a
quibus per ordinem commendat̃ bonitas
eius. Qđ patet in seminãdo bona in celo.
vt angelos bonos. licet aliq̄ sua voluntate
facti sunt mali. vt dicit Jsid. li. i. đ summo
bono ca. x. Scdm est eius patientia in to-
lerando mala. Vñ ait rñdendo ꝗrentib᷑ vl
tionẽ. Inimicus hõ h̄ fecit. Tertiũ est sapi
entia. qđ ptʒ in ꝑcauẽdo ꝑicula. vñ ait. Ne
forte colligẽtes. Quartũ est iusticia in red-
dendo vnicuiq̄ iuxta merita. Vñ dicit. in
tempore messis. Scdo ĩ inimico habemꝯ
quid vitemus ⁊ detestemur. videlʒ q̄druplicẽ eius maliciã. Prima est. qꝛ vẽit vt ini
micus. Scda eius actꝯ ꝑiculosus. qꝛ sup-
seminauit. Tertia quia locus soli deo aptꝯ
quia in medio tritici. mediũ aũt est locꝯ vir-
tutis. Quarta qꝛ tps improuisum. qꝛ dor-
mientib᷑ hominib᷑. Tertio in seruis habe-
mus quid laudemꝯ ⁊ imitemur. ⁊ sunt q̄tu
or. Fidelitas in hoc ꝙ accesserũt ad patreʒ
ne ꝓditores viderent̃. sollicitudo qꝛ quesie
runt. dñe. nolentes celare damnũ. Obediẽ
tia. vis ibimꝯ. nõ eñ absq̄ nutu eius aude
bant facere. Zelus. in h̄ ꝙ dicunt. ⁊ collige
mus ea. In ps. Zelus domus tue comedit
me. Hic occurrũt tria dubia. Primũ vn
de sit malũ. Secundũ vtrum mala fieri sit
bonũ. Tertiũ vtꝝ malũ corrumpat totum
bonũ. Ad ꝑmuʒ respõdeo ſm Hõrram sup
Math. Qꝛ malũ licet nõ habeat causaʒ ef
ficientẽ ex parte actiõis. quia deus non est
causa mali. nec causam efficientẽ ex ꝑte sui
quia nihil est. nec habet inclinationẽ na-
turalẽ ex parte loci. quia ager bonus est et
ad bonuʒ ordinatus. Sed licet non habe
at causam efficientẽ. sed tñ habet deficien-
tẽ. scʒ liberũ arbitriũ. Vñ Augꝯ. dic ꝙ ma
lum est actus incidens ex defectu bõi. Itẽ
substantialiter est in bono. ⁊ per ipm agit ⁊
corrumpit. Itẽ licet natura nõ ex eiꝯ insti-
tutione. tamen ex eius oꝑatione ⁊ corrupti
one prona est in malũ. ⁊ ista omĩa sunt cau-
sa intrinseca mali. causa autem extrinseca ẽ
suggestio diaboli. vt hic dicit dominꝯ. ini-
micus homo hoc fecit. Ex his infero ſm
Thomã ꝑma ꝑme. q. xlviij. arti. i. Qꝛ malũ
non est natura quedam. sed est absentia bo
ni. Unde Dionisius. iiij. ca. de diuinis no
minib᷑. Qꝛ malum non est existẽs neq̄ bo-
num. ⁊ per hoc dicit ꝙ malum non agit ne
q̄ desideratur in virtute boni adiũcti. per
se aũt est infirmũ ⁊ preter voluntatem ⁊ in
tentionem. Secundo infero ꝙ malum est
in bono vt dicit Augustinus in Enchiri-
dion. ⁊ ita malũ est in libero arbitrio ⁊ vo-
luntate. a qua procedit tanq̄ ab origine. et
sic voluntas est causa peccati. nõ efficiens.
sed deficiens. Nam vt dicit Thomas sup
ij. sententiaꝝ dis. xxxiiij. Voluntas ſm qđ
habet respectum ad suũ ꝑncipiũ a quo est.
scilicet ad deũ. non est nãra elicere aliquid
ex se nisi bonum. sed scdm quod habet re-
spectum ad principium ex quo est nihil. cũ
ipsa voluntas sit ex nihilo tendit ad effe-
ctum. Si ergo scire volumus vnde sit ma-
lum culpe materialiter. Dicimus ꝙ ex ni-
hilo. Si vero formalit̃. dicimus ꝙ ab ab-
sentia boni debiti. scilicʒ speciei. modi. ⁊ or
dinis. Originaliter autem a libero arbi-
trio et voluntate. Et tantum ad primum
dubium. Ad secundum dubium cuʒ q̄
ritur. vtrum mala fieri sit bonum. Respon
deo ſm Thomã super. i. sententiaꝝ distin.
xlvi. Qꝛ mala fieri per se nõ est bonum. qa
vt dictum est quia nec a bono causantur.
cum non habent causam efficientem. sʒ de
ficientem. nec mala fieri est natura. sed ꝑua
tio. nec mala fieri est fieri. sed ab ordine de
uiare. et sic non est per se bonum. sed per ac
cidens. Primo ratione boni quod inde eli
citur. vt persecutio tyrannorum nõ est per
se bona. sed per accidens ratione patientie
martyrum que ex ea elicitur. Et per h̄ eti-
am soluitur dubitatio. An deus vult fieri
mala. dicendum ꝙ non ſm causalitatem.
quia non causat ea. Sed bene vult ſm nõ
prohibitionem. inquantum ea non ꝓhibʒ.
voluntate consequente. cũ possit ea ꝓhibe
re ⁊ etiã inquantũ ex eis elicit̃ bonuʒ. Qđ
fit tripliciter. Primo propter specialeʒ vti
litatem vt firmiores ⁊ abiliores resurgant

Scdo quantū ad vtilitatē cōmunē. vt qñ ex peccato suo aliqs punitur. exq̄ procreatur pax ⁊ bonus status totius cōitatis. vt qñ aliqs ex pctō alterius detestando ipuz feruentius in amorē dei rapit. Ad tertium dubiū. vtrū malū possit corrūpere totū bonū. Rñdeo ſm Thomā in pma pme. q. xlviij. ca. iiij. q nō. Quia vt dic Aug in Enchiridion q malū nō pōt cōsumere bonū. Unde ptz q malū culpe cōpatit secum bonum nature. ⁊ veritas scripture cum zizania erroris. In diuersis aūt personis h apparet melius. vbi semen veritatis stat cum zizania corruptionis. Nam fides formata stat cum venialib malis. ⁊ informis cum mortalibus. ⁊ sic ptz solutio hui dubij. et tantum de isto ſmone.

Dñica qrta. II. Sermo. XXIX

Simile est regnū celorū homini q̄ seminauit bonū semen in agro suo. Cū autē dormirent homines venit inimic ⁊ supseminauit zizania Math. xiij. Sicut dicit magnus pr Augusti. in sermone. ij. de annunciatione. Mox vt deus omnipotēs locutus est in huius mundi exordio. cūcta creta sunt. illico pepēdit celū. stati stetit terra. mare defluxit. Deide fact est homo simil deo. q̄ roborat corpe. pingit specie. spū adimplet. vestitur aspectu. ↄstituit domin ⁊ mundi possessor. Itaqȝ ſm Bern sup Canti. sermone. xxxi. Collocat in paradiso voluptatis nihil moleste. nihil indigētie sensit. odoriferis stipatus malis. fulcitus floribus. decoratus gloria. ⁊ honore coronat et constitutus sup opa manuū plasmatoris Cui sors erat ⁊ societas cum pncipib angelorum ⁊ cū omi militia celestis exercit. Erat itaqȝ vt dicit Ambrosi ad Sabinū Primus homo recens dei opus. confabulator assiduus. ↄtemplatione dignific. innocentia stipatus. caritate afflatus. sapiētia dotatus. prudentia fulcitus. iusticia vestitus. fortitudine vallatus. temperātia cōpositus. stabilitate firmatus. Hec ille. Ecce quante dignitatis fuit homo in sui prima creatione. Qui vere fuit vt bonū ⁊ optimū semen in agro paradisi creat ⁊ seminatus. Uez qꝛ vt dicit August. vbi supra Nulla est felicitas q̄ nō habeat inimicū. eo q inuidia ex opulentia orta est. vt dic Salustius li. i. Princeps omniū malorum quem scriptura inimicū hois appellat. duz vidit hoiem de limo terre ad imaginē dei factū et tantis donis ornatū mox illis spoliauit eundē ⁊ peremit. Sicqȝ pmus homo amisit temperātia. intēperatus factus est. perdita caritate malus inuentus est. Ponuntur verba de pnia. dis. ij. Princeps. Et breuit oib ꝟtutib homi a deo infusis. diabolus cōtraria vicia velut zizania tritico inseruit. vt dicūt ꝟba nr̄i thematis. In qb ꝟbis tria tangunt. Primo diuine bonitatis clementia. in eo q seminauit bonū semē i agro suo. Scdo humane tepiditatis negligentia. Cum dormirent hoies. Tertio diabolice iniquitatis ⁊ puersitatis malicia. quia inimicus venit et superseminauit zizania tritico. ⁊ abijt. A

Dixi primo q in verbis pmis describit diuine bonitatis clementia. in eo q seminauit bonū semen in agro suo. Et certe mag bonitas diuine clementie apparuit in hoc q nullis meritis exigentib humanā ↄdidit naturā ita bonam vt esset capax sūme beatitudinis ⁊ diuine fruitiōis. vt dic Damascenus li. ij. ca. ij. Et Augu. li. xi. de ciuita. dei cap. xxi. ⁊ li. xij. cap. ix. Circa quod sciendum. q deus in agro mundi huius seminauit triplex semen bonū. scȝ nature. fortune. ⁊ grē. De pmo quō seminauit semen bonū nature. De q̄ semine dic Hiere. ij. ca. ex persona dñi. Ego plantaui te vinea mea electa. omē semen verū. Notanter dicit electa. Non est eñ cōmunis vinea. sed electa. qꝛ nō ad cōmunē vsum. sed ad electū opus est creata humana natura. Uñ p excellentiam dr vinea electa. In cuius comparatione oēs alie creature sūt vt ortuli parui vl vineale paruule. eo q humana natura immediate ordinat ad deū. cum omnia propter ipam sint creata. ipa aūt ꝓpter solū deum. vt dic Hugo de arca Noe. Que etiaȝ dicitur omē semē verū ꝓpter naturalē incorruptōem in qua cōdita est. Istud semen est quasi fundamentū oīuȝ aliorum seminum. Nā tolle bonū nature. non est bonum fortune nec gratie. Magne ergo estimatiōis ⁊ pōderis deberet esse apud nos bona naturalia. sine quib omnia alia bona nō subsistunt. Sed di. q̄ sunt ista naturalia bona. aut cuius vtilitatis. Rñ. certe ista sunt

viuere moueri. sentire ⁊ intelligere. ꝑ que
cõuenim⁹ cũ oĩbꝫ creaturis. Nã viuẽdo
cõuenim⁹ cũ arboribꝫ ⁊ plantis. Mouen
do cũ celestibꝫ speris ⁊ elemẽtis. Sentien
do cũ aĩalibꝫ volucribꝫ ⁊ piscibꝫ. Intelli-
gendo cum deo ⁊ angelis. Preterea si re-
curramus ad istarũ potentiarũ officia. ⁊ i
strumenta. nõ parua bona eẽ inuenimus.
Nam sensus exteriores ad multa nob. de-
seruiũt. Quoꝝ quẽlibet cum amittim⁹ ir-
remediabili dolore ꝑcutimur. in omni pre
cio q̃ possum⁹ redimim⁹. ⁊ ablatũ incõpa
rabili thesauro reparamus. Attendamus
igiẗ pro quãto vellemus perdere audituꝫ
vel visum vel tactũ. ⁊ sic de alijs. Aut q̃n-
tũ estimamus bñficiũ si per aliquẽ medicũ
infectũ sensum aut debilitatũ nõ dico ab-
latũ recuperamus. mľto igiẗ magis debe-
mus ponderare dei beneficiũ ex cuius do
no p̃dictos oẽs sensus ĩmeriti ⁊ gratis re-
cipim⁹. Vñ si ꝑ toto mũdo nollet hõ ista
naturalia ꝑdere. certe multũ tenetur deuꝫ
diligere. q̃ tanta dignat⁹ est sibi exhibere.
Licet aũt homo gratis ista a deo recepe-
rit. tñ non gratis ea expendere debet. sed
oĩa ad laudẽ ⁊ honoreꝫ dei exponere. ⁊ ex
eis fructũ bonoꝝ operũ fructificare. sicut
dr̃ Coloß. i. Ambulate inquit digne deo
fructificantes in omni opere bono. Ad h̃
eñ data sunt nobis naturalia ista vt in bo
nis operibꝫ exerceanẗ. Unde dñs ꝯparat
ea q̃nqꝫ talentis q̃ dedit seruo ad negociã
dũ fideliter ⁊ fructũ afferendũ. ⁊ lucrũ re-
portandũ in tꝑe oportuno. Math. xxiiij.
ꝓmittens se remuneraturũ maioribꝫ bõis
seruũ fidelẽ q̃ predicta talenta bñ dispẽsa-
ret. vt diciẗ ibidem Math. xxv. Sed heu
multi sunt q̃ naturalibꝫ bonis abutuntur
Nã q̃dam ea abscondũt nec ea ad vtilita-
tẽ primoꝝ aut ꝓpriaꝫ exercere volũt vt de
sides ⁊ pigri. Et isti sunt siľes illi nequam
seruo q̃ talentũ sibi cõmissum abscondit.
Q̄d fit cũ hõ bonis naturalibꝫ sicut ẽ cog
nitio naturalis intellect⁹ nõ vtiẗ ꝓpter et-
na sed terrena. vt exponit Horra. Alij qui
expendũt sed inutiliter vt mundani curio
si ⁊ vani. O quãti sunt tales mali ẗui pru-
dentes in secularibꝫ. in tꝑalibꝫ. in vanis ⁊
caducis. in excogitãdis negociatõibꝫ. arti
ficijs ⁊ lucris alijs. in edificãdis domibꝫ.
castrꝫ. munitiõibꝫ. piscinis. predijs ⁊ q̃stibꝫ
alijs in inueniẽdis nouis coloribꝫ. sarturꝫ
inscisuris. foderaturꝫ. in cõponẽdis vesti-
bus crinibꝫ. cincturis et picturꝫ diuersis.
In his ṽo q̃ spectãt ad aĩam nullã diligẽ-
tiam facientes nec prudentiã scientes. De
q̃bus dr̃ ꝑ ꝓpham. Sapiẽtes sũt vt faciãt
mala. bona aũt facere nesciũt. Hi ẽ dicũẗ
abscondere bona naturalia aut saltẽ inuti
liter expẽdere. Sed diceres quomodo
abscondunt aut inutiliter expendunt. ex q̃
ea ita exercent in diuersis actionibus satꝫ
vtilibus vsui hũano sine q̃bus vita pñs ñ
duciẗ. Ad qđ rñdeo. Qꝛ oĩa p̃dicta licet
sint licita. tñ si nõ ordinanẗ in eterna om-
nino sunt inutilia. et quasi abscondita. ex-
quo non prouenit inde aliquis fruct⁹ aĩe.
Quis aũt non videat q̃liter multa acq̃rũt
diuites ex p̃dictis. Siľr supbi ⁊ vaneglo-
riosi ambitiosi ⁊ alij. q̃ tñ ex his oĩbꝫ mo
dicã vel nullã faciũt aĩe vtilitatẽ. In ele-
mosynis. pijs opibus. paupeꝝ sustentatio
nibꝫ ecclie ornatibꝫ et alijs honorẽ dei cõ-
cernẽtibꝫ. Vñ dicit Criso. q̄ sicut ille qui
semen accepit causa seminandi. ⁊ accipiẽs
tꝑe seminatõis nõ semiauit. dño suo dam
nũ facit. ⁊ si semen nõ ꝑdidit. Qui tñ pote
rat lucrũ facere si oportuno tꝑe seminasset
Ita iste qui bona tꝑalia accepit a deo ⁊ ea
nõ expendit ad honorẽ dei sed ad vanita-
tẽ seculi. ex q̃ lucrũ nõ fecit damnaẗ ⁊ inuti
lis seruus iudicaẗ. Math. xxv. queꝫ dñs
iubet mitti in tenebras exteriores vt dici
tur ibidẽ. vbi erit fletus ⁊ stridor dentiuꝫ.
De scđo patet quõ de⁹ ex bonitate sua g̃-
tuita seminauit in agro hui⁹ mundi bona
fortune q̃si aliud semẽ bonũ quo sustenta-
ri possum⁹. De q̃ semine diciẗ Geñ. xlvij.
vbi ꝓpľs egypti dixit ad Joseph. Eme nos
in seruitutẽ regiã ⁊ p̃be nobis semen ne de
ficiente cultore t̃ra redigaẗ in solitudineꝫ.
Et ait Joseph. Accipite semina ⁊ serite a-
gros vt fruges habere possitis. Hoc ser-
uauit expresse deus cum p̃mo homĩ dixit.
Producat terra herbã virentem ⁊ facien-
tẽ fructũ. vt sit vobis ⁊ cũctis animantibꝫ
in escam. Per quod significat oĩa fortu-
ne bona que homĩes ꝑ industriã acq̃runt.
ordinantes ea ad sustentationẽ corꝑis sui
Nã sine ip̃is subsistere nõ possꝫ eo q̄ calor
naturalis agit in corpus. Unde si nõ ha-
beret cibum cõsumeret corpus hominis.
Et si enim ꝑ cibum homo nõ possit repa-
rari in humido radicali. põt tñ retardari

ne ita cito cõsumatur. sicut oleũ ⁊ licmẽ in
lampade nõ põt se defendere quin consu-
matur sed retardatur ab oleo ne tam cito
cõsumatur. Omẽs ergo diuitie humãe ad
hoc date sunt homini vt eas ad sustentati
onẽ corpis sui ⁊ vtilitatẽ proximi ꝯuertat
Nam sicut sunt diuitie adiuuamenta bo-
nis. sic et reprobis sunt nocumenta si eis
abutunť. Dicit Ambro. libro. viij. sup Lu
cam. Unde Hiero. in epl'a ad Sabinam
Diuiti non obsunt opes si bene vtatur eis
Bonus vsus diuitiaꝝ est si in eis fiduciã
non posuerit vt eas paupibus erogauerit
Nã sicut dicit Beda super Lucã. xij. cap.
Nõ rephenditur diues ꝙ terrã coluerit.
vel fruct⁹ in horrea congregauerit. sed ꝙ
fiduciã vite in his posuerit vel pauperibꝫ
nõ erogauerit. Nec ideo diues nõ exaudi
tur in inferno positus. qꝛ diues fuit in mũ
do. sed qꝛ in diuitijs posit⁹ pauperẽ exau-
dire noluit. Augusti. in omelia de diuite.
Hinc est ꝙ diuitie bene dicunť semen. qꝛ
seminari debent per diuites vt crescant ⁊
multiplicentur. fructũq; afferant in celo.
Iuxta illud. ij. ad Coꝝ. ix. Multiplicabit
semen vr̃m et augebit incrementa fruguꝫ
iusticie vr̃e. Sicut em̃ videm⁹ si semẽ nõ
seminať minuiť. Si semiať multiplicať et
augetur. Unde apl's dicit. Qui parce se-
minat. parce et metet. Et qui semiat in be
nedictiõibꝫ. de bñdictiõibꝫ ⁊ metet vitã et̃
nam. Ecce bonus fructus hui⁹ seminis.
De tertõ quõ deus ex bonitate sua gratui
ta seminauit bonũ semen gr̃e in agro hui⁹
mundi. De q̃ Isa. j. dr̃. Nisi dñs reliq̃sset
nobis semen sicut Sodoma fuissemus. ⁊
sicut Gomorra similes essemus. Uere sic
est. Nam sine gr̃a nihil valent bona natu-
ralia vl' fortuita. Nam quid ꝓdesset homi
ni si haberet vitã nature ⁊ vitã opulentaꝫ
fortune. ex q̃ nõ hr̃et vitã gr̃e. ꝑ quã solam
habet veꝝ ⁊ bonũ esse. Naꝫ ex sola gr̃a ha
betur humana sufficientia quantũ ad esse
bonũ. cũ homo ex suis naturalibus ñ pos-
sit aliq̃d cogitare meritorie a se quasi ex se
sed sufficientia ei⁹ ex deo est. ij. Coꝝ. iij. et
ideo Isaias bñ dixit ꝙ sine tali semine fu-
diem nouissimū sunt in quodam exercitio et quasi quodā ministerio diuine seruitutis vnūquodqꝫ iuxta conditionē suam officium suum implendo. Nam supcelestes angeli non sunt ociosi sed semper laudant deum dicentes. Sanctus Sanct⁹ Sanctus dominus deus sabaoth. ꝛc. Etiam quidā eorū mouent orbes celestes. vt dicit Holgoth Sapientie. xvi. Intellige delectabiliter sine pena et fatigatione. vt dicit philosophus. x. methaphisice. Quidam vero secreta diuina inferioribus annunciant ꝛ alios illuminant purgant ꝛ pficiunt. Alij vero vt inferiores ad nos in custodiam et protectionem contra demones in mundum diriguntur. vt dicitur ad Hebreos secundo. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Dicit Gorra. Omnes de qualibet hierarchia. prima: media: et infima. licet nō semper mittuntur de superiori nisi ex causis specialibus ſm eum. Secundo creature celestes. vt stelle: sol: luna: et alia corpora sunt in continuo motu et nunqꝫ quiescūt. Iuxta illud. Oritur sol et occidit ꝛ in circulos suos reuertitur. ibiqꝫ renascens girat per meridiem. Et si cui dubium est saltim per hanc rationem de motu solis continuo certificetur. Quia eo motu crescunt et decrescunt: et eo cessante cessarent viuere. sicut dicit Holgoth super librum Sapientie. capitulo septimo. Unde Plotinus sicut narrat Macrobius super somnum scipionis libro primo versus finem. dicit ꝙ sol est cor celi. ideo: quia sicut corde cessante a motu animal viuere nō potest. Ita nec quicqꝫ viuere potest motu solis cessante. Etiam luna moueri ex eo arguitur. quia ista inferiora motu suo nunc humectantur: nunc desiccantur. sicut dicit Macrobius in saturnalibus. prope finem. Et ita de ceteris stellis verum est ꝙ sunt in continuo motu. et cursus suos peragunt ſm determinata tempora. Tertio creature medie. scilicet aeree: terrestres: et aquatice. sunt in cōtinuo exercitio. Nam aer iste est in continuo flatu et nunc inspiratur: et nunc respiratur. nunc ad orientem: nunc ad occidentem ventilatur. De quo in Psalmo. Qui producit ventos de thesauris suis. Aues vero in aere semper volitant et circueunt mare et aridā. Aqua semper fluit et refluit. omniaqꝫ flumina intrant mare. et iterum fluunt de mari. Pisces maris qui perambulant semitas maris. quidam vadunt ad retia in vsum hominum. quidam ludunt homini in ammirationem et quidam in exercitationem. et quidā in penam. Similiter animalia pusilla cum magnis omnia suo modo laborant in officijs eis iniunctis. licet non laborant pro necessitate corporis neqꝫ nent Mathei. vj. Sic ergo omēs creature detestantur ocium: et amplectuntur labores ad exemplar homini ostendendum. Insuper. Omnis spiritus laudat dominum. vt dicitur in psalmo. cl. Et ignis grando nix glacies spiritus procellarū faciunt verbū eius. Hoc est. officia iniuncta eis pagunt.

F Secundo scriptura dissuadet ociū tam veteris qꝫ noui testamenti. Et pmo Genesis. ij. dictum est homini. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Secundo Dauid dicit. In labore hominū nō sunt. Et sequit̄. Ideo tenuit eos superbia. operti sunt iniquitate et impietate sua. Tertio Salomon dicit Prouerbiorū. xix. Anima dissoluta esuriet. Exponit Gregorius in pastorali parte tertia. Esuriet. scilicet semper spargendo desideria per voluptates. Et iterum Prouerbiorū. xxj. idem dicit. ꝙ in desiderio est omnis ociosius. Dicit eni. Desideria occidunt pigrum. noluerunt enim quicqꝫ manus eius operari. Et Prouerbiorum. xx. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate. et nō dabitur illi. In nouo etiam testamēto saluator de ocioso dicit. Quia dyabolus inueniens eum vacantem: dicit. Reuertar in domū meam vnde exiui. Et sic assumptis septem nequioribus se ingressi habitat ibi vt dicitur Mathei. xij. Ecce graue damnum ex ocio. scꝫ supbia. iniquitas. ꝛ impietas. esuries et mendicitas. et super omnia demonū societas. G Tertio sanctorū exempla dissuadent nobis ocium qꝫ veteris tam noui testamenti. Et primo exemplum primi nostri parentis qui expulsus de paradiso habitauit contra eden. ad significandum qꝫ vt dicit Aug⁹ in li. de bap. paruulorū. Quia in laboribus qui sunt delicijs contrarij. erudienda est caro peccati. Eden enī interpretatur sedes deliciarum

Item Noe vir iustus in generatione sua
centum annis archam fabricauit. vineam
plantauit: et labores manuum suarũ man
ducauit. Genesis. vij. viij. et. ix. capitulis.
Item Abraham fuit tante prouidentie:
vt haberet boues asinos et seruos pluri-
mos. vt dicitur Genesis. xij. et quod plus
est tantum diues erat vt scriptura de eo
non taceret sed diceret. ꝙ erat diues val-
de in possessione auri et argenti. Genesis
xiij. in principio. Jsaac ꝗꝫ filius eius non
ociosus: sed studiosus et operosus circa
agrum seminauit in terra sua. et inuenit il
lo anno centuplum. Benedixitqꝫ ei domi
nus: et locupletatus est homo. et ibat pro
ficiens atqꝫ succrescens donec magnꝰ ve-
hementer effectꝰ est. Habuitqꝫ possessionẽ
ouium et armentorũ et familie plurimum
Genesis. xxvj. Sed et Jacob in seruicijs
duris seruiuit apud Laban auunculum
suũ pro duabus vxoribus pascendo gre-
ges et fodiendo puteos annis quatuorde
cim: vt dicitur Genesis. xxix. Lõgum est
pertransire omnes patriarchas qui pasto
res ouium se appellari non sunt dedignati
vt patet Exodi. Ueniamus ad christum
caput nostrum. Et de ipo quoqꝫ scribitur
ꝑ psalmistam. Egenus et paup̱ ego sum.
Et iterum. Pauper sum ego: et in labori-
bus a iuuentute mea. Qꝫ si non credis: au
di quid Johãnis quarto dicitur. Et ihe-
sus quidez fatigatus ex itinere sedebat sic
supra fontem. Fatigatio autem illa erat ex
discursu ꝑdicationis: quo circuibat ciui-
tates et castella docens et sanans omnes.
vt dicitur Marci sexto. Sed nec minus
apostoli hocipsum fecisse leguntur. Petrus
siquidem primo post vocationem etiaꝫ re
dijt sepius ad piscationem cum Johanne
⁊ Jacobo et filijs Zebedei. vt dicitur Lu
ce q̇nto. et Johãnis. xxj. Paulus de se di
cit. Qꝫ operatus est manibus ne quenqꝫ d
fidelibus grauaret. Infiniti sancti labori
bus victum quesierunt. Sed quid recen-
seo historias: breuiter concludo. ꝙ nõ nisi
post laborem aliquis sanctorum quieuit
in celo. siue sit labor corporis: qui valet
ad opera pietatis. Juxta illud apostoli.
Laboret autem magis manibus suis: vt
habeat vnde necessitatez pacienti tribuat.
siue spiritualis: qui dicitur ipe pietas que
ad oĩa valet. j. Thimo. iiij. Sicut ergo
maxima est vtilitas ex labore siue corpo-
rali siue spirituali iustis proueniens. sic
maximum damnũ reprobis ex ocio subse-
quens. Nam dicit Bernhardus libro se-
cundo de ꝯsideratione. Ociositas est ma-
ter nugarum nouerca virtutũ. Facit eñ
virum fortem precipitari in reatũ. et suffo
cata virtute nutrit superbiã et viam con-
struit ad gehennã. Ideo Hieronimꝰ dic.
semper opis aliquid facito vt te dyabolꝰ
inueniat occupatum. Dyabolus est sicut
fur qui videns equum ociosum in campo
ascendit ipsum. nõ sic autem occupatum
labore. Unde ociosus est sicut castrũ sine
muro: quod ab hoste capitur facile. Et si-
cut terra sine cultura: que spinas viciorũ
profert. Et sicut arbor autũnalis infruc-
tuosa et mortua. Et sicut vinea neglecta.
Ideo fratres charissimi excussa negligen-
tia labori salutifero insistamus. vt per vir
tutũ exercitia possimus peruenire ad eter
na premia. Ad que nos perducat pater et
filius et spiritussanctus Amen.

Dominica in septuagesima. III
Sermo. XXXVI

Te et uos in ui-

i neam meam. et quod iustũ fue-
rit dabo vobis. Mathei. xx. c.
Sicut dicit maximũ et gloriosum lumen
omnium ecclesiarum sole splẽdidius bea-
tus Augustinus in libro de nouo canti-
co. Tria sunt genera hominum que odit
deus. scilicet remanentes: retrocedentes.
et oberrantes. Excitandi sunt remanen-
tes. retrocedentes reuocandi. errantes in
viam reducẽdi. tardi exhortandi. celeres
imitandi. Qui non ꝓficit remansit in via.
Qui forte ampliori proposito declinat ad
illud quod deterius reliquerat reuersus
est retro. Qui fidem deserit a via errauit.
Hec Augustinus Cum igitur in vita pre
senti multi remanentes retrocedentes et
oberrantes sint: volens dei filius omnes
ad profectum salutis eorum dirigere hor-
tatur remanentes vt ad bonũ assurgant.
reuocat retrocedentes vt in incepto profi
ciant ⁊ bonũ nõ deserãt. ⁊ errantes ad viã
reducit. vt rectis gressibus in via salutis
incedant. ac per hoc omnes ⁊ singulos ad

salutarem laborem animās spe mercedis
et congruentie future hortatur dicens.
Ite et vos in vineam meā: et quod iustū
fuerit dabo 7c. In quibus verbis tria de-
scribuntur. Primo enim describitur dei
ammonētis benignitas cum dicitur. Ite
et vos. Secundo describitur merendi
oportunitas: cum dicitur. in vineā meam
Tertio promittitur premiorū eternorum
prompta liberalitas: cū dicitur. quod iu-
stū fuerit dabo vobis. A

Dixi primo ꝙ in verbis pre-
missis primo de-
scribitur dei ammonentis benignitas: cū
dicit ex persona sua. Ite et vos. Revera
magna benignitas hortari incitare am-
monere ad salutem quos iusticia exigente
posset in momento etiam deprimere in ge
hennam. Dicit ergo. Ite et vos. Paren-
dum est huic ammonitioni ymo ꝑceptiōi
ꝓpter duo. Primo ex parte precipientis
ꝓpter tria. Secundo ex parte nostra ꝓpter
alia tria. Ex parte ꝑcipientis christi. pri-
mo ideo. quia est potentissimus. unde po-
test etiam invitos cogere ad eundū. Jux-
ta illud Hester. xiij. In ditione tua cūcta
sunt posita: et nō est qui possit resistere vo
luntati tue. Dominus enim omniū tu es.
Secundo. quia est sapientissimus. Unde
nihil potest ꝑcipere erroneū: cum sit sapi-
entia dei patris ꝑ quem fecit 7 secula. He
bre. j. Et per quem attingit a fine usqꝫ ad
finem fortiter et disponit omnia suaviter.
ut dicitur Sapientie. viij. Quia ipse est
optimus. unde nihil in eo malivolū Jux-
ta illud Luce. xviij. Nemo bonus nisi so-
lus deus. Quid ergo restat ex predictiꝫ ni-
si parere iussioni. obtemperare ꝑceptioni
et obsequi sue ammonitioni. Secūdo pa-
rendū est huic ꝑceptioni ex parte nostra.
eo ꝙ non est aliqualis excusatio aut excu-
sationis occasio in nobis nō parendi. per
quā iuste et legitime possemus ab execu-
tione huius mandati excusari. Et primo
ratione cōmoditatis omniū circūstantia-
rū. scꝫ temporis habitationis et societatꝫ.
Tempus siquidē in quo nobis precipitur
est multū accōmodū congruū et ꝑ omnia
arridens. sicut canit ecclesia hodie. Dies
absoluti pretereunt. dies observabiles re-
deunt. tempus adest 7c. De quo dicitur. ij
Corinth. vj. Ecce nunc temp⁹ acceptabi
le. ecce nunc dies salutis. Ad quid autem
acceptabile: ostendit Salomon Eccle-
siastes. iij. dicens. Tēpus nascendi. scꝫ vir
tutes. et tempus moriendi: scꝫ vicia. tem-
pus plantandi. scꝫ bonas cogitationes. 7
tēpus evellendi: scꝫ suggestiones dyaboli
Tempus occidendi malā voluntatem. et
tempus sanandi. id est. satisfaciendi. scꝫ ꝓ
cōmissis delictis. Tempus destruendi. et
tempus edificandi. destruendi mala. edi-
ficandi bona. Unde idem Salomon hor
tatur Ecclesiastici. iiij. dicens. Fili obser-
va tēpus et declina a malo. Et ostendēs
quosdam tempore abuti. dicit Ecclesia-
stici. xx. Lascivus et imprudens non ob-
servabit tēpus. Sunt autem quatuor q̄re
istud tempus vite ꝑsentis est valde a no-
bis observādū. tum quia breve. tum quia
instabile. tum quia irrevocabile. tum quia
oportet de eo rationem reddere. Primo
ergo quia est breve: nō est inutiliter expen
dendū. Job. xiiij. Breves dies hominis
sunt. j. Corinth. vij. Tēpus breve est. Sa
pientie. ix. Homo infirmus et exigui tem
poris. Vetule peregrinantes non solent
in via diu sedere sicut viri: quia tarde am
bulant. et quia tota dies quantūcūqꝫ lon-
ga vix eis sufficit ad attingendū terminū
sibiipsis positū. Ideo scientes suam tardi
tateꝫ et temporis brevitatē cito festinant.
Sic nos facere debemus qui sumus mo-
do debiles sicut vetule. patres nostri erāt
gigantes velociter currentes. Psal. Ex-
ultavit ut gigas ad currendū viā. Quod
potest dici de quolibet sancto: qui erant
nimis fortes in divino servitio. ꝓpt' abun-
dantiā charitatis qua fervebant ad deū.
Nos vero in quibus refriguit charitas:
ut dicitur Math. xxiiij. in comparatione
ipsorꝫ sumus ut locuste fragiles 7 debiles.
7 ideo tempus nobis cōmissum valde de-
bemus ponderare ut utiliter expendam⁹
Secundo observandū est tempus: quia
est instabile. quia non potest diu servari. 7
ideo statim est vendendū vel cōmutandū
Ecclesiastes. viij. Tēpus velut umbra ꝑ-
terit. Et Sapientie. ij. Umbre similis est
trāsitus noster. Umbra ita cito currit sicut
lux que velocissima est. Sic currit 7 tēp⁹.
ideo breve est ut dicit philosoph⁹. vj. phi
sicorꝫ: ꝙ de tēpore nō habemus plus nisi
nūc vel instans. quasi nō stans. q̄ nūqꝫ in

eodem statu pmanet. Unde nescio q̄ rōne veꝝ dicit homo ꝺ se in etate prouecta. habeo q̄nquaginta vel sexaginta annos: cū nō habeat vnam diem neq̧ vnam horam ꝓpter transitū precedentem ꝛ ꝓpt᷑ fluxum preteritū q̄ nihil est in se. Unde Ouidius Labitur occulte fallaxq̧ volubilis etas. Et nichil est annis velocius. tamen quia labitur occulte multi nō aduertunt ꝙ pretereat tempus. Ecci.xj. Est q̄ locupletatur parce agendo. ꝛ nescit ꝙ tempus pretereat et mors appropinquet et relinquat omnia alijs. Tertio obseruandū est tempus quia irreuocabile. Nam si quis pdiderit diuitias potest recupare eas. si sanitatem potest recupare omnia p̄ter temp⁹. Reuersio enim finis nostri ꝯsignata est et nemo reuertit᷑. Sapiētie.ij. Et Job.xvj. Ecce enim breues anni transeunt: ꝛ semitam p quam non reuertar ambulo. Unde Ouidius. Nec que preterijt iterum reuocabitur vnda. Nec que p̄terijt hora redire potest. Quarto est obseruandū: quia de ipso rationem debem⁹ reddere. Si enim tuum esset: posses damnū tuum tollerare. nunc autem quia mutuo accepisti oportet te de ipso rationē ponere. ideo illud amittere non est damnū leue. Unde Trenoꝝ p̄mo dicitur. Uocauit aduersum me tempus. Et Bernhardus dicit. Omne tempus tibi inpensum requiretur a te qualiter sit expensum. Et Anselm⁹ dic̄. O anima mea quid dictura es. Si enim seruus damnatur quia reddit pecuniā non multiplicatam. q̄d factur⁹ est q̄ nec habet quā referat. ymo illam amisit. Quid dicturus est q̄ ita negligenter custodit. qui nec dum scit vbi vel qualiter amisit. O quid dicturi sunt illi q̄ dicunt hodie. deducam⁹ tempus in solacijs. O miserabile solaciū qꝺ sequitur eternū supplicium. De talibꝫ conqueritur Job.xxiiij. Dedit ei deus tēpus penitentie et ip̄e abutitur eo. Hoc deberent ponderare nostri curienses cōsumentes tempus in iocis: vanitatibꝫ et ludis. in voracitate. ebrietate et luxuria. quorū omniū villani sunt meliores qui nunquā p̄tereunt tēpus. ymo causantur ꝙ eis non supperat ad labores necessarios. q̄ raro inueniuntur vacare illicitis. Secundo parendum est huic preceptori ꝓpter commoditatem habitationis loci. Habitatio nostra est in loco ꝯgruo ad laborem et apto ad opationē: qm̄ sum⁹ in loco omnibꝫ necessarijs sufficienti. ita vt nullus possit dicere. nō sufficiūt mihi pro labore alimēta. nō vestimēta. de his dn̄s sollicit⁹ est p nobis Math.vj. Hinc ꝓpheta ait. In loco pascue ibi me collocauit. Optima pascua nature doctrine et gr̄e. Quid ergo restat nisi operandū. Uerum et si locus est apt⁹ ad temp⁹: tn̄ multū timendū est ꝙ nimis est ruinosus. Unde Augustin⁹ in quodaꝫ sermone. Ecce ruinosus est mundus. Et sup epistolā Johannis dicit idem. ꝙ mūdus trāsit ꝛ ꝯcupiscētia ei⁹. Tertio ad parendum huic iussioni facit cōmoditas societatis. Multi enim sancti sunt fuerūt ꝛ erunt in ecclesia dei q̄ nobiscum collaborant. Unde circa p̄mam tertiā sextā nonā et vndecimā horas exiuit dn̄s et cōduxit vniuersos in vineam. Hebre.x. Considerem⁹ inuicem in ꝓuocatione caritatꝫ ꝛ bonoꝝ opeꝝ. Et sequitur. consolantes tāto magꝫ q̄nto videritꝫ diem appropinquantem retributiōis. Ubi glosa dicit. Subleuatio laboris est visio collaborātꝫ Cass. sup psal.lxxx. Perfecti viri cōmunibus se hortant᷑ exemplis. ꝛ alter alteri⁹ virtutes imitantes mutue dilectionis se incendio cōprehendūt. Sic econtra mala societas multū est piculosa. Uñ glosa ꝓuer.ij. dic̄. Malā societatē fuge. ne mala q̄ aspicis et corrigere non vales imitari incipias. Ex cōuictu eñ mores formant᷑. qꝛ q̄ tangit picem coinquinabit᷑ ab ea.

B

Dixi secundo ꝙ in verbis p̄missis describitur meritoꝝ humanoꝝ fructuositas cū dꝛ: in vineam meā. Sicut dꝛ Joh.xv. Christus appellat se vitem: discip̄los aūt suos palmites. Ex quo oportet ꝙ sit loc⁹ vitis et palmitis: q̄ merito dicatur vinea Hec autē est ecclesia catholica in qua cristus vitꝫ est: et fideles sūt palmites. Quisquis ḡ v̄e vult fidelis appellari. necesse est vt sit palmes verus et in vite manens. vt dicitur ibidem. Et ideo dixi ꝙ hic describitur oportunitas meritoꝝ nostroꝝ. Merita enim nostra nullibi possunt esse fructuosa nisi ī vinea dn̄i. i. in ecclesia. eo ꝙ extra ecclesiā nō est merendi loc⁹. qꝛ ibi non habetur gr̄a nec sp̄ūssanctus nec remissio pctōꝝ.j.q.j. remissionē. ꝛ.c. mlti.xxiiij.q.j.

Alienus. Si ergo quis vult mereri vitaꝫ
eternam oportet vt sit in hac vinea. ⁊ cum
hoc vt coniūgatur et adhereat viti cristo.
scꝫ per caritatem. xxiiij. q. iij. Cum quis. et
xciij. dist. legimꝰ. Licet aūt vt puto conue
nienter in sermone pcedenti assignauimꝰ
conuenientiā et similitudinē ecclesie ad vi
neā. et posuimꝰ multiplicē distinctōem vi/
nee. tñ p aliquali edificatiōe et diffusione
istiꝰ materie h solū de duplici vinea subiūi/
gemꝰ. Est āt pma vinea generalis omniū.
scꝫ sancta et vniuersalis ecclesia. Est ⁊ alia
singularis et specialis cuiuslibꝫ xpiani. scꝫ
ꝯscia ppria. Et Bern. sup cantica sermone
xxxi. dicit ꝙ vinea ecclesia sancta est. in q̄
apostoli palmites. dñs vitis. ⁊ pater agri/
cola est. In fide plantata. in caritate radi/
cata nutrita et defossa surculis discipline.
penitentiū lacrimis rigata. stercorata pdi
cantiū verbis. Et sic sano exuberās vino
in quo est leticia. sed nō luxuria. vino toti
us sanitatis nulliꝰ libidinis. Hoc certe vi
nū letificat cor hoīs. hoc constat et ange/
los bibere cum leticia. Deniqꝫ gaudent in
penitentia et ꝯuersione peccatoꝝ salutem
hoīs sitientes. lacrime penitentiū vinum
eoꝝ. Hec ille. De pma dr in psalmo. lxxix.
Vineā de egypto trāstulisti. Innoc. dicit.
Vinea dñi ē ecclesia pꝑter sex causas. Pri
mo pꝑter inutilitatē ligni abscisi. Non eñ
vtile est lignū vitis abscisum nisi ad com/
bustionē. Sic homo abscisus ab ecclesia.
Ezech. xv. Fili hominis q̇d fiet de ligno
vitis ex omibꝰ lignis nemoꝝ que sunt in/
ter ligna siluaꝝ. Nunq̇d tolletur de ea lig/
num vt fiat opꝰ. aut fabricabit̃ de ea paxil
lus vt dependeat in eo q̇dcūqꝫ vas. Ecce
igni datū est in escam. Hac rōne ecclesia
dr fons a quo si q̇s pscisus est arescit. xxiiij
q. i. Omnibus. Secūda rō. qꝛ vinea tor/
mento fructificat. scꝫ in fossione terre ⁊ ab
scisione ramusculoꝝ. Si autem in pace di
mittit̃ tunc degenerat et nō facit fructum.
Sic ecclesia tribulationibꝰ ⁊ oppressiōibꝰ
magis magisqꝫ fructificat. Unde dñs cō/
querens de vinea ista dicit Isaie. xxvij.
In prelio gradiar super eam. succendā eā
pariter. quasi di. Parū fructificat in pspe/
ritate. sed ego faciā eam fructificare in ad/
uersitate. Et tangit consuetudinē quarū/
dam regionum in quibusdam locis multi
plicantur vinee ꝙ quasi in siluas degene/
rant. et tunc homines cōburunt eas. ⁊ po
stea optime fructificant. Tertia rō. quia
sola vinea vinum habet. Sic sola ecclesia
vinū doctrine salutaris habet. Unde di/
cit ecclesia Canticoꝝ. viij. Dabo tibi po/
culum ex vino condito. Vinum conditū
dulce est et medicinale. Math. vi. Nūq̇d
colligunt de spinis vuas. Quasi diceret.
Non habetur salutaris doctrina a iudeis
aut gentibus aut hereticis. sed tñ ab ec/
clesia. Quia de illis dicitur Deutronomij
xxxij. Fel draconum vinum eorum. et ve/
nenū aspidum. Quarta ratio. quia ex pin/
guedine debilitatur vinea ⁊ luxuriat. Sic
in vinea ecclesia ex abundantia tempora/
lium nascitur luxuria in palmitibus. scilꝫ
in clericis. et ex hoc debilitatur et insipi/
dum fit vinum. id est. doctrina ecclesie.
Quia multis potest dici illud Romano/
rum. ij. Qui predicas non furandū fura/
ris. qui dicis non mechandum mecharis.
Isaie pmo. Vinum tuum mixtū est aqua.
id est. carnali voluptate insipidū factum.
Sed olim dicebatur canticoꝝ. vij. Gut/
tur tuum sicut vinū optimū. Guttur sunt
predicatores. Sed modo vtinam bonuꝫ
esset guttur ecclesie quod tunc fuit opti/
mum. Quinta ratio. quia vinea radicata
inter petras in eminenti loco in radijs so/
lis melius vinum facit. Sic illi de eccle/
sia qui fundati sunt ⁊ firmati in duricia pe
nitentie. in eminentia vite. in feruore cari/
tatis. melius docent et operantur. Hiere/
mie. xxxi. Adhuc plantabis vineā in mon
tibus samarie. Samaria interpretatur cu
stos domini vel cōiuncta domino. Et pe
nitentia et caritas cōiungūt hoīem deo.
et deū habitū custodiunt. Math. iiij. Pe/
nitentiā agite appropinquabit vobis reg/
num celorum. Johanis. xiiij. Si quis di/
ligit me sermonē meū seruabit. ⁊ pater me
us diliget eum et ad eum veniemꝰ. ⁊ man
sionem apud eum faciemus. Ecce custo/
dia domini. Sexta ratio est. quia sicut vi
nea paxillis et baculis. ita ecclesia dei et
sanctoꝝ adiutorio celestium desideriorū
alligata et recta tenetur. Unde sponsa lo/
quens sanctis. id est. amicis sponsi Canti
coꝝ. ij. dicit. Fulcite me floribꝫ. stipate me
malis. quia amore lāgueo. Desideria eter/
noꝝ sunt flores. ex quibꝫ fructus bonoꝝ
operū sequunt̃. Eccl. vi. Vincula illiꝰ sūt

alligatura ſalutaris. Recte ḡ eccl'ia cōparatur vinee. de qua vlterius dr̄. trāſtuliſti ſcꝫ de infidelitate ad fidem. de errore ī veritatē. de prauis morib⁹ in ſanctā cōuerſatiōeꝫ. eieciſti gētes. i. ſupbos ⁊ voluptuoſos. ⁊ idolatras auaricie reprobaſti. ⁊ plātaſti eaꝫ. ex humilib⁹ et abiectis. j. Coꝝ. j. Uidete vocatiōeꝫ vr̄am fr̄es. quia nō mlti nobiles. nō multi ſapientes ſm carnem non multi potentes. ſed q̄ ſtulta ſūt mūdi elegit deus. Jn hac ḡ vinea cuilibet ē operandum. Juxta illud Gall'. vj. Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes Opus aūt vinee eſt vt plantetur per prelatos ⁊ p̄dicatores. j. Coꝝ. iij. Ego plantaui. appollo rigauit. Hiere. j. Conſtitui te vt euellas nociua ⁊ errores. deſtruas et diſperdas. ſcꝫ prauos mores. ⁊ diſſipes occaſiones. edifices ad fidem. ⁊ plātes ad v̄tutes. Jſta vinea. i. eccl'ia habet vulpes ipſam deſtruētes. de q̄buſ in canticis dr̄. ca. ij. Capite nobis vulpeculas paruulas q̄ demoliuntur vineas. Uulpecule ſūt heretici. quia callidi fedi ⁊ indomiti. ſm Thomam ibidem. Paruuli falſe humilitatis fictione. creſcentis doli ſuſpitiōe. velata veritate. Uel paruas ſm Gorram. id eſt ī ipſo inicio fraudis. ne maiores effecte amplius noceant. cum ſcꝫ creuerint in dolo. Ul' paruule. quia viles ſunt qui demoliuntur vineas. i. precipicia faciunt. i. ſuffoſſiones Uel demoliuntur vineas falſa ſcripturarū expoſitiōe. peſtifera conuerſatiōe. erratica predicatione. C Sed diceres Mat. xiij. dr̄. Sinite vtraq̄ creſcere. Reſpondeo h ſm Thomam ſuper Cantica. Uerꝝ eſt. ſi eſt ſpes de correctōne coꝝ permittendi ſunt. accepta ab eis cautione de fidei cultu. alias ſi nō eſt ſpes d̄ correctiōe tūc nō ſunt permittendi viuere. Sed nota ſupra quomodo ſunt capiēdi. Certe tripliciter. retib⁹. ſagittis. et canib⁹. Retibus id eſt ſententijs ſcripturaꝝ. Sagittis. id ē perfectione exemplorum bonorum. Canibus. i. ſagacitate ſubtilium diſputationū. Secūdo fodit̄ vinea per confeſſores. Uñ Ezech. viij. dr̄ confeſſori. Fode parietem. Et cum fodiſſem. ⁊ ecce oīs ſimilitudo reptiliū. quia poſt diligentem inquiſitioneꝫ in confeſſione apparent reptilia viciorum Tertō purgat̄ p̱ prelatos. Joh. xv. Oīmeꝫ palmitē nō ferentem fructū abſcidet eum. ⁊ omēm qui fert fructū. purgabit eū vt fructū plus afferat. Purgatō iſta fit p̱ iuſticie falcem. Unde Canticoꝝ. ij. Tempus putatōis aduenit. Sed diceres. q̄re purgat palmitem ferentē fructū. Rūdeo ꝓpt' duo: vt plus ferat fructū. ⁊ cum hoc: q2 ab omī vicioſa ſpecie nō ſolum ab ipo vicio cauēdū eſt. Unde et ſi non eſt malicia in palmite. tñ forte eſt ſpecies vel occaſio: niſi purgetur. Hinc apl's dicit. j. Theſſa. vlti. Ab omī ſpecie mala abſtinete vos. Quarto edificatur vinea p̱ viros iuſtos. Jſa. v. Sepiuit eam ⁊ edificauit turriꝫ ⁊ torcular extruxit in ea. Sepes em̄ eſt munimentū bene operantiū. quo ſepiuntur ne extermineñtur. Torcular patientia. Turris contemplatio. Uindemiatores eius ſunt angeli. Apoc. xiiij. Miſit angelus falcē in terraꝫ Math. xiij. Meſſores angeli q̄ colligēt zizania a tritico ⁊ ſeparabunt ab inuicē in fine mundi. D Secunda vinea eſt ſingularis. id eſt conſcientia cuiuſlibet iuſti. Et neglector huius vinee ſic increpatur p̱ Salomonem Prouerb. xxiiij. Per agꝝ hominis pigri tranſiui. ⁊ per vineam viri ſtulti. Et ecce totum repleuerant vrtice ⁊ operuerant ſuperficiem eius ſpine. ⁊ maceria lapidū deſtructa erat. Sed q̄d de malicia vinee dicimus nōdū bonitatē ei⁹ audiētes. Eſt etiā ſciēdū ꝙ ſm Berñ. ſup cātica ſmōe. lviij. ⁊. lxiiij. Uinea cuiuſlibet hominis eſt ſua cōſcia. in qua fides eſt vitis. virtutes palmites. botrus opus deuotio vinum. Et eſt vera ſilitudo. Naꝫ ſicut dicit Berñ. ſmone. lxiij. vbi. s̄. Nec abſq̄ vite palmes. nec virtus ſine fide aliquādo Sine fide em̄ impoſſibile eſt placere deo. Hebreo. xj. Jn hac ergo vinea vt dicit ſermone. lxiij. Berñ. Nihil incultuꝫ. nihil deſertum debet ſapiens derelinquere. Stultus vero iſta cuncta apud eum neglecta īueniens. cuncta iacentia. inculta et ſordida nō ē vinea. Stulto quō vinea ē. vbi nil plantatū. nil elaboratuꝫ. nuſq̄ paret. tota ſpinis ſilueſcit et tribulis. Stulti vita et vinea ſi fuerit. iam eſt redacta in ſolitudinē. vbi vitis v̄tutis. vbi botrus boni opis vbi vinū leticie ſpūal'. Q2 ḡ irridet ſapiēs. vt dictū eſt. s̄. vineam ſtulti ſignificat ſm Berñ. ꝙ bona nature et gratie que forte p̱ lauacrū regenerationis acceperat tanq̄ q̄ plantauit deus et non homo primam ſuā

vineā. in nō vineā: iste negligendo redegit deniqꝫ nō pōt vinea esse. Naꝫ stultus qui viuit. mortē potiꝰ amat. vt dicit Bern̄. q̄ꝫ vitā. Quō vita cū sterilitate. arboꝛ arida ⁊ in sterilitatē versa. nōne mortua iudicatur sic stultꝰ coꝛp̄o ꝙ inutiliter viuit mortuꝰ ē Soli ergo sapiēti conuenit habere vineā vel esse vineā. q̄ vitam hꝫ ⁊ lignū fructiferū in domo dei. Et sequitur post pauca. Bona vinea. iusti bona vita. imo bona vinea iustus. cui virtus vitis. cui palmes actio cui vinū testimoniū cōscientie. cui lingua torcular exp̄ssiōis. Ista vinea dꝫ curā gerere de duobꝫ. scꝫ de freq̄nti putatione ⁊ de custodia forti. De p̄mo pꝫ. Nā putatio cōscientie adeo est necessaria semꝑ vt n̄ modicū periculū faciat modica negligentia. Et in hoc rep̄hendit quorundaꝫ falsa securitas q̄ se putant pauca vel nulla emē datione digna habere. cū tn̄ dicat Bern̄. super cantica sermone. lviij. Quis ita ad vnguem oīa a se sup̄flua resecauit vt nil se habere putet dignū putatione. Et seq̄t. Credite mihi ⁊ putata repullulāt ⁊ effugata redeunt. ⁊ reaccendūtur extincta ⁊ sopita denuo excitant. Parū est ergo semel putasse quod sepe putandū est. imo si fieri possꝫ semper: qꝛ semꝑ qđ putari oporteat si nō dissimules īuenis. Et sequitur q̄ntū libet in hoc corpoꝛe manēs profeceris. erras si vicia putas emortua. nō magis compressa. Hec ille. De scđo quō necessaria est fortitudo custodie dr̄ Threnoꝝ. iij. Edificauit in giro meo ⁊ circūdedit me felle et laboꝛe. Ecce bonus murus. laboꝛ ꝯtinuꝰ et afflictio carnis. Hec em̄ custodiūt conscientiā. Iuxta illud. Castigo corpus meum: et in seruitutē redigo. O bona vinea sic plātata: sic putata: sic fortificata. Quisq̄s ita viuit vt bona planter ⁊ etiā diligētius cōsideret custodiatqꝫ. bonus ē vindemiatoꝛ. Dicit aūt Bern̄. super cantica sermone. lxiij. Qꝛ maxime cauendū est vinee a vulpibꝫ. Iuxta illud. Capite nobis vulpeculas paruulas que demoliunt vineas Vulpes em̄ intelligit detractores ⁊ adulatores. Detractoꝛ occulta vulpes. sꝫ adulatoꝛ manifestus. a q̄bꝫ vulpibꝫ cauenduꝫ ē. qꝛ adulatoꝛ ⁊ detractoꝛ capiēdus est bn̄ficijs atqꝫ obsequijs. monitis salutaribus et oꝛōnibus ad deū. quousqꝫ et detractoꝛ inuidiā et adulatoꝛ simulatōem deponat

Hec Bernhardus. E

Dixi tertio ꝙ in v̄bis p̄missis describit p̄mioꝛuꝫ eternoꝛū congrua liberalitas. cuꝫ dicitur quod iustum fuerit dabo vobis. Premiū istud est denarius diurnus. i. eterna beatitudo. que finem non habet. ⁊ datur oībus in hac vita bene laboꝛantibꝫ. Licet auteꝫ sit iusta et equa merces ista sanctoꝛū ⁊ premiū beatoꝝ quo ad congruentiā. eo ꝙ cōgruum est vt illis detur quies in futuro q̄ laboꝛauerūt in p̄n̄ti. Iuxta illud Apocal. xiiij. Amodo dicit sp̄us vt requiescāt a laboꝛibꝫ suis. Et sequitur. Opera em̄ illoꝛū sequūtur illos Hoc etiā addit ecclesia ₰m quosdam. et iustum est. vt qua mēsura mēsi fuerint. h̄ deo seruiendo vt eadem remetiatur eis ī futuro. cū deo cōregnādo. Luce. vj. tamen non est equalitas p̄mij ad meritū q̄ꝫtū ad ꝯdignū. Ex condigno em̄ importat eq̄litatē premij ad meritū ₰m rectā existimatiōem. Sed cōgruū solū ₰m liberalitatē donantis. ₰m qđ decet eū dare ex congruo. quia decet liberalitatem dei vt omī qui se non ponit obicē vitā et̄naꝫ tribuat. Dicit Thomas in scđo sn̄iaꝝ distinc. xxviij. q. iij. De hac mercede ⁊ p̄mio dicit Gen̄. xv. Ego merces tua magna nimis. bn̄ dicit magna nimis. Erit em̄ magna supra meritū. sicut dn̄s p̄mittit cētuplū accipietis ⁊ vitā eternam possidebitis Iac. j. dat oībꝫ affluenter. Plus em̄ dat q̄ꝫ aliq̄s mereat. Sap. iij. In paucꝫ vexati ī multis bn̄ disponet. Roma. viij. Non sūt condigne passiōes huiꝰ t̄pis ad futurā gl̄iam. bn̄ dicit. nō sūt ꝯdigne. qꝛ sunt supra sperantū. Phil. iiij. Pax dn̄i exup̄at oēm sensū. Ideo dr̄ Isa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit coꝛ tuū. Mirabit aūt hō qꝛ supra q̄ꝫ sp̄auit accipiet a dn̄o. iij. Re x. Nō credebā narrātibꝫ dōec ip̄a venirē ⁊ viderē. Itē. ē. desideratū. vn̄ Salomōi dictū ē iij. Re. iij. Hec q̄ nō postulasti dedi tibi. s. diuitias ⁊ gl̄iaꝫ. Itē. ē. cogitatū. j. Coꝛ. ij. Oculꝰ nō vidit. nec aurꝫ audiuit nec ī coꝛ hoīs ascēdit q̄ deꝰ p̄pauit diligētibꝫ se. De his q̄ttuoꝛ dr̄ Lu. vj. Mēsurā bonā. ecce p̄miū. ⁊ ꝯfertā. ecce ₰ꝫ. ⁊ coagitatā. ecce tertiū. ⁊ sup̄effluentē. ecce q̄rtū. dabūt in sinū vr̄m. Cogita q̄d vis. exopta. desidera. superat et excedit oīa illa felicitas. illa et̄nitas. illa beatitudo. Ad quam nos p̄ducat

Dominica sexagesime I
Sermo. XXXVII.

Vm turba mul

c ta esset cũ ihũ et de ciuitatibꝫ ꝓpe
rarēt ad eũ dixit ꝑ similitudinez
Exijt q̇ seminat seminare semen suũ Luc.
viij. Sic dīc magnꝰ pr̄ Aug. sup Joh. in
q̄dã omel'. Attulit xp̄s veritatē vt doctor
mãsuetudinē vt liberator. iusticiã vt cogni
tor Hec ille. Et merito xp̄s ista afferre de
buit mũdo q̄ nemo aliꝰ afferre potuit. p̄ser
tim cũ totꝰ mũdus in maligno positꝰ ⁊ er
rore pollutus ⁊ a dyabolo oppressus ⁊ pec
catis fuisset obnoxius. Quid ḡ mirũ si ho
mines ad se venire attrahebat. q̇ veritatez
oēs docebat. in veritate ⁊ caritate nō ficta
q̇ mãsuetꝰ ⁊ mitis sicut ouis ad occisiōez
ductꝰ oībꝫ se humiliabat. q̇ iusticiaz regni
celestis oībꝫ p̄dicabat. Sic ḡ turbe p̄dicã
te xp̄o velut odoriferꝫ floribꝫ oblectate cur
rebãt ad eũ dicentes illō Canti. j. Trahe
me post te. curremꝰ i odore vngētoꝝ tuoꝝ
Qd tractãs btũs Ber. sup cãti. s̄mo. xxij.
dicit ꝙ cũ xp̄s factꝰ eēt nob̄ sapīa a deo iu
sticia iustificatio ⁊ redēptio. ex his tãq̄ȝ vn
gētis p̄ciosissimis sup mōtes aromatũ de
celestibꝫ spēbꝫ cōfectis tãta eccl'ie nares o-
doris suauitas repleuit vt mox a q̄ttuor
ꝑtibꝫ mũdi excitata illa dulcedine supnuz
ꝓperaret ad spōsũ tanq̄ȝ vera illa regia au-
stri festinãs a finibꝫ t're audire sapiam Sa
lomōis. opiniōis siq̇dē odore. i. fame bone
noticia ꝓuocata. q̇ vsq̄ȝ is q̇ ab eterno ex p̄re
sapīa erat. factꝰ ē in tp̄e iusticia iustificatō
⁊ redēptio. vt hoꝝ q̄ȝ in odore currere pos
set. Hec Ber. Merito ḡ ad xp̄m currebãt
turbe sic n̄r̄m thema dicit. Cũ turba mlt̄a
esset cũ ihũ. In q̇bus v̄bis tria describunt̄
Primo describit̄ hoīm erga xp̄m affectio
⁊ deuotio feruentissima. cũ dr̄. Cuȝ turba
plurima eēt cũ ihũ ⁊ de ciuitatibꝫ ꝓperarēt
Scd̄o diuine manifestatōis digtio ḡtio-
sissima. qr exijt q̇ semiat. Tertio eiusdē ver
bi dei cōmendatio excellentissima. cũ dr̄.
seminare semen suum. A

Dixi primo ꝙ in v̄bis p̄mis-
sis p̄mo describi
tur hoīm erga xp̄m affectio ⁊ deuotio fer-
uētissima. cũ dr̄. Cũ turba mlt̄a eēt cũ ihũ
et de ciuitatibꝫ ꝓperarēt ad ihm dixit ꝑ simi
tudinē ⁊c. Affectio ⁊ duotio istiꝰ turbe ad
xp̄m ex qua ꝓperabãt ad eũ. nihil aliud in
nobis: nisi celerē ⁊ festinã cōuersionem ad
xp̄m significat. Ex q̇ em̄ nescimꝰ diē neq̄ȝ
horã mortꝫ n̄re. ⁊ ex q̇ nescit hō finē suum.
certe sine dilatiōe dȝ ꝓperare ad xp̄m. Ju-
xta illō Ecci. v. Ne tardes cōuerti ad de-
um. ⁊ ne differas de die in diē. Et q̄ȝuis
multa sũt hoīem agitantia stimulãtia ⁊ at
trahentia ad deuȝ. mirũ est tñ ꝙ nō ꝓperat
ad eũ. Primũ ḡ agitãs seu cōpellēs ad de-
um est timor. De q̇ dicit poeta. Pedibꝰ ti
mor addit alas. ⁊ reuera si nolumꝰ decipi
multas cãs ruine homo inuenit in se ⁊ ex
se, ꝓpter q̄s necesse est eum ꝓperare ad xp̄m
vt euadat ruinam sibi imminentē. Nam
si homo cōuertit se ad sanitatē ꝓpriã. inue-
nit. qr illa est sicut lasciuus equus. de quo
timendũ est ne ꝓpter sui vehementiã p̄cipi
tet̄ vbiq̄ȝ in foueã. Vñ Gen. viij. dr̄. Pro-
ni sunt sensus hoīs in malũ ab adolescen-
tia sua. Si v̄o conuertit se ad fragilitatez
suã inueniet se omino infirmũ. qr spũs qui
dē ꝓmptꝰ est: caro aũt infirma. Mat. xxvj
Et ob h̄ facile seducibilis ⁊ difficile erigi-
bil'. qr ꝑ se cadit ⁊ ex se ꝑ se aũt aut ex se nō
resurgit. vt dīc Isi. li. p̄mo de sũmo bono.
Hinc dr̄ in ps̄. Qr hō est spũs vadens ⁊ nō
rediens. Si etiã se conuerterit ad hostem
est ibi timor maximus. Nam si consideret
hostē carnē hostē domesticũ. magnꝰ timor
qr iuxta Boetiuȝ. Nulla pestis efficacior
ad nocēdũ q̄ȝ familiaris seu domesticꝰ ini
micꝰ. Et iuxta dictũ saluatoris. Inimici
hoīs domestici eius. Hic em̄ hostis n̄ris
armis ꝯ nos dimicat. ⁊ n̄ris sagittis et lã-
ceis ꝯ nos pugnat. qr corp̄o q̇ carni subue
nimus. hostē nutrimꝰ. dicit Gre. in mora.
Et Bern̄. in exhortatiōibꝫ. Si aũt homo
cōuertit se ad aliũ hostē. scȝ mundũ. et hic
grauior. quia vt dicit Bern̄. Seuit mun
dus sicut lupꝰ. Vñ saluator mittēs apl'os
ait Math. x. Mitto vos sic oues i medio
lupoꝝ. Lupꝰ aũt nō aliud facit nisi ꝙ ra-
pit ⁊ dispgit oues Joh. x. Ecce seuicia Si
v̄o cōuertit se hō ad hostē aliũ. s. dyabolũ.
q̇ ⁊ astucia prudētior. qr serpēs erat prudē
tior cũctis animantibꝫ sup terrã Gen. iij. et
diuturnitate tp̄is expientior. ⁊ malicia no
cēdi nequior: ⁊ iō deterior. qr vt dr̄. j. Pe.
v. Sicut leo rugiens circuit querēs quē
deuoret. Unde caro est sicut catulꝰ dome
sticus. quia q̄ȝdiu macer est obediens est ⁊

blandit̃.sed ꝙ̃pmũ incrassat̃ ꝟtit̃ in rabiẽ
ꝛ mordet dñm. Mũdus est vt lupꝰ qui si
mulat se sub pelle ouina. ſ3 intrinsecꝰ ē ple
nus rapacitate Math.vj. Diabolꝰ simu
lat se agnũ. vt dicit Aug. in meditatiõibꝰ
sed deuorat vt leo. Quis ꝫ nõ timebit ab
his hostibꝫ. Certe sufficiẽs est cã timoris.
et ꝑ cõsequẽs acceleratõis ad xp̃m. q̇ est ꝓ
tector refugiũ ꝛ firmamẽtũ ab oibꝫ istꝫ. vñ
in ps̃. Dñs firmamentũ meũ ꝛ refugiũ me
um. in hoc ego sperabo. O ꝙ̃tũ ꝓperaret q̇
p̃dones equũ vel res alias ablaturos sibi
timeret. vel q̇ inimicũ post tergũ sequẽtem
cerneret. celerrime curreret. Certe h̃ est de
oibꝫ p̃dictis. qꝛ velocissime ꝑsequũt̃ hoiẽꝫ
Trenoꝝ.iiij. Velociores fuer̃t ꝑsecutores
nr̃i aq̃lis celi. Sufficiẽs cã fuge. velocitas
ꝑsecutoris. Scd̃a cã faciẽs ꝓperare ad de
um est pudor stimulans. Multis curren
tibꝫ spectatores dicunt. intendite nouissi
mũ. Multi sanctoꝝ ante nos cucurrerũt
velociter post xp̃m. sicut Dauid qui dixit.
Cucurri in siti. ꝛ in quanta siti aperit di
cens. Sicut ceruus desiderat ad fontes
aquaꝝ. ita desiderat anima mea ad te deꝰ
Similiter alij viri ꝛ femine senes ꝛ iuue
nes: vt dr̃ in presenti euangelio ꝙ de ciui
tatibꝫ ꝓperarẽt ad eũ. Pudeat nos esse no
uissimos ꝛ sustinere insultũ sanctorũ in no
uissimo die. Grues eñi nouissimã ꝑsequũ
tur ꝛ mordent. Sic nobis timendũ est si
fuerimus vltimi. Tertia causa est tempus
vrgens. Non miruꝫ si patriarche olim nõ
ꝓperassent in seruitio dei q̇ diu vixerunt ꝛ
multũ tp̃is habuerũt. ſ3 nos ꝓperare opor
tet. qꝛ tp̃s breue vite nr̃e. j. Joh. ij. Nouis
sima hora est. glosa. ꝛ ideo cõuenit instare.
Eccl. xxxvj. Festina tp̃s ꝛ memento finis.
Credunt multi se habere multũ de tempe
ꝛ ecce mors in ianuis est. cum eñi dixerint
pax ꝛ securitas tunc repentinus eis supue
niet interitꝰ. Job. xxj. In puncto ad infer
na descendunt. Quarta cã est locus recipi
ens. Cursores ituri ad villas non multũ
ꝓperant. quia omni hora intrare possunt.
sed ituri ad ciuitates que claudi possunt
properant ne foris maneant. Munitus ē
locus ad quem tendimus. et modo patet
et cito dicetur. clausa est ianua. Matth.
xxv. Vñ Heb. iiij. dicitur. Festinemꝰ igre
di in illã ciuitatẽ. Sed nec p̃tereundũ est
qd̃ dr̃. ꝓperabant de ciuitatibꝫ ad ihesum.

Si ciuitatenses ꝓperabant ad ih̃m relictꝫ
ciuitatibꝫ. q̇d dicturi sũt villani si illi de ci
uitatibꝫ ꝓperabant. Quid dicturi sũt ciui
tatenses q̇ nec dum in ciuitatẽ volunt sta
tutis diebꝫ venire saltẽ semel in septimana
ad eccl̃iam. vbi est ih̃s ꝑ specialẽ cultum ꝛ
deuotionem. Ciuitas tñ hic bñ significat
mundũ. in quo est munitio securãs. nego
ciatio ditans. ꝛ deductio consolans. Hec
licet olim fuerunt in mundo. tamen iã mũ
dus senuit ꝛ oĩa ista amisit. vt dicit Gre
gorius. Jam eñi mundꝰ tot amaritudini
bus plenus est. vt ip̃e mundus iam nos a
se repellat ꝛ ad xp̃m inuitet. Verumtamẽ
si adhuc predicta essent in mundo. adhuc
tamẽ ꝓperandũ esset de mũdo ad xp̃m. qꝛ
in ipso habetur securitas plenior. Johan.
xvj. In mundo pressuram habebitis. i me
aũt pacem. In ipso negociacio vtilior. qꝛ
care emit nostra ꝛ in leui foro dat nobis
sua. quia scd̃m Augustinum Regnum ce
lorum tantũ valet ꝙ̃tum habes. In ipso ē
deductio suauior. Sapientie. viij. Nõ ha
bet tedium conuictus illius. Properemꝰ
ergo ad ihesum dimissis ciuitatibus. id ē
mundi huius delectationibus. oportet er
go exire de operibus seculi vt quis veniat
in consortium christi. B

Dixi secundo ꝙ in ꝟbis p̃missis tangit
diuine manifestationis dignatio gratio
sissima. cum dr̃. Exijt. Et q̇s sufficit suffi
cient̃ cogitare hãc gr̃am aut cõpẽsare dig
neq̃ filius dei exiẽs de sinu pr̃is dignatꝰ ē
huic mundo apparere. certe nullus. Vnd̃
ap̃lus dicit. ꝙ ꝑm suam misc̃diam saluos
nos fecit. ad Titũ. iij. Legitur autem q̇n
tuplex exitus nr̃i saluatoris q̇ dignatꝰ est
gratiose exire ad plura. Primo eñi exijt a
pr̃e ꝑ eternã gñationem Joh. viij. Ego ex
deo ꝓcessi ꝛ veni. Et eiusdem. xvj. Exiui
a pr̃e. Michee. v. Egressus eius ab inicio
a diebꝫ eternitatꝫ eius. Scd̃o venit de ce
lo ꝑ incarnatõeꝫ. ps̃. A summo celo egres
sio eius Gal. iiij. Misit deꝰ filiũ suũ i mũ
dũ. Missio hec seu egressio incarnatio est
Tertio exiuit ab vtero virginis per tp̃alẽ
gñationem. Ipsa est eñi porta clausa quaꝫ
dñs deus israel egressus est. Ezech. xliiij.
Vnde cantat eccl̃ia. ꝛ exiuit ꝑ aureã por
tam Isa. xj. Egredict̃ ꝟga de radice yesse
id est xp̃s de ꝟgine. Cantat eccl̃ia. Virgo

dei genitrix ꝟga est. flos filius eiꝰ. Quarto exiuit ꝺ mundo ꝑ mortẽ. Ps. Domini dñi exitus mortis. Dicit quedã glosa. Dñi dñi mortis. id est xpi. qui est dñs mortis non fuit alter exitus de h mũdo ꝗ̃ ꝑ mortem. Joh. xiij. Sciens ihs qꝛ venit hora eius vt trãseat de hoc mũdo ad prẽ. Quĩto de occulto sue cõuersatõis. ad manifestatiõez sue ꝑdicatõis. ꝺ ꝗ exitu dr̃ h ꝙ exijt semiare. Exijt aũt ad q̃ttuor. Primo ad operandũ Juxta illꝺ ps. Exibit hõ ad opꝰ suũ. Act. j. Cepit ihs facere ⁊ docere. Secũdo ad pugnandũ ꝯ dyabolũ. Jsa. xlij. c. Dñs sicut fortis egrediet̃ sicut vir preliator. Michee. j. Egrediet̃ dñs de loco sctõ suo. veniet vt saluet ꝑplm suũ. Mathei. xij Cum fortis armatꝰ custodit atriũ suũ in pace sũt oĩa que possidet. si aũt fortior illo superuene. ⁊c̃. Tertio ad cõducẽdũ operarios sicut patuit dñica precedenti. quõ exijt circa horã ꝑmã tertiã sextã nonã ⁊ vndecimã. Quarto exijt ad seminandũ. sicut dicitur Canticoꝝ. vij. Egrediamur in agrũ. Et licet diuersimode seminat vt patebit ĩ sequentibus tamen ꝑcipuuz semen ad qꝺ exijt in incarnatione in hũc mũdũ fuerũt semina donoꝝ gratuitoꝝ. Ante incarnationẽ xpi totus mũdus fuit sterilis. sed per ipm fecundatus est semine grẽ. Ideo dixi ꝙ iste exitꝰ est gratiosissimus ꝗ exijt in mũdũ seminare semen gratuitũ. Sicut autez dicit Alexander de hales. ꝙ ꝑmo bonꝰ agricola trã excolit. excultã seminat. semiatã irrigat. ⁊ si necesse est extirpatores malarũ herbaꝝ cõducit. ⁊ tandẽ metit. ⁊ messum in horreũ cõgregat. Ita dñs ꝗ factus est colonꝰ ꝓpter nos exiuit in terram. vt dr Hiere. xiiij. ꝑmo vt istam terrã. scz cor nostrũ excoleret Ualde eñ homo indigebat bono cultore. Ista eñ terra ꝓpt pctm̃ ꝑmorũ parentum erat plena spinis et tribulis Geñ. iij. Spinas ⁊ tribulos germiabit tibi. Et ita erat siluestris terra. ꝓpt h xps exiuit portãs ꝓprijs humeris aratrũ crucis. Uñ Joh. xix. dr. Exiuit in eũ ꝗ dr caluarie locꝰ vbi crucifixerunt eum. Ibi primo euulse sunt spine parentũ nroꝝ. ij. Regum xxiij. Preuaricatores aũt sicut spine euellent vniuersi que non tollũt manibꝫ. Post ꝗ̃ aũt xps aptauerat agrũ mundi huiꝰ et cordis nostri extunc exiuit seminare sicut ꝓmiserat Osee. ij. Seminabo eam mihi ĩ trã. ⁊ miserebor eiꝰ que fuit sine misericordia. Hoc semen petebãt antiq̇ pr̃es Geñ. xlvij. Da nobis semina. ne pereunte cultore terra redigatur in solitudinem. Postꝗ̃ vero seminauerat in terram cordis nr̃i diuersa dona grãruz ẜm diuersas diuisiões extunc iteꝝ exiuit ad irrigandũ. qꝺ factuz est qñ post ascensionẽ suam misit spiritum scz in corda fideliũ. Unde Judicuz. v. dr. Celi ac nubes distillauerũt aquas. scz gratiarũ spũssancti. Hic est ros de quo Jsaie xxvj. Ros tuꝰ ros lucis. Sic eñ ros ẽ refrigeriũ ꝯ estum in estate. sic spũssanctꝰ cõtra estũ cõcupiscẽtiarũ ĩ corde Eccĩ. xviij. Nõne ardorẽ refrigerabit ros. Et sic ros est incremẽtuz oĩm frugũ. qꝛ eo deficiente deficiũt fructus. sic grã spũssancti deficiẽte in mũdo nulliꝰ opꝰ est meritoriũ. Unꝺ dr nũc ecclie xpi ꝑ ꝓphãm Jsa. xxx. Dabit pluuia semini tuo vbicũqꝫ seminaueris in terra. ⁊ panis frugũ tr̃e erit vberrimus et pinguis. Hoc est dicere. oĩe qꝺcũqꝫ feceris erit acceptabile ⁊ meritoriũ ad salutez Uerũ quia interdũ opus est extirpatione ad agrũ purgandũ a malis herbis. iꝺ xps nõ negligens ꝓuidit de sctis apostol' ⁊ predicatoribꝫ ꝗ ad h missi sunt vt destruãt vicia ⁊ euellant errores. edificent virtutes ⁊ plantent vtilia Hiere. j. Ecce q̃nta diligẽtia xpi circa culturã cordis nr̃i. Sz qꝛ oĩa ꝑdicta nihil valerent si custodia seminis deesset. Ideo ⁊ de hac xps nõ minus est solicitus ꝗ̃ de ꝑdictis. Custodit ergo semẽ gratie ĩ corde nr̃o diuersimode. Naz adhibet custodiã sensuũ. ne dyabolus sicut fur intret ꝑ fenestras in cor hoĩs Johel. ij. Per fenestras apertas introibit sicut fur. Apponit ⁊ sepem timoris sui. quem vidẽs dyabolus in hoĩe nõ audet accedere. maxime cũ videt hoĩez ex timore ad caritatẽ ꝓcedere al's nihil timet. Sicut aues ꝑmo timent formidinẽ. sed postea videntes qꝛ nõ mouet̃ vt hõ. stercorisant super eam. sic dyabolus hominem timorosum primo ñ audet temptare. sed si videt ꝙ non proficit de bono in melius. post audacter eum aggredit̃. Et tantũ de secundo C

Dixi tertio ꝙ in ꝟbis ꝑmissis describit̃ dignationis ⁊ grẽ xpi operatio efficacissima. cum dr. semiare semen suũ. Multi eñ multa seminauerũt ante xpm. sed nulluz semen ita

fuit vtile ita fructuosum ita efficax hoibꝫ: sicut semen filij dei. qd est donum gratuitũ. vt dictũ est. ꝛ ideo dr semen suũ per excellentiã. nõ extraneũ. nõ alienũ. s. dyaboli vel heretici. qꝛ dyabolus semiat zizania Math. xiij. Et heretic⁹ errores Job. iiij. Qui seminat dolores. Plures etiã alij diuersa semiabant. sꝫ mala. de qbꝫ in ps. dr. Semẽ impioꝝ ꝑibit. Jõ xp̃s venit cũ optimo semie qd fructificat in cẽtuplũ. Quõ aũt semiat vtilit ꝛ efficacit et excellenter ĩ suis fidelibꝫ opa bona ꝛ meritoria breuit videam⁹. Unde cũ omẽ opus bonũ hoĩs non sit aliud: nisi semen dei ex q̃ dz sperare fructum in vita eterna. Juxta illud Jsaie xxvj. Oĩa opa nostra operatus es in nob dñe. Certe impossibile est q nõ sit magna vtilitas aut q nõ sequat maxim⁹ fructus vbi de⁹ semiat aliqd in hoĩe aut ꝑ hoĩem. Et qꝛ hõ tripliciter meret. scꝫ corde ore ꝛ ope. iõ triplicẽ fructũ ex triplici semie cõsequit. De corde siqdẽ ꝑ oculos semiã emittit lacrimaꝝ. q̃tiẽs ꝓ pctis plorat ex qbus lacrimis accipit fructũ exultatõis ꝛ leticie Juxta illud ps. Qui semiant ĩ lacrimis in exultatõe metẽt Et Math. v. Bti q lugẽt Ecce semẽ lacrimosũ. qm ipi cõsolabunt. ecce fruct⁹ gaudiosus. Scdo de⁹ semiat semẽ suũ ꝑ os hoĩs. semẽ dico sane doctrie quo recõciliant discordes. q erudiũt ignari. q excitant pigri. Zach. viij. Semẽ pacꝫ erit. Sed qd operat istud semẽ. certe multũ. Math. v. Beati pacifici. i. pacẽ ꝓcurãtes. vt exponit Gorra. qm filij dei vocabũtur. ecce fruct⁹. Tertio de⁹ semiat semẽ suum ꝑ man⁹. i. opa hoĩs. vt ꝑ opa miscdie ꝛ pietatꝫ. ij. Coꝛ. ix. Qui semiat in bñdictionibꝫ de bñdictiõibꝫ et metet vitã eternaꝫ ecce fruct⁹ ꝛ vtilitas istius semis. Pro oĩbus istis dicit Bern. sup cãtica ser. xxxviij Semiasti tibi ad iusticiã si ex vera cordis tui noticia timuisti deũ. teipm hũiliasti. fudisti lacrimas cordis. elemosynas profudisti. ceterisqꝫ pietatis actiõibꝫ mancipasti. si ieiunijs et vigilijs afflixisti corpus. si pectus tunsiõibꝫ. celos fatiscis clamoribus. H siqdem semiare ad iusticiã est. Semina g̃ sunt bona opera. bona studia. semina lacrime sunt. Jbant inquit ꝛ flebant mittentes semina sua. Sed nunqd semper flebũt Absit. sed venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Merito cum exultatione. quia reportant manipulos glorie. Hec ille. Unde licet in quolibet homine ꝑncipalis semiator ad oĩa opera bona sit xp̃s. Jsa. xxvj. tamen cum sit homo liberi arbitrij sepius viciat modũ seminandi. et hoc tripliciter. Primo si nõ seminat semẽ bene depuratũ et electũ. Tũc autem non erit depuratũ qñ homo mala intentione: puta vane glorie seminat bonũ opus. vel qñ in mortali peccato bona facit. Jdeo dr Numeri. xviij. Oĩa que offertis dño electa erunt. Et ratio ꝰm aplm Gal. vi. qꝛ q̃cunqꝫ seminat homo eadem et metet. Hic dr Eccĩ. vij. Fili ne semies mala in sulcis iniusticie. ꝛ nõ metes ea in septuplũ. Glosa. in gehenna. vbi sunt septeꝫ pene. ignis. vermis. fetor. fumus. tenebre. vincula. frigus. Secundo viciat modũ seminandi. si parce seminat. debet enim liberaliter seminare. alias qui parce seminat. parce ꝛ metet. ij. Coꝛ. ix. Hilarem em datorem diligit deus. Unde dicit Bernhardus. Modica seminis detractio. non modicum est messis detrimentũ. Tertio viciat hõ modum seminandi. si non spargit semen ĩ terram bonã. aptã ꝛ congruã. sed periculo expositã. vel in se periculosam. aut periculo ꝓximã. Terra ista est bona voluntas. sicut hic dicitur in qua quicquid seminat cẽtuplũ metetur. vt hic dicit. Sed accidit sepius in terrã malam ꝓijci semen bonoruꝫ opeꝝ ꝛ semina virtutũ. Et ꝑmo secus viã quod fit cum opus ꝓpter apparentiã hominũ fit. Math. v. Oĩa faciũt vt videãt ab hoibꝫ. ecce seminatio. Et sequit. Amen dico vobis. receperũt mercedẽ suã. ecce fructus inutilis. sic seminãt ypocrite. Secũdo semen proijcitur supra petrã. i. cor durũ. Est aũt cor durũ quod nõ dimittit offensam fratri petenti Mathei. vi. Si offers munus tuum ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum. ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo. q̃si dicat mollias prius ꝛ conteras petre duriciam ꝛ sic seminabis. Tertio proijcitur semẽ inutiliter inter spinas. Spine sunt diuitie male congregate. presertim vbi homo tenetur ad restitutionem multorum que illicite acquisiuit vel rapuit. et talis quãdiu non restituit aliena. frustra pro deo ad elemosynas dat multa. quia nõ dimittit pec

catũ: nisi restituatur ablatuꝫ. vt dicitur ꝺ regulis iuris. libro. vi. Peccatuꝫ. Nos ergo fratres disponamus terram cordis nostri. ꝛ purgemus eam per confessionẽ. scindamus per contritionem. ꝛ tunc seminabimus per satisfactõnem opera bona. pro quibus recipiemus mercedem eternam. Quam nobis concedere dignetur pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus.

Dominica sexagesime. II
Sermo. XXXVIII

Exiit qui seminat

seminare semen suũ Luce. viij. c. Math. xiij. Marci. iiij. Dominica hodierna vocatur sexagesima. et terminatur in feria quarta post pascha. sicut septuagesima terminatur sabbato post pascha. Que q̃dẽ dominica a sanctis patribꝫ addita est quadragesime. Primo ideo. q2 vt dicit magister in rationali. olim fuit institutũ. vt sabbatũ ieiunaretur. sꝫ quia populus ex ieiunio ferie sexte precedẽtis debilitabatur. Ideo Melchiades papa et Siluester relaxauerunt ꝛ istam dominicã loco illius ieiunij suppleuerunt. Vocatur autẽ sexagesima. quia ab ipa vsqꝫ ad quartã feriã in albis sunt sexaginta dies. Secundo ideo ista dominica additᷓ a sanctis patribꝫ ad representandũ statũ viduitatis sancte ecclesie. q̃ hoc tẽpore quasi desolata. sposo suo christo in celũ rapto. gemit et meret. Et quia pmiũ viduitatis est fructꝰ sexagesimus. iõ ista dñica dicitur sexagesima. ad significandũ q̄ omes gementes in hac valle miserie fructu sexagesimo consolabuntur. Verũ quia spũs tristis exsiccat ossa. Ideo spũssanctus consolatur hodie ecctiam tam in epl'a ꝛ hoc in verbis Pauli hortando vt tribulationes libenter sustineat. ꝛ in eis glorietur vt in ea habitet virtus christi. Jn euangelio aũt proponit seminationẽ bonoꝝ operũ vt eis insistat. maxime cum christus sit velut seminator optimus qui paratꝰ est seminare bonũ semẽ. dũmodo ager cordis nr̃i ad h̓ preparetur. Sed q2 pch dolor h̓ tpe q̃ quasi omes ꝟtunᷓ in furiã mẽtis ꝛ alienationẽ cordis semen diuinũ in paucꝭ fructificat. ymo potius cõculcatur destruiᷓ suffocaᷓ ꝛ corrũpitur diuersis modis et diuersis peccatis.

venti. venerint flumina et deſcenderit plu
uia. cadet hec domus Qui non fundat be
ne et firme conſciam ſuam in doctrina xpi
ſtatim imminente temptatõne carnis que
intelligitur per pluuiam. vel terrene cupi
ditatis. que per flumen. vel ſuperbie. que
ꝑ ventum intelligitur. anihilatur et ſub
uertitur. temptationibus ſuccumbẽdo vt
exponit Gorra ſuꝑ Math. vij. ca. B

Dixi ſecundo

ꝙ in ver. ꝑ.
circa domũ
conſcie conſiderandũ eſt quõ ſit ornanda
⁊ decoranda. Sed quia nihil poteſt orna
ri: niſi prius purgetur. Unde cõſcĩa debꝫ
prius purgari poſtea ornari. Sicut etiaꝫ
dicit euangelium. Inuenit eaꝫ ſcopis mũ
datã et ornatam. Ideo prius videndum ẽ
qualiter iſta domus ſit purganda. Purga
mentũ aũt huius domus eſt frequens con
feſſio. que eſt q̃ſi ſcopa huius domus. Ad
quã totiẽs ẽ cõfugiẽdũ q̃tiẽs nos aliq̃ pra
ua cõmiſiſſe cognoſcimꝰ. De hac ſcopa dr
in pſ. lxxvi. Exercitabar ⁊ ſcopebam ſpm̃
meũ. ſ. ꝑ confeſſionẽ. Exponit Inno. id eſt
purgabã in confeſſione ab imundicijs pec
catoꝝ venialiũ q̃s attrahit ſpũs Uere iſte
bene domũ ſuã ſeruauit q̃ nihil inuenit: ni
ſi venialia que ſcopebat. De mortalibꝰ eñ
non diceret. ſcopebam. quia non ſcopatur
lutuꝫ de cloacis vel foſſis ſed tenuis pul⸗
uis de pauimento. Unde hic dr̃. Inuenit
domũ ſuã ſcopis mundatam. ſcꝫ q̃tidiana
rũ confeſſionũ ⁊ ornatã virtutibꝫ. Nihil ãt
ſic hoiem ad purgandũ conſciam frequen
tius excitat. ſicut cognitio ꝓpriorũ de⸗
fectuum. Sicut enim q̃ clarius ⁊ diligen⸗
tiꝰ et ſepiꝰ inſpicit domꝰ alicuiꝰ angulos
tanto meliꝰ purgat eos. Ita q̃ diligẽtius
ſcrutatur defectus ꝓprios eos meliꝰ confi
tetur. Ex q̃ patet ſm Greg. xxv. lib. mora.
Qꝛ quanto q̃s minus ſe videt. tanto minꝰ
ſibi diſplicet. Et q̃nto maioris glorie lu⸗
men percipit. tanto amplius reprehenſibilẽ
ſe cognoſcit. Que aũt ſunt homini conſi⸗
deranda ⁊ inſpicienda circa purgationeꝫ
conſcie dicit Hugo li. iij. de aĩa. c. ij. Qꝛ il⸗
la videlicet vt conſideres vnde venis. q̃
tendis. quõ viuis. quid agis. q̃d obmittiſ.
quantũ hodie proficis. vel quantũ deficiſ.
quibus affectibꝫ frequẽtius tangeris. vel
quibꝫ tẽptatiõibꝫ a maligno ſpũ acriꝰ im⸗
pugnaris. nec ſolũ attẽdas qualis ſis. ſed
etiã qualis eſſe debeas. Hec ille. Sꝫ heu
quis noſtrum eſt qui talia diligenter cõſi⸗
deret. qui confeſſionem ſuam cum tali cõ⸗
ſideratione diſcutiat. qui eam cum debitiſ
circumſtantijs faciat. In confeſſione ſiq̃⸗
dem peccatorẽ oportet cõſiderare ſm Au
gu. in li. de pe. vt cõſideret q̃litatẽ crimis
in loco. in tp̃e. in ꝑſeuerãtia. in varietate ꝑ
ſone. ⁊ q̃li hꝫ fecerit tẽptatõe ⁊ ipiꝰ vicij mł
tiplici executõe. de pe. di. v. cõſideret. Alˀs
aũt cõfeſſio alit̃ facta. potiꝰ ẽ ſimulatõ fic⸗
ta et hypocritica ꝙꝫ cõfeſſio. Uñ Hug. li.
ij. de aĩa ca. xv. dic eã vulpinã cõfeſſioneꝫ
iõ. quia eſt ficta. breuis. rara ⁊ tepida. Re⸗
fert Ouidi. li. viij. methamorphoſeos. Et
Iſi. lib. xv. ethimo. ꝙ Dedalus fecit q̃ndã
domũ cum varijs vijs ⁊ ita ꝑplexis ꝙ nul
lus eã exire potuit ſine glomere. ⁊ illa do⸗
mus vocabatur laborintus. qꝛ maximum

laborē intus habuit. et in illa domo inclusit quoddā mōstrū. qd ex vna medietate fuit homo et ex alia fuit bos. ea intētōe vt in ppetuū ibi pasceret et nunq̄ʒ exiret. Sic facit diabolus cuiusdā consciam ita pplexā diuersis modis. nūc timore. nūc pudore. nūc negligentia. nūc dilatiōe. et sic intus occultat monstr̄. i. pctm̄ monstruosū. vt nullus cōfessor possit intelligere: nisi cū maximo labore. Et vere isti sūt multū fatui. qr p talē confessionē volūt abscondere pctm̄. qd tn̄ deo est notū. Cōtra q̄s dicit Aug. sup Joh. Omel. xli. Quocūq̄ʒ fugerit nō fugit seipaʒ mala conscia. nō est q̄ eat. sequitur se. imo non recedit a se. pcm̄ enī qd facit intus est. Si vis a deo fugere ad ipm̄ fuge. nō latēdo sed confitendo. Confiteri potes. latere non potes. et Jsid. li. ij. de sūmo bono. c. xxvi. dicit. Oē hō oia poterit fugere p̄ter cor suū. Non enī pōt recedere q̄sq̄ʒ a seipo. Vbicūq̄ʒ enī abierit reatus sui conscia illū non derelinq̄t. Quāuis enī humana iudicia subterfugiat ois qui male agit. iudicium tn̄ conscīe sue effugere non pōt. Nā si alijs celat q̄d agit. sibi tamen celare non pōt. q̄ plene nouit malū quod gessit. Hec ille. ¶ Sʒ hic occurrit dubiū. Quare videlicʒ hoies hodie nō discutiūt bene ppriam cōsciam. nec pprios cōsiderant defectus. Ad qd rn̄deo. q̄ h̄ est ideo. qr plus aliena facta ponderant q̄ʒ ppria. Juxta illud Math. vij. Quid vides festucā in oculo frīs tui. trabē aūt i oculo tuo nō cōsideras. Unde Prosper in li. ij. de vita cōtemplatiua dicit. Tādiu q̄s pctā sua q̄ nosse et flere deberet ignorat q̄ʒdiu cōsiderat aliena. Qr si mores suos ad seipm̄ conuersus aspiciat non requirit qd in alijs rephēdat sed quod in seipo lugeat. Et ideo Marci xiij. dr̄. Uidete vosmetipos. Quare autē hoies facilius aliena dijudicant q̄ʒ ppria dicit Basilius in Exameron lib. iij. Qr iō difficile est cognoscere seipm̄. quia sic oculus oia alia a se cōspicit. se aūt non videt. sic dicit esse et de conscia. que acute aliena delicta cōtēplās. tardior est erga suor̄ cognitionē pctōr̄. Sed adhuc occurrit fortius dubiū. vnde videlicet pueniat ista negligentia pprie discussiōis et consideratio peccati alieni. Rn̄deo sm̄ Greg. xxxi. libro mora. Qr hoc puenit ex supbia et elatione. que cordis oculū p elationis tenebras extinguit. ex qua vt dicit Criso. sup Math. puenit cōiter h̄ q̄ alter alteri⁹ culpam cito itelligit. suā autē difficile. Quia homo in cā alterius tranquillū habet animū. in sua aūt turbatū. Perturbatio autē cordis non permittit hoiem considerare quod bonum est. Et ideo dicit Aug. li. iij. de ciuita. dei. Qr remotis obstaculis insane opinionis. scelera nuda iudicent. nuda pensentur. nuda inspiciant. fallacia regimina et vane laudis glorie auferant. et appareant miserie pcōr̄. Ex q̄bꝫ oibus infero q̄ nullus melius ad cognitionē sui pueniet q̄ʒ qui humiliter de se sentit. Jstud patet per beatū Bern̄. de. xij. gradibꝫ humilitatis. vbi sic dicit. Humilitas est virt⁹ qua verissima sui cognitione homo sibimetipsi vilescit. Et Criso. in suo policraticon li. iiij. dicit. Qui humilis ē corde. indigniorē se alijs arbitrat. Ex quo dicto ptʒ q̄ hō per humilitatē facile venit ad sui cognitiōem et ecōuerso. Refert Macrobius li. j. Qr appollo cōsultus a quodā que eēt via certior perueniēdi ad btitudinē. Rn̄dit. Si teipsū cognoueris. Unde apud gētiles cōis erat opinionis hoc dictū. Gnotosolitos. i. cognosce teipm̄. quod dicebant de celo descendisse. put ait Johes policratus li. iij. c. ij. Hec est g̃ pma scia hominis scire seipsū prout dicit Bern̄. super Cantica sermōe. xxxvj. Que q̄dem scientia sm̄ ipsum non inflat sed humiliat. Unde Aug⁹. lib. iiij. de ciuitate dei. c. i. prefert eam oibus sciētijs. et Jsaac in lib. de diffinitionibꝫ dicit summam phiam cognoscere seipsum. Postq̄ʒ aūt domus conscīe nostre per sufficientē discussionem cōfessionis fuerit mundata et purgata. extunc necesse habet ornari et decorari. Ornatus aūt iste seu pictura cōsistit in sanctitate virtutū et iusticia bonorū operū. Juxta illud ps. Domū tuā dn̄e decet scītudo. Et Lu. j. Jn scītate et iusticia corā ipo. seruiam⁹ illi. Hoc ē qd apl's admonet di. j. Thes. iiij. c. Sciat vnusq̄sq̄ʒ vas suū possidere in scītificatōe et honore. ne. s. inhonoret aliq̄ turpitudie viciorū sicut faciūt illi de q̄bꝫ in ps. Hō cū i honore eēt nō itellexit. Duo g̃ reqrūt ad ornamētū isti⁹ dom⁹. s. puritas mētis interior. et honestas puersatōis extior. Refert aug. li. v. ꝯ Julia. et ij. retractationū. c. lxv. q̄ rex q̄dā Cipri deformis spē thalamū suum fe

cit depingi pulchris imaginib9. vt eaꝝ aspectu vxor sua pareret pulchrã prolẽ Sicut hõ deberet i mẽoria sua collocare pulcras imagines. i. honestatẽ cõuersatiõis ꝛ puritatẽ cõscie sctõꝝ patꝝ. vt ipos inspiciendo silr faciat. Qd̄ cum fuerit. tũc cõscia nr̃a erit dom9 pulcherrima et ornatissima in q̃ libẽt reqescet qlibet. cũ sit ad inhabitandũ apta. Vñ Sap. viij. Intrans domũ meã cõqescã cũ illa. s. sapia. ꝛ seqt. Nõ em̄ habet amaritudinẽ cõuersatio illius. nec tediũ ꝯuictus illius. sed leticiã ꝛ gaudiũ. Certe sic ẽ ꝙ hõ nullibi melius qescit ꝙ̃ in ꝯscia sua bona. Alibi em̄ qescere non põt i bonis exteriorib9. quia diuitie honores. voluptates habent amaritudinẽ. ꝛ tedium generãt ꝛ fastidium ꝛ satietatẽ. ita ꝙ homo illud qd̄ prius optauit. iteꝝ fastidit ꝛ ꝯtemnit. Jd̄ dicit Rabanus in glo. libri Sapie. ca. viij. Qꝛ corpales diuitie corp9 grauãt. spũales vero mentẽ releuãt. ꝛ tanto magis esuriũtur q̃nto magis comedũt. In illis appetitus placet. experiẽtia displicet. Augent spũales delicie desideriũ. q̃nto magis sumunt auidi9 amãtur. Hec ille. Eandẽ sniam ponit btũs Greg. In tali g loco bonũ ẽ qescere. Sed qꝛ parũ valeret purgatio ꝛ ornat9 isti9 domus nisi bñ cooperiret. ideo cooperimẽtũ eius est honesta exemplaritas conuersatiõis exterioris vt qlibet illud qd̄ habet interi9 in cõscia, pferat exteri9 in cõuersatõe alioꝝ ad exẽplũ. Juxta illud Math. v. Sic luceat lux vr̃a corã hominibus vt videant opera vr̃a bona et glorificent patrẽ vr̃m q in celis est. ꝛ h est qd̄ dr̃ Math. x. Qd̄ in aure auditis pdicabitis sup tecta. i. sup honestã cõuersationẽ. Sicq̃ patet scd̄m quõ hec domus cõscie nr̃e debet ornari. purgari ꝛ operiri ad laudem nominis xp̄i.

Dixi tertio ꝙ cõsiderãdũ ẽ circa pmissa in quem vsum domus cõscie nr̃e sit deputanda. vt sic habeat officiũ ꝛ actũ seu opus honestũ in se. Ex quo em̄ est dom9 purgata. ornata ꝛ bene cooperta. nõ licet in ea qcq̃ praui: aut inhonesti agere. Unde dñs de domo sua eiecit ementes ꝛ vẽdentes boues et oues et columbas di. Auferte ista hinc. q̃si dicat. nõ licet talia officia ꝛ tales actus in domo tam egregia exercere. Sic ẽ de domo conscie nr̃e cum sit habitatio spũsancti. non licꝫ in ea aliqd alid̄ exercere ꝙ̃ qd concernit honorẽ spũsancti ꝛ salutẽ nr̃aꝫ. Pro quo sciendũ ꝙ conscia nr̃a habꝫ multiplex officium honestum seu actum multiplicem nimis vtilem. Sicut em̄ in domo bene recta. quattuor persone consueuerunt deputari ad singula eoꝝ officia. Nã vna deputat vt accuset oẽs transgressores in domo inobediẽtes patrifamilias. Secunda deputatur vt releuet omnes defectus quibus videntur opprimi i domo habitantes. Tertio vt conseruet om̃es possessiões sub bona custodia. Et quarta vt vlciscat oẽs iniurias in alterutrũ cõmissas. Sic est de domo conscie nostre. que ẽ accusatrix praue trãsgressiõis. releuatrix nostre depressionis. ꝛ vindicatrix fracte professionis seu promissionis. Primo igit cõscia est accusatrix praue transgressiõis. Juxta illud Roma. ij. Testimoniuꝫ reddente illis conscientia ipoꝝ. ꝛ inter seinuiceꝫ cogitationum accusantium. Istum accusatorem maxime debemus timere. Nam vt dicit Seneca in lib. de morib9. Nullũ cõsciũ pctõꝝ tuoꝝ timuerꝫ magis ꝙ̃ teipm. Alienũ em̄ potes effugere. te nũꝙ̃. Sicut aũt caritatiu9 accusator pmo corrigit ad partẽ. ꝛ si nõ emẽdauerit extũc publice pclamat eũ. vt dr̃ Math. xviij. Sic cõscia nostra primo secrete h in pñti vita nos arguit. ꝛ si non emendabimus vitam nostrã extunc in generali iudicio proclamabit. ꝛ ideo. j. Coꝝ. xi. Si nosmetipsos iudicaremus nõ vtiq̃ iudicaremur. Cum iudicamur a dño corripimur vt non damnemur. Scd̄a cõscia est releuatrix nr̃e depssionis. In om̄i em̄ depssione vel turbatiõe terrena. singularis cõsolatio est consciẽtia nr̃a bona. ij. Coꝝ. j. Gl'ia nr̃a hec est testimoniũ cõscie nr̃e. Vñ Ambro. in li. de officijs dicit. Bene sibi cõsci9 falsis nõ debet moueri cõuicijs. nec estimare pl9 põderis in alieno cõuicio ꝙ̃ i sue cõscie testimonio. Et Gre. sup Ezech. Omel'. ix. dicit. Quid pdest si om̃es te laudẽt. ꝛ conscia te accusat. aut qd obest si om̃es derogẽt et cõscia te defendit. Propter qd̄ Augu. scribẽs cuidã manicheo dic ita. Senti de Augustio qcqd velis dũmõ sola me cõscia in oculis dei nõ accuset. xi. q. iij. Senti. Unde sicut liber sine accusatione esse non põt. quem sola que interius iudicat ꝯscia accusat. sic

liber est quem cõscia defendit. liber etiam
inter accusatiões vt dic̃ Greg⁹. Hic ẽ qd
Aug. suadens custodire cõscientie inocen
tiã sup ps̃. xxxvi. sic ait. Custodi int⁹ ino/
cẽtiã tuã vbi nemo opprimit cãm tuã. pua
lebit in te falsũ testioniũ. sz apd hoies nun
q̃d apud deũ valebit. Ubi causa tua dicẽ
da est qñ deus iudex erit. alius testis q̃ cõ
scia non erit. inter iustũ iudicem et cõsciaz
tuam noli timere nisi cãm tuaz. Hec aug.
E Sed hic occurrit dubiũ Ex quo
eñi. vt dictũ est. hic homo nõ debet timere
detractiões hoim dũ se sentit in conscia i/
nocentẽ. Querit̃ vtruz ppter consciam sit
pdenda fama. et videt̃ q̃ sic. quia dic̃ Gre.
ad Constantinũ epm mediolanensem. xj.
q. iij. In cunctis q̃ in hac vita aduersa pro
ueniũt sola est sicut nostis omĩpotẽtis dei
districtio pensanda atq̃ ad cor ppriũ sem
per recurrendũ. vt nullius ibi lingua ipli/
cet vel rephendat vbi cõscia non accusat.
Hec ille. ⁊ glo. ibi dicit. Q2 ppter nullius
linguã credat se q̃s reum. Sed in cõtrari
um est Aug. xij. q. i. noli. vbi dicit q̃ nõ so/
lũ nobis est necessaria conscia nr̃a propter
nos sed etiã fama ppter pximos. Ad qd rñ/
deo ƀm glo. c. Senti. xi. q. iij. Q2 qñ sum⁹
inter tales q̃ parati sunt imitari ⁊ nõ rep/
hendere facta nr̃a ne tales corrumpamus
exemplo nr̃o. niti debem⁹ vt fama nr̃a lu/
ceat corã eis. Sed si sum⁹ int̃ tales q̃ pa/
rati sunt nos rephendere. tũc sufficit con/
scientia. Uñ Math. xv. xp̃s dixit discipu
lis. Sinite eos. ceci sũt ⁊ duces cecoꝝ. Ħ ẽ
q̃ in isto cãu vt dicit Robertus Holgot
sup libꝝ sapie. c. viij. In tãtum p̃ponderat
bonũ cõscie bono fame q̃ p salute ↄsciẽtie
perdi debet bonũ fame cuz gaudio vbi ne
cessario alteꝝ oportet obmittere. vñ Se/
neca. lxxxiij. epl'a dicit. Q2 nemo plus va/
let estimare virtutem in hoĩe q̃z qui perdi
dit famã hoĩm ne pderet consciam. Uult
dicere q̃ p ope virtuoso exercendo etiaz p
mediã infamiã ẽ pcedendũ. Sicq̃ ptz so/
lutio dubij. Tertio cõscia ẽ cõseruatrix bo
ne possessionis. De q̃ dic̃ Berñ. Sanum
vas cõscia ⁊ cõseruãdis secretis idoneum
nullis patens insidijs. nullis violẽtijs ce/
dẽs. vtpote nec manu nec ocul' accessibil'.
Quicq̃d in eã posuero. secur⁹ sum. Fuabit
viuo. restituet defuncto. Hec ille. Propt̃
qd Holgot cõparat eam carte in qua me/
rita nr̃a scripta sũt. p quã assecuramur de
p̃mio paradisi. j. Thimo. j. Finis p̃cepti ẽ
caritas de corde puro ⁊ cõscia bona. Ecce
finis. scz p̃miũ vltimatũ p p̃cepto debituz
vnde conscia est sicut priuilegium sup ali/
quã hereditatẽ. qd est bene seruandũ a ti/
neis ⁊ vermib9. qd etiã sepius est reuiden/
dũ ⁊ purgandum. Illud fecit Paul⁹ Act.
xxiiij. Studeo sine offẽdiculo cõsciaz ha/
bere ad deũ. Quarto cõscia est vĩdicatrix
fracte promissionis. Oĩes siq̃dẽ xp̃iani p
fessi sunt fidẽ seruare deo et eius p̃cepta i/
plere. Ideo q̃tiẽs hoc infringit. cõscia nõ
solũ accusat sed etiam vindicat mordẽdo
et pungendo. iuxta illud Prouer. xij. Est
qui pmittit. ⁊ q̃si gladio pungit̃ ↄscia. Est
q̃ pmittit et nõ implet. Et vere mag̃ pena
est remorsus cõscie in pctõre qui sep̃ timet
penã sibi p pctõ debitã. nec solũ timet de/
bitam penam sed etiaz multo maiorem q̃z
actualiter sibi infertur. Iuxta illud Sap.
xvij. Frequenter eniz p̃occupat pessima re
darguente conscia. et sequitur. Semp̃ eñi
presumit seua pturbata conscia Ubi dicit
Holgot. Q2 iniqui sepe preoccupant. id ẽ
preconcipiunt pessima. i. maxima penalia
eis inferenda. redarguente eos conscia. q̃
iudicat sibi maiorem penam deberi q̃z ac/
tualiter infertur. Hiere. ij. Arguet te mali
cia tua. Unde Augu. j. confessionũ. dicit.
Iussisti dñe ⁊ sic est vt sit sibi pena inordi/
natus anim⁹. Et Aug. in libro de vera in
nocen. lib. ix. c. xix. Nulle pene grauiores
sunt q̃z male conscie. in qua cũ non habet̃
deus. cõsolatio nõ inuenit̃. Est aũt multũ
mirabile q̃ q̃ntũcũq̃ pctõr ab alijs iustus
iudicat̃ ⁊ innocẽs. nihilominus tamẽ con
scia sua eum mordet et torquet ⁊ dignum
supplicio iudicat. Unde dicit Iuuenalis
lib. v. Q2 sic est de cõscia sicut fuit antiqui
tus de iudice. qui cũ aliquẽ iudicare debu
it dignũ morte. misit in vrnam lapillos ni
gros. ⁊ eos effudit corã populo. ⁊ sic reuz
ostendit esse condemnandũ. Quãdo autẽ
debuit hominem innocentem liberare. ef/
fudit albos lapillos in testimonium inno
centie. Ex hoc dicit Iuuenalis. Q2 q̃uis
aliquis conscius sue malicie euadat iudi/
cium iudicis. tamen a seipo condemnat̃. ⁊
dignus supplicio iudicatur. Et ideo dic̃
Seneca in lib. de morib9. Mala conscia
sepe tuta est. secura nunq̃. Est aũt sciẽdũ

q3 diuersi diuersas hñt ɔscias. Quidā em̄ hñt ɔsciam dilatatā. alij infirmā. alij pturbatā seu lesam. alij cauteriatā seu signatā. Dilatatā ɔsciam hñt illi q̄ nō pōderāt nisi grauia pctā. et istoꝝ ɔscia est sicꝫ rethe hñs lata foramina. vbi nō ɔphendunt nisi magni pisces: sꝫ parui euadūt. Sic tales nō ponderāt ociosa v̄ba vel iuramēta vel mēter offenderēt. pximum. Apud istos nulla sunt venialia. Mortalia v̄o raro nisi grossissima. q̄ clamore ppli eis innotescūt. Alij hñt ɔsciaꝫ infirmaꝫ p oppositū. q̄ nō solum magna sed etiaꝫ parua ꝛ minima grauiter ponderāt. et de nō pctō faciūt pctm̄. ꝛ hec ɔscia frequenter a tēptatione dyaboli prouenit. q̄ sic inducit hoies ad perplexitateꝫ peccandi. Sic legit̄ de q̄dā heremita. qui omnē feminā videns despiciebat ꝛ post eā spuebat. cū tñ femina nō sit malū in se nisi male ɔuersanti. Tales sunt etiā illi q̄ pectere caput in sabbato dicūt esse pctm̄. ꝛ tñ ducere fimum nō dicūt pctm̄ illo die. Alij sunt q̄ hñt ɔsciaꝫ pturbatā. vt sunt illi qui ꝓpt pctā ɔmissa desperāt. Cōtra q̄ꝝ ɔsciaꝫ nihil ita efficax est sicꝫ meditatio vulnerum xp̄i. vt dic Bern̄. sup Canti. ser. lxij. Alij sunt q̄ hñt ɔsciam cauteriatā. vt sunt illi q̄ ponderant parua: sed de magnis nihil curant sicꝫ pharisei fuerūt. colantes culicē. camelū aūt glutiēres. Math. xxiij. Hec est obseruātes mīma: negligētes maxīma. f̄m q̄ exponit Orige. et hi sunt veri hypocrite. vt dic aplus. j. Thimo. iiij. In nouissimis inqt diebꝰ exurgent quidā cauteriatā habentes ɔsciam. Horra. i. corruptā cū errore doctrie: q̄ꝫ culpe q̄ꝫ etiā ɔcupiscētie Isti sunt signati cauterio diaboli. de q̄ Apoca. xiij. Isti omnes hñt ɔsciam erroneā. et ita domū malefundatā: peius edificatam: et pessime ornatā imo deformatā ¶ Sꝫ di. vnde ꝓuenit iste error ɔscie. R̄ndeo q̄ ex octo causis. Primo ex ignorātia. qñ hō nescit q̄d eligendū sit vel q̄d declinandū. Deß dr. ij. Paral. xx. Cū ignoram' quid agere debeam': hoc solū habem' residui vt oculos nr̄os dirigam' ad te. Scd̄o ex negligentia. vt cū q̄s negligit ɔsciaꝫ excutere. vel si nescit se expedire et negligit. tunc em̄ ab alijs querere debet. Tertio ex superbia. vt qñ q̄s nō hūiliat intellectuꝫ suū. vt scꝫ melioribꝰ ꝛ sapietioribꝰ se velit credere Contra q̄s aplūs captiuantes omnem intellectū in obsequiū fidei. Hoc est dicere: q̄ in credendis pl' debet hō ɔsentire fidei q̄ꝫ sibi. ꝛ in agēdis pl' alijs q̄ꝫ sibi. Quarto ex singularitate q̄ hō sensum sequēs ꝓpriū nō ɔformat se alijs: nec sequitur vias communes bonoꝝ. Numeri. xj. Extrema castroꝝ ɔsumpsit ignis. Quīto ex affectu inordinato. q̄ sepe ɔsciaꝫ inclinat ad illō q̄d hō tūc appetit. ꝛ sic facit eū a sua rectitudie deuiare. Seneca. Perit oēe iudiciū cum res venerit in affectū. Sexto ex pusillanimitate q̄ q̄s timet nō timenda f̄m rectū iudiciū rōnis. Isa. xxxv. Pusillanimes confortamini Septimo ex perplexitate: qñ se hō credit inter duo pctā positū esse. quoꝝ alterū est impossibile declinare. pplexitas tñ nihil est nisi simplicitas i se. potest tñ aliq̄s esse pplex' f̄m q̄d. scꝫ f̄m erroneā ɔsciaꝫ q̄ deposita erit liberat' Octauo ex hūilitate et cordis puritate. Vñ Gre. Bonarum mentiū est ibi culpas agnoscere vbi minime reperit̄. Primis septeꝫ modis error est rephensibilis. octauo vero mō est cōmendabilis: nec error dici potest. sed humilis suoꝝ defectuū cognitio. dūmodo nō sit nimia. Preter oēs istas est ɔscia bona que est in fide vera ꝛ caritate nō ficta. De qua dicit Hugo. lib. ij. de anima. ca. ix. Tranquilla ɔscia est que est omnibꝰ dulcis: nulli grauis. vtens ad grām amico ꝛ inimico ad patientiā. cunctꝫ ad beniuolentiā. quibus potest ad bñficia. cui nec de' sua pctā imputat: quia nō fecit. nec aliena: quia nō approbauit. nec negligentiam: quia nō tacuit. nec supbiam: quia in humilitate permansit. Hec ille. Istam ergo ɔscientiā studeam' seruare vt in ea quiescentes p grāꝫ: tandeꝫ possim' gaudere per gloriam. Quō nobis. ꝛc.

Dominica Letare. I
Sermo. LII.

Est puer un' hic

e q̄ habet q̄nqꝫ panes ordeaceos ꝛ duos pisces. Joh. vi. Sicut dic Aug'. in li. Soliloquioꝝ. c. xij. loquēs ad deū in psona totius generis humani i hec verba. Scio domine deus et hoc ɔfiteor: quia vbicūqꝫ sum sine te. male est mihi preter te. non solum extra me: sed etiam intra me. quia omnis copia q̄ non est de' meus.

mihi ē inopia ⁊ egestas. ⁊ subdit. Eya dñe Xp̄e a bonitate tua vnica ⁊ sūma tpaliū rerū multiformitas p carnales sensus lapsū naturē nr̄e desubstātiauit seu deformauit. et dū multa ab vno diuisit. facta ē habūdantia laboriosa ⁊ egestas copiosa. dū aliud ⁊ aliud seq̄bar ⁊ a nullo iplebar: dū te nō amplectebar incōmutabilē ⁊ singularē ⁊ indiuisum. quē secutus nō erro. quē ɔsecutus non doleo. quē possidens satiatur totū desideriū meū. Hec Aug⁹. Vult dicere Aug. ꝙ sic fuit de ipo sic añ aduentū xp̄i hūanū gen⁹ nō potuit in aliq̄ bono creato satiari. Vñ licet habuerit tūc multiplices delectationes. in creaturis celestib⁹: terrestrib⁹: aquaticis. ⁊ alias ɔsolatōes multiplr exq̄sitas. oēs tñ ille nō potuerūt satiare desideriū generis hūani donec veniret fili⁹ dei. Quia vt dic̄ ꝓpha. Desideriū paupeꝝ exaudiuit dñs. Et iteꝝ in alio. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei. Nō vtiq̄ desideriū carnis aut cōcupiscētie voluptatꝫ: sed aie ⁊ spūs. Iste ḡ dñs veniēs repleuit desideriū aie nr̄e. q2 satiauit aiaꝫ inanē. ⁊ aiaꝫ esurientem satiauit bonis. Bonis vtiq̄ celestib⁹ ⁊ gtuitꝫ. Hoc signare voluit saluator nr̄ satiādo istā turbā. de q̄ in euangelio. quā q̄dē q̄nq̄ panib⁹ ordeaceis ita pfecte saturauit. vt sup. xij. cophini remanerēt. significās vtiq̄ q2 ipse copiose ⁊ habūdāter oib⁹ escā aie administrat Iaco. j. Dat oib⁹ affluēter. De q̄ q̄deꝫ satiatōe loq̄r nr̄m thema. describēs panes ⁊ pisces q̄b⁹ xp̄s satiauit turbā illā vñ erāt q2 a quodā puero. de q̄ dr̄. Est puer vn⁹ h̄ q̄ habet ⁊c̄. In q̄b⁹ ṽbis describuntur tria hoc sacro tpe cuilibet xp̄ifideli necessaria. Primo q̄dem describit innocētie puritas. cū dr̄. Est puer vn⁹ h̄. Scd̄o pn̄ie austeritas. cū addit. q̄ habet q̄nq̄ panes ordeaceos. Tertio ɔsolatōis iocūditas. cū subdit et duos pisces. Ista sunt q̄ h̄ tēpe maxime peccatorib⁹ sunt post remissionē peccatoꝝ multū necessaria. A

Dixi primo ꝙ in ṽbis p̄missis describit innocētie puritas xp̄ifidelib⁹ p⁹ remissionē necessaria. Sic eñ dicit Hiero. scd̄a tabula p⁹ naufragiū est pn̄ia p quā hō reuertit ad innocentiā baptismalē. q̄ q2 maxie isto sacro tpe omnib⁹ digne penitentib⁹ restituta est. ido maxie debēt esse cauti ⁊ solliciti ne eis quoq̄ modo auferat. Vñ Psal. ammonēs oēs tales q̄b⁹ restituta ē innocētia. dic̄. Custodi innocētiā ⁊ vide eq̄tatē. Dic̄ glo. Custodi innocentiā ne scꝫ extorqueat a te. iuxta illud Apoc. iij. Tene qd̄ habes ne alius accipiat coronā tuā. Et vide equitatē fm Innoc. i. vide ne facias aliq̄d nisi equū. Et in his ṽbis tangunt due ptes iusticie generalis. q̄b⁹ se hō hꝫ erga deū debite ⁊ proximū. Unde q̄ ad deū dicit. Custodi innocentiā. Quo ad pximū. et vide equitatem. vt scꝫ nō facias alijs qd̄ tibi non vis fieri. qm̄ sūt reliquie hoi pacifico. id est. qm̄ dominus relīqt hec duo. scꝫ innocentiam et equitatē q̄si in testamēto pacꝫ Eccl̄i. xliiij. Statuit ei testamentū pacꝫ. et Ioh. xiiij. Pacē meā do vobis. In pace aūt ɔcurrūt hec duo. scꝫ innocentia q̄ nulli noceam⁹: ⁊ eq̄tas q̄ cūctis vt equū ē subueniam⁹. Custodi ḡ innocentiā. vt nulli malū inferas. ⁊ vide eq̄tatē vt oib⁹ bona facias. qd̄ est esse pacificū. Vñ Tulli⁹. Primū fundamentuꝫ iusticie est ne cui noceas. deinde vt cōi vtilitati deseruias. Istā innocentiā etiaꝫ describēs idem Psal. ait ps. xxxiij. Diuerte a malo ⁊ fac bonū. inquire paceꝫ ⁊ ꝑsequere eā. Et ponit h̄ lati⁹ ptes iusticie seu innocentie. Primo eñ ad puritatē innocentie ptinet cohibere manū ab ope malo. iō dic̄. diuerte a malo. q2 in via h⁹ vite occurrunt sepe pei⁹ ⁊ malū. ⁊ ab vtroq̄ diuertedū est.

Sed diceres. q̄re nō dic̄ poti⁹ resiste ḡ malo. Rñdeo fm Inno. ꝙ iō: q2 nos sum⁹ debiles. modo vbi nō est fortitudo. ɔsilio vtendū est. Prouer. xxiiij. Vir sapiēs fortis est. ⁊ vir doct⁹ robust⁹ ⁊ valid⁹. q2 cum dispositiōe itur ad bellum. ⁊ erit salus vbi multa sunt ɔsilia. Scd̄o ad puritatem innocentie ptinet promptitudo ad bñ agendum. vñ addit. Et fac bonū. non eñ sufficit diuertere a malo nisi istud sequatur. scꝫ facere bonū. Hoc debēt pensare penitētes hodie. vt nō credant eis sufficere si iam cauent a malo de q̄ penitent. nisi etiaꝫ bonis opib⁹. elemosynis et orōnib⁹ ⁊ ieiunijs intendant. Tertio ad puritatē innocentie requirit inquisitio pacis ad deū et ad proximū. ne si q̄s iniuriā fecerit. primo incidat in manus dn̄i. Et ideo addit. inq̄re pacē. fm Innocē. i. inquire quō pacem habeas cum deo et pximo et cum teipso Roꝫ. xij. Cum omnib⁹ pacem habentes. et cū inquisieris ꝑsequere eam. i. pfecte sequere eam.

Necessaria em̄ est diligētia in inq̄rendo. et
ideo dicit nō tm̄ querere sʒ inq̄re. id est intēte
q̄re. Itē necessaria est p̄seuerantia in sequē⸗
do pacē. ꝛ ideo dicit nō tm̄ seq̄re sʒ p̄seque⸗
re. i. p̄seuerāter seq̄re. Math. x. Qui p̄seue⸗
rauerit vsq; in finē hic saluus erit. Uel dic
inquire. i. interi⁹ q̄re pacē in cōscientia. q̄a
exterius nō est nisi bellū ꝛ turbatio. Iohā.
xvi. In mūdo pressurā habebitis. in me aūt
pacem. Eccs. j. Uidi cuncta que sub sole
erant. ꝛ ecce vniuersa vanitas ꝛ afflictō spi
rit⁹. quia cor semp̄ vult ad exteriora vaga⸗
ri. Uñ ꝯq̄rit Ps. Cor meū dereliquit me.
et ideo bene addit p̄seq̄re eam quasi fugien
tem Heb. xij. Pacem seq̄mini cum omīb⁹.
Ex p̄missis colligit̄ q̄ innocētia xp̄iana cō
sistit in trib⁹. scʒ in abstinentia a malo. Se
cundo in exercitatione in bono. Tertio in
perseuerantia vtriusq;. Et hec tria req̄rūt
alia tria. Nā abstinētia a malo requirit bo
nam voluntatē ꝛ rectā que semp̄ ad bonuʒ
tendit. ꝛ nō flectit̄ ad malū. Alias nō esset
recta. Exercitatio in bono req̄rit puritatē
op̄atōnis. vt opus nostruʒ nō sit permixtū
aliq̄ macula. Perseuerātia vero in vtroq;
req̄rit cōstantiam. vt homo nūq; recedat a
bono. Hec tria tangunt̄ Ps. xvij. vbi dici
tur. Et retribuet mihi dñs ꝫm iusticiā me
am. ꝛ ꝫm puritatē manuū mearū retribuet
mihi. Quia custodiui vias dñi nec impie
gessi a deo meo. Ecce tria ista. Nam bonā
voluntatē tangit cū dicit. Et retribuet mi
hi dñs ꝫm iusticiā meā. Bonam op̄ationē
tangit. cū dicit. ꝛ ꝫm puritatē manuū mea
rū. Perseuerantiā tāgit. cū addit. Quia cu
stodiui vias dñi. Est ḡ sensus. Retribuet
mihi dñs ꝫm iusticiā meā. Inno. exponit
id est ꝫm bonā voluntatē meā. Anselm⁹ di
cit. Qꝛ iusticia est rectitudo volūtatis pro
pter se seruata. Et ꝫm puritatē manuū me
arū retribuet mihi. Puritas manuū. i. ope
rū. Ubi sciendū q̄ opus dr̄ impurū ratiōe
carnalis affectionis. Isa. j. Man⁹ vr̄e ple
ne sunt sanguine. Itē cū fit p̄pter mūdi con
cupiscentiā. Hiere. vi. Ut quid mihi thus
de saba affertis. ꝛ calamū suaue olenteʒ de
terra longinqua. Et etiā cū fit causa ianis
glie. Mat. vi. Attendite ne iusticiā vestrā
corā homīb⁹ faciatis. vt videamini ab eis.
Alioq̄n mercedē nō habebitis. Uñ Greg.
Uecordia magna est magnum agere ꝛ lau
di inhiare. quia vnde celū mercari potuit

inde numū transitorij sermonis q̄rit. Ulti
mo addit de p̄seuerātia. qꝛ custodiui vias
dñi. Uie dñi sunt op̄a vel viuendi ordies.
Item vie dñi sunt p̄cepta ꝛ p̄hibitiones p̄
que itur ad deum. Math. xix. Si vis ad
vitā ingredi serua mādata dei Ps. Uiam
mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. Et bene dicit. cu⸗
stodiui. nō solū ambulaui. Quia mlt̄e sunt
insidie ꝛ laquei ī his vijs. Ps. In via hac
q̄ ambulabā abscōderunt sup̄bi laqueū mi
hi. Iō dicit Hiere. vi. State sup̄ vias ve⸗
stras ꝛ videte. ꝛ interrogate de semitis anti
quis q̄ sit via bona. nec postea impie gessi.
a deo meo recedēdo. Ioh. vi. Dñe ad queʒ
ibimus. v̄ba vite eterne habes. Aug⁹. in li
bro ꝯfes. Dñe si vis vt fugiā ad te. da mihi
alteꝝ te. vt a te fugiā ad te. a te iusto. ad te
misericordē. hec est ḡ puritas quā necesse ē
custodire cuilibet penitēti. B

Dixi secundo q̄ ī v̄bis p̄mis⸗
sis d̄scribit̄ pe
nitentie austeritas. cum dr̄. hʒ q̄nq; panes
ordeaceos. Recte aūt pn̄ia comparat̄ pa⸗
ni ordeaceo. Tum qꝛ dura. tum qꝛ aspera.
tum quia pungitiua est. Grauis em̄ videt̄
oīb⁹ incipiētib⁹ ꝛ nōdū assuetis. Uñ Isa.
xxx. Dabit tibi dñs panē artū et aquaʒ bre
uem. Sed certe si homo incipit pēsare ḡui
tatē sue culpe ꝛ asperitatē gehenne future.
dulcescet ei sine dubio iste panis. Nam vt
dr̄ Prouer. xxvij. Aīa esuriēs etiā amaruʒ
pro dulci sumet. Tal' fuit dauid q̄ de se ait
Cinerē inq̄t tanq; panē mādu cabam. Uñ
aūt p̄uenit ista austeritas ꝛ asperitas ī pec
catore. ita q̄ pn̄ia videt̄ sibi panis nō triti
ceus. sed ordeaceus. videam⁹ breuit̄. Sic
aūt dr̄ in v̄bis thematis. panes isti ordea⸗
cei erāt nūero q̄nq;. ad significādū q̄ pn̄ia
habet q̄nq; ḡuia impedimēta q̄ amaricant
homini pn̄iam. p̄pter q̄ q̄nq; videt̄ eis pn̄ia
multū austera ꝛ dura. Primū impedimen
tū ē pudor p̄palandi seu reuelandi. Scðm
timor recidiuādi. Tertiū ardor delectādi.
Quartū torpor p̄stolandi. Et q̄ntū despe⸗
ratio veniā obtinēdi. Primū igit̄ qð facit
austeritatē pn̄ie est pudor p̄palandi seu r̄ue
landi pctm̄. Qui obuiat oīb⁹ penitere volē
tib⁹ ꝛ maxie hypocritis ꝛ sup̄bis qui volūt
apparere hoīb⁹ deforis sani ꝛ pulchri. cum
tm̄ sint intus fetidi. Pudēt em̄ ꝛ ꝯfundunt̄
reuelare hoī qð soli deo notū ē. Ex h̄ ei su⸗
spectus habebor ꝛ videbor ꝛ q̄si nulli⁹ esti

mationis reputabor. q tñ prius videbar hominibus pudicus. castus. sobrius. humilis. et quietus. Ecce quõ asper et amar' est iste panis pm' volenti penitere. Sz certe mirũ est q diabolus aufert homĩ pudorẽ. cuz autẽ vult penitere tunc ingerit sibi eundẽ. Un qdã sctũs vidit diabolũ in ecclia cũ hoies voluerũt cfiteri discurrere ad quem libet. et cuilibet volẽti in faciẽ insufflari Et adiurat' qd faceret. Rñdit. Reddo qd abstuli. Reddo eñ eis mõ in cfessione pudorem cũ volunt cfiteri quẽ eis abstulerã cũ voluerũt peccare. Cõtra hũc pudorẽ est triplex medicina. Prima. s. csideratio ratõis naturalis. Si eñ nõ erubuisti facere qd inhonestũ et inutile fuit. non debes erubescere confiteri. qd honestũ et vtile est. Unde Berñ. dicit. O insania nimia hoĩm. pudet ablui. et nõ pudet coinqnari. pudet sordes abstergere. et nõ pudet cõtrahere. Abstergitur caliga. et ptẽnit ablui aĩa. Scda medicina est vtus diuine intuitõis cui nihil celare potes etiã minimã cogitatiõz. Heb. iiij. Oĩa nuda et apta sunt oclis ei'. Et Boetius. v. li. de cso. in fine dic. Oĩa agimus añ oculos iudicis cũcta cernẽtis. Ad qd g illi erubescis cfiteri q h nouit anteq factuz esset. Tertia medicina est reuelatio future cõfusionis. Naum. iij. Reuelabo pudẽda tua et ostendam gentibus nuditatẽ tuã et regnis ignominiã tuã. Hiere. xx. Confundent vehementer q2 nõ intellexerũt obprobriũ sempiternum. quod nunq delebit. Sopho. j. Scrutabor hierlm in lucernis. et visitabo sup viros defixos in fecibus suis. Ecci. iiij Est cfusio adduces ignominiã. et e cõfusio adduces gliam. Bona cfusio fm Aug'. in pñti q hõ erubescit h pctã vt in futuro nõ erubescat. Sic g ptz de pmo pane ordeaceo. Scds panis ordeaceus siue scdm impedimẽtũ agẽde pnie qd amaricat hoi penitentiã est timor recidiuãdi. et iste multos retrahit. q2 qdã timẽt q nõ possint a pctis abstinere. de qbus pponunt penitere. vel qa nõ pñt ferre pniam eis iniunctã. Dicũt eñ Ad quid vis penitere hodie cũ cras i idez redibis. Cõtra h impedimentũ est triplex remediũ. qd dulcorat istũ panẽ. Primũ est csideratio pene pñtis. q2 modicitas. Scdm eiusdẽ leuitas. Tertiuz rpis momentanea breuitas. Cũ ecõuerso intuetur future pene magnitudo icõpabil. acerbitas intollerabilis. eternitas itermiabil. De qbus oĩbus Math. xxv. Ite maledicti i ignẽ eternũ. Un Job. vj. dr. Qui timet pruinã. id est penã tpalẽ. irruet sup eũ nix magnã. Igit alleuiatio et dulcoratio pnie ẽ recogitatio futurorũ suppliciorũ. De qbus Isa. xxxiij. Quis poterit habitare cum igne deuorante. et quis habitabit cũ ardoribus sempitnis. Ecce secundus panis ordeaceus. Tertius panis seu tertiũ impedimentũ agẽde pnie est ardor delectandi. q diabol' psuadet homi di. Recollige hõ miser delectationez in qua versaris. et vide q sine ea nõ possis ducere vitã tuã. Sz certe ctra h est facil' medicina. Recordari videlicet q2 momentaneũ est qd delectat. s3 eternũ qd cruciat. vt dic Gre. Aliud remediũ ẽ recordari vbi illius qd dic aplus. Oĩa possum in eo qui me cfortat. Nõ solũ g talẽ delectatõez possibile est vitare. s3 etiã qualẽcunq maiorẽ. Quia vt dic saluator. Oĩa possibilia sũt credẽti. et maxie. q2 nõ pmittit de' tẽptari nos supra id qd possum' sustiere. Quartus panis ordeaceus seu qrtũ impedimentuz agẽde pnie ẽ torpor pstolãdi. q oritur ex duplici psumptõe. videlz ex psumptõe vite plixe et final' venie. Uere maxia difficultas et asperitas isti' panis qñ pctor sibi blandit vitã lõgã et largã dei ppiciationẽ. Sz ctra h ẽ remediũ illd Aug'. Qui tibi veniã spopõdit diẽ crastinã non pmisit. ne tardes cõuerti ad dñm Ecci. v. c. Quia breues dies homis sunt Job. xiiij. Quintus panis ordeaceus seu qntum impedimẽtũ agẽde penitentie est desperatio veniam obtinendi. Hãc inducũt tria. Primo csideratio qntitatis pcti. sicut Caym Geñ. iiij. Maior ẽ iniquitas mea q vt veniã merear. Sz ctra h est passio xpi. quã si qs csideret. nõ pot brẽ tãta pctã q p ei' passionẽ nõ possent expiari. vt dicit Berñ. Quia vt dr. in Ps. Non solũ sufficiẽs. s3 copiosa apud deũ est redẽptio. Scdo desperationẽ inducit freques casus recidiuatõis Cogitat eñ peccator et desperat. di. Ad qd penitebo. cuz hodie faciam et cras cadam. Sed contra h habet remediũ qd dulcorat istũ panẽ. illd dictuz saluatoris Math. xviij. Non dico tibi vsq septies. sed vsq septuagies septies. Un xps ẽ sic medic' q nouit cẽties infirmũ curare recidiuãtẽ. sic dicit Aug. de pe. di. iij. §. Itẽ q frequter. et ca. sequẽti. Tertio de

ſperationē inducit cōſideratio diuturnita
tis.ꝑ quā ſibi hō dicit. tantū inueterat⁹ ſū
in h̄ pctō ⁊ tādiu in eo ſteti ꝙ nunꝗ̄ magis
miſcdiam obtinebo. ⁊ iō nō cōfitebor. Sʒ
cōtra h̄ eſt qđ dr in pš. Miſericordia dn̄i
ab eterno ⁊ vſqʒ ineternū. ſuꝑ timētes eum
Et Ezech. xviij. Quacunqʒ hora ingemu
erit pctōr. de pe. diſ. iij. Adhuc inſtāt. Vn̄
Leo papa. Miſcdie domini nec mēſuras
poſſum⁹ ponere nec tp̄a diffinire. Ecce ꝗ̄ʒ
auſteri panes ordeacei ſunt iſta q̄nqʒ impe
dimenta penitentibꝫ. q̄ tn̄ ſi bene maſticati
fuerint faciles ⁊ dulces ſunt ad manducā/
dum ex gr̄a dīna q̄ vnicuiqʒ hodie pſto eſt
Et ideo nulli eſt dubitandū ꝙ ſi velit vo/
luntatē apponere ꝓpriā. oīa erūt ſibi facilia
q꞉ mentiri nō pōt q̄ dixit. Iugū em̄ meum
ſuaue eſt. ⁊ onus meū leue Math. xj. L

Dixi tertio ꝙ in verbis p̄miſſiſ
deſcribit̄ penitenti
um ꝯſolatōis iocunditas. cū dr. Et duos
piſces. Licet nanqʒ penitētibꝫ aliq̄ vident̄
aſpera auſtera ⁊ amara ex vna parte. tamē
ex alia mlt̄a ſūt delectabilia ⁊ iocūda. q̄ ita
facilitāt ⁊ leuigāt onus pn̄ie ꝙ n̄ videt̄ ho
mo in aliq̄ grauari. Sūt autē iſta duo. ſcʒ
amor ⁊ ſpes. q̄ſi duo piſces dulces. Amor
em̄ eſt piſcis ita dulcis ꝙ q̄ guſtat de eo nō
ſentit oēs tribulatōes ⁊ amaritudines h⁹
ſeculi ⁊ oēs difficultates pn̄ie. ⁊ oīa q̄cūqʒ
ſibi occurrerint in bonū ꝯuertit. Vn̄ Roꝝ.
viij. dr. Scimus qm̄ diligētibꝫ deū om̄ia
cooꝑant̄ in bonū. Et enumerat ibi aplu̅s
multa genera penaꝝ. paſſionū ⁊ tormento
rū q̄ oīa penitenti ſunt dulcia ꝓpter amorē
quē hʒ. Dicit em̄ ibi. Quis nos ſeparabit
a caritate xp̄i. q. d. nullus. nec aliq̄ tribula
tio pn̄ie. eo ꝙ ſola pctā diuidūt inter nos ⁊
deū nr̄m. Iſa. lix. Quis ḡ ſepabit nos a ca/
ritate dei. An tribulatio. ſ. corpis afflictio.
que fit in pn̄ia. certe nō. q꞉ q̄liſcūqʒ ſit pena
penitent̄ ip̄e ſemꝑ dicit. Si bona ſuſcepi/
mus de manu dn̄i. mala aūt quare nō ſuſti
neam⁹. Job. ij. Querit vltra. An anguſtia
id ē anxietas mēt̄. Sicut Suſanna dixit
Anguſtie ſunt mihi vndiqʒ. Dan̄. xiij. q. d.
nō. Nec anguſtia. i. triſticia poterit nobis
nocere dūmō fiduciaʒ cor nr̄m habeat ad
deū. Vn̄ dr Dan̄. xiij. Querit vltra. An ꝑ/
ſecutio. ⁊ certe nō. q꞉ dauid multas ꝑſecu/
tiones paſſus eſt a ſaule. que ſibi nihil no/
cuerūt. vtʒ. j. Regū ꝑ totum. Querit vltra

An fames. i. penuria cibi. que iniūgit̄ com
muniter penitenti. ⁊ certe nihil nocebit. q꞉
amor dei in homie oīa iſta ſuffert. ⁊ p̄ dul/
cedine interiori nō facit ſentire famē. ſicut
patuit in helya ⁊ moyſe. q̄ vltra humanam
eſtimationē ieiunauerūt. ⁊ tn̄ ita alacres ⁊
leti fuerūt ac ſi delicatis cibis paſcerentur
Et idē patet de Daniele exp̄ſſe ⁊ ſocijs ei⁹
q̄ ſolis leguminibꝫ vtentes ⁊ cibos regios
ſpernētes. valde alacres ⁊ formoſi videbā
tur. ſicut ptʒ Dan̄. j. Querit vltra. An nu/
ditas. i. pēuria veſtiū. ⁊ certe iteꝝ nihil no/
cet. Quia iohēs portabat veſtimētū de pi/
lis cameloꝝ. ⁊ tn̄ fuit maxime cōmendat⁹.
Mat. xj. Querit vltra. An ꝑiculū. ⁊ certe
nō. q꞉ paulus in mlt̄is periculis erat. ⁊ ta/
mē in oībꝫ let⁹ fuit. vt dr. ij. Coꝝ. xj. Que/
rit vltra. An gladius. ⁊ certe nō. q꞉ multi
martyres lapidati ſunt. ſecti ſunt. i ore gla
dij occiſi ſūt. ⁊ tn̄ oīa vicerūt ꝑ fidē ⁊ amo/
rē xp̄i. vt dr. Heb. xj. Propt̄ qđ concludit
aplu̅s Roꝝ. viij. Q꞉ in his oībꝫ poſiti ſuꝑe
ramus. i. vincim⁹ ꝓpter eū. i. ꝑ v̄tutē ⁊ amo
rē ei⁹ qui dilexit nos. Ecce q̄nta iocundi/
tas ꝯſolationis cuilibet vere penitēti ꝑue/
nit ex amore dei. quē nec mors nec aliq̄ cre
atura pōt ſeparare a deo ⁊ ꝑ ꝯſequēs nulla
tribulatio vel ſuſtinētia corꝑalis vel men/
talis pōt eſſe ſibi difficilis vel amara. ſi ve
re diliget deum. Quia vt dicit Hierony.
Amanti nihil eſt difficile. Hinc dr in Pš.
Gloriabunt̄ in te oēs qui diligūt nomē tu/
um. nō dicit. Triſtabunt̄. Vn̄ Bern̄. d. xij.
gradibꝫ hūilitatis. O ꝗ̄ʒ dulcis ⁊ ſuauis ē
cibus caritas. q̄ feſſos alleuiat. debiles ro
borat. meſtos letificat. iugūqʒ veritat̄ fac̄
ſuaue ⁊ onus leue. Hec ille. Scđs piſcis
dulcorans auſteritatē pn̄ie et leuigās oēs
tribulationes p̄ntis vite eſt ſpes ⁊ certitu/
do auxilij diuini in oībꝫ aduerſitatibus ex
certa expectatōe futuroꝝ gaudioꝝ ꝑueni/
ens. Vn̄ ſ̄m mgr̄m ſniaꝝ li. iij. Spes ē cer
ta expectatio future beatitudinis ex dei ḡ/
tia ⁊ merit̄ ꝑueniens. Quiſq̄s ḡ aſperitate
penitētie ſe grauari ſentit. recurrat ad ſpē
⁊ omnia leuia inueniet. omnia dulcia eſti/
mabit. Nā ſicut amor om̄ia lenit in hoīe
eo ꝙ vt dictū eſt. Amāti nihil eſt difficile.
ſic et ſperanti. Vn̄ Iſa. xl. dicit̄. Qui ſꝑant
in dn̄o mutabūt fortitudinē. aſſument ſibi
pennas ⁊ volabunt ⁊ nō deficient. Hinc
Bern̄. ſuꝑ illud Pš. xc. Quoniā tu es dn̄e

ſpes mea .dicit. Si ſeuiat mundus. ſi fre/
mat malignus. ſi caro ꝯcupiſcat aduerſus
ſpiritū. ſi exurgat aduerſum me prelium. ī
h ego ſperabo in te. Iſti aūt duo piſces ſic
ſe hñt ꝙ vnus ſcꝫ amor capit in aqua dul/
ci ſcꝫ caritatꝭ. q̄ dulcior eſt ſup mel ⁊ fauuꝫ
Juxta illud. Spūs meus ſup mel dulcis.
Spes vero capit in aqua amara. eo ꝙ nō
pt eſſe ſine meritꝭ hūanis. q̄ vtiqꝫ cū diffi/
cultate ⁊ amaritudine ꝑueniūt. ꝟtus eīn ē
circa difficile. vt dr. j. Ethicoꝝ. Vñ q̄ ſpa/
re vellet pmiū ſine meritꝭ pſumptuoſus eſ
ſet. Et iō iſte piſcis eſt ex aq̄ amara. Amor
aūt eſt ex aq̄ oino dulci. Quia amor nō pō
derat merita. vt dicit Gre. in omel. de ma/
ria magdalena. Audax eīn ⁊ intrepid⁹ ir/
ruit ad pñtiā maieſtatis. Et bñ iſti duo pi
ſces ꝯiungunt. Sic eīn in cōuiuijs magto
rum apponunt diuerſis diuerſa. ⁊ nunc pi/
ſces recentes ⁊ dulces. nūc vero ſalliti. vt
qui nō pōt guſtare de iſtis. guſtet ſalteꝫ de
illis. Sic in cōuiuio xpi pñtis vite appo/
nunt iſta duo vt q̄ nō audet accedere auda
cter ad pñtiam diuine maieſtatis. vtpote.
puſillus in amore ſic eſt incipiēs. ſalteꝫ ſpe
ret de dei gr̄a. ⁊ meritꝭ ſuis q̄libꝫ talibꝫ ⁊ ſic
nihilomin⁹ reficiat pane pñie h ꝑ gr̄am vt
in futuro poſſit refici pane eterne ꝯſolatio
nis ꝑ gl̄iam. Ad quā nos ⁊c̄.

Dñica Letare. II. Sermo. LIII.

Accepit ieſus pa-
a nes. ⁊ cuꝫ gr̄as egiſſet diſtribuit
diſcūbentibꝫ Joh. vj. ca. Sicut
dicit btūs Aug⁹. in li. lxxxiij. queſtionum
Debemus deo illud attribuere vt euꝫ fate
amur aliq̄d poſſe qd̄ nos fateamur inueſti
gare nō poſſe. In rebꝫ eīn mirabilibꝫ tota
ratio faciēdi eſt potētia facientꝭ. Vult di/
cere Aug⁹. ꝙ de⁹ multa facit ⁊ pōt facere.
quoꝝ rationē nos neſcim⁹ aſſignare. Vnd
ſm ipm. Si querit quare deus aliq̄d facit
ſupra naturā. ꝯ naturā. vel pter naturam.
Quare tam mirabilia tā imcōprehenſibi/
lia tā inſolita tā inuſitata fecerit nō pt alia
ratio melior reddi niſi q̄a ita ſue potentie
placuit. Ideo ḡ talia facit q2 pōt. Et q2 di
ſtributio q̄nqꝫ panū q̄nqꝫ milibꝫ hoim per
xpm facta ad ſatietatē fuit opus a ſeculo i/
auditū. ⁊ ideo ſtupendū ⁊ admirabile. idō
vere ꝓbauit xpm eſſe verū filiū dei. q̄ cū pr̄e
et ſpūſctō vnus deus exiſtēs. ſua admirabi
li potentia fecit talia. q̄rū rōneꝫ hūana ra/
tio inueſtigare nō potuit. Ad h igit oñden
dū xps accepit panes. ⁊ cū gr̄as egiſſet di/
ſtribuit diſcūbentibꝫ. In q̄bꝫ verb tria di/
cunt de xpo que hoc ſacro tpe cuilibet vere
penitenti ꝑmaxime ſunt neceſſaria ad ſalu
tē. Primo eīn dr ꝙ xps accepit panes Se
cundo gr̄as egit Tertio diſtribuit. In ac/
ceptione panū notatur eius humilitas. q2
cū potuiſſet nouos panes creare ꝑ oīpo/
tiā. voluit tñ pexiſtētes ⁊ ꝑatos accipe ad
oſtendendā humilitatē. In actione gr̄arū
notatur eius deuotio. q̄ ad deū oīa refe/
rebat. In diſtributiōe panū notat ei⁹ libe
ralitas q̄ cunctis ad vota miniſtrabat. et
vnicuiqꝫ iuxta deſideriū ſuum ꝓuidebat.
Que tria quilibet penitens debet hr̄e. Nā
pmo ꝓpter h ꝙ exiuit iaꝫ de ſtatu culpe ad
ſtatū gr̄e. ⁊ de filio diaboli fact⁹ eſt fili⁹ di
debet eſſe hūilis ⁊ pauidus coram deo. ne
de accepta gr̄a ſupbiat ⁊ infletur. Secun
do ꝓpter h ꝙ a deo mlta bōa recepit ⁊ amiſ
ſa recupauit. debet eſſe deuot⁹ ⁊ ſedul⁹ vt
gr̄as ꝑ oībꝫ agat. Tertio ꝓpter h vt penā
tranſitoriā ⁊ ſatiſfactoriā i n ꝯfeſſione ſibi i
iunctā redimat. debet eſſe liberalis vt bōa
ſua egenis diſtribuat. Sicqꝫ ptꝫ ꝙ in his
tribꝫ xpm debet imitari. A

Dixi primo ꝙ i verbis premiſ
ſis tāgitur nr̄i ſal
uatoris hūilitas ꝑ quā penitentē inſtruit.
vt ſit corā deo pauidus ⁊ hūilis ne de ac/
cepta gr̄a ſuperbiat. in h ꝙ panes accepit.
Mag̃ hūilitas xpi qui cū in forma dei eēt
nō rapinā arbitrat⁹ eſt ſe eſſe eq̄lē deo. ſed
exinaniuit ſemetipm. formā ſerui accipiēs
et habitu inuent⁹ vt hō. Ad Phil. ij. c. Et
cū eēt eiuſdē potētie cū pr̄e. portans oīa
verbo ꝟtutis ſue. ꝑ quē deus pr̄ fecit ⁊ ſecu
la. vt dr ad Heb. j. imo cum eſſet ille q̄ om
nia q̄cunqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra in
mari ⁊ in oībꝫ abyſſis. ⁊ q̄ dixit ⁊ fcā ſunt
omnia. Iſte talis ac tantus accepit panes
ad reficiendum turbas. quas potuit ſolo
nutu ſatiare. Ad quid autem hoc fecerit ni
ſi ad inſtruendū nos vt in oībꝫ hūiles ſim⁹
Vñ Aug⁹. in li de verbis dñi dicit in ꝑſo/
na chriſti. Diſcite a me. non munduꝫ fabri
care. nō cuncta viſibilia ⁊ inuiſibilia crea/
re. non in ipo mūdo mirabilia facere ⁊ mor
tuos ſuſcitare. Sed q̄m mitis ſum et hu/
milis corde. Cogitas magnam cōſtituere

fabricā celsitudinis. de fundamēto ꝓus cogita humilitatꝫ. Hec Aug⁹. Et licet cuilibet homini semꝑ de humilitate ꝓuidendū est. eo ꝙ hūilitas in om̄ibꝫ hominibꝫ valdē est spectabilis. Nā vt dicit Valeri⁹ eps̄ in quodā sermone. humilitas in pauꝑe grata est. in diuite glīosa. tū homini penitēti maxime est necessaria. ꝑsertim isto sacro tempore q̄ homo de peccatꝫ veniā accepit i cōfessione. ⁊ tendit ad ꝟtutū recollectionē et ꝑstinā restauratōnē. circa q̄ duo maxie sibi est timendū nisi habuerit hūilitatē. Pro q̄ sciendū ꝙ hūilitas tria bona facit penitēti. Prio eīn hūilitas oīa vicia cōꝑmit ne resurgant. Scdo oēs ꝟtutes perditas acquirit ⁊ restaurat. Tertio restauratas custodit. De ꝑmo dicit Aug⁹. in li. de verbis domini. ꝙ hūilitas est sicut medicina oībꝫ cōsulens. Ipa em̄ oīa tumentia ⁊ suꝑba compmit. oīa tabescentia ⁊ infirma seu fragilia ī hoīe reficit. oīa suꝑflua resecat. oīa dꝑraua ta corrigit. Que em̄ suꝑbia sanari pōt si humilitate filij dei nō sanaṫ. q̄ iracūdia sanari pōt. si paria filij dei nō sanatur. Hec Augu. Ecce ꝭm dicta istius sancti. humilitas cōꝑmit vicia ne resurgant. ⁊ maxime deꝑmit suꝑbiam ne mens hoīs de cetero eleuetur cōtra deū. Refert phs in li. de aīalib⁹. Q cervus intrans siluā deꝑmit cornua et incuruaṫ ne ꝑ ramos arboꝝ in cursu retrabatur ⁊ retardeṫ. Sic debꝫ facere penitēs qui hodie intrat siluā ⁊ solitudinē pnīe vt deponat cornua suꝑbie. ne ꝑ eam retrahaṫ et retardeṫ a salute sua. Vn̄ ps̄. cōsulit peccatoribꝫ di. Dixi iniq̄s. nolite inique agere et delinq̄ntibꝫ nolite exaltare cornu. Ps̄. lxxiiij. Istud maxime tangit penitentes illos q̄ ꝑ eo ꝙ iam mala de quibꝫ penitēt nō agūt. magne reputationis se reputāt. Vn̄ eis dr̄. Nolite exaltare cornu. Qd̄ exponit Inn̄. Nolite exaltare cornu ꝑ suꝑbiā. dicē do vos in h̄ esse iustos. qꝛ pctā nō cōmittitis. dicentes cum suꝑbo phariseo Lu. xviij non sum sicut ceteri hoīm. raptores. iniusti Nō em̄ sufficit declinare a malo. nisi etiam fiat bonum. ideo qui decliat a malo ⁊ tam̄ bonū obmittit. non dberet exaltare cornu ꝑsumendo aut defendēdo se. quia talibus diceṫ. Esuriui ⁊ nō dedistis mihi māducare. Ite maledicti. Hec Inno. De tribꝫ aūt solet homo penitens gl̄ari ⁊ suꝑbire q̄ necesse est reꝑimi ꝑ humilitatē. scꝫ de generis nobilitate. de mortis contemptu. ⁊ de vite sanctitate. Credit em̄ ꝙ ꝑ hec tria possit in celū ascēdere. quia nobil' dei creatura quaꝫ impossibile est a deo dānari cū sit eius imago. Scdo quia credit se ita fortē ꝙ etiam mortē ꝑ xp̄o susciperet. ⁊ sicut strennuus miles eam nō timeret. Tertio qꝛ etiā multa ꝑ abstinentiā ⁊ sanctitatē suā ꝓmeruit. Ista tria tangit ps̄. dicens. Dixi iniq̄s nolite extollere in altū cornu vr̄m. i. nolite suꝑbire. quia neq̧ ab oriēte. i. a generis nobilitate suꝑbire debetis. neq̧ ab occidente. id est a cōtemptu mortis. neq̧ a desertis montibus. i. a sanctitate ⁊ abstinētia. Et sequitur medicamentū humilitatis quibꝫ ista oīa cōꝑmunṫ. Qm̄ deus iudex est. q̄ ꝭm innocētiā nobilior strēnuior ⁊ sanctior. ⁊ tū nō fuit suꝑbus. sed humiliauit semetipꝫ vsq̧ ad crucis ignominiā. Et certe ista verba satꝫ ostendūt cuilibet vere penitenti q̄ntuꝫ humiliari debet. cū non habeat materiā suꝑbiendi ex tota vita sua. quia nec a ꝑncipio nec a fine. nec a medio. habet aūt sufficientem materiā ex om̄ibꝫ istis humilitatꝫ si velit aduertere. Vn̄ ꝭm Inno quartum sensus est. nō debetis suꝑbire. quia nihil habetis in vobis vndē suꝑbire possitis. sꝫ tm̄ humilitatis materiā in vobis inuenire potestꝫ. quia neq̧ ab oriēte. i. a ꝑncipio vite vestre. neq̧ ab occidēte. i. a fine. neq̧ a desertꝫ montibꝫ. i. a tota vita vestra scꝫ potestꝫ suꝑbire. sed magis humiliari. Per dectos montes qui cū magna difficultate colunṫ. et vix bonum fructū faciunt. de facili autē spinas ⁊ tribulos afferunt. bene significaṫ vita homis q̄ cum magna difficultate ad bonū trahiṫ. de facili aūt ad malū. Vn̄ de his tribꝫ diciṫ Job. xiiij. Hō nat⁹ de muliere. Ecce ꝑncipiū vile. Breui viuens tempore. Ecce finis terribilis. Repletur multis miserijs. Ecce medium miserabile. De his ergo non potest superbire. Unde Innocentius tertius de vilitate humane conditōis. Vn̄ superbit homo cuius ꝯceptio culpa. nasci pena. labor vita. necesse mori. ne ergo extollat cornu. maxime qm̄ de⁹ iudex est qui superbos humiliat. Sic g̃ patꝫ ꝑmū quomodo humilitas hoīem a malo retrahit. De scdo quō humilitas om̄es virtutes i homie reparat ⁊ restaurat. Est ei humilitas i virtutibus sicut radix in arboribus. que si sana fuerit. spes est bona de

ramoꝝ fructificatōe. Sic si hūilitas pfctā fuerit in hoīe. oīa fructificabūt opa ꝟtutuꝫ q̄ p̄us mortua fuerūt. Recte sic͡ post morti ficatōeꝫ radicis in hieme. supueniēte vere restituit̄ pulcritudo ⁊ decor ramoꝝ ⁊ spes est de fructu. Sic recupata hūilitate omnia recupant̄ ⁊ reuiuiscūt in penitēte: q̄ nō possent reuiuiscere ex se sine hūilitate: q̄si sine radice. Vñ dic͡ Gre. xxvij. li. moraliū. Origo virtutꝫ hūilitas est. veraciter illa in nobis pullulāt q̄ in radice ꝓpria. i. hūilitate pdurāt. a qua nimirū si abscidit̄ arescit. Hec Gre. Et hec est rō ſm Gre. Quia omniū virtutū incrementū est a caritate q̄i ab humore viuificante. Qui humor si dꝫ diffundi in ramos sursum: p̄us oportet esse ī radice deorsum. Qui ğ hūilitatē habet: habet pariter ⁊ caritatē. q̄ habita oīa rehabētur. qꝛ oīa bona reuiuūt cum illa. ⁊ q̄ ad h̄ scꝫ ad humorē viuificantē q̄ est in hūilitate. Aug⁹ sup Joh. Omel. viij. de pe. dist. ij. Radix. dicit caritatē etiā esse radicē omnium bonoꝝ. q̄ tñ sine hūilitate nō p̄t esse. qꝛ hūilitas est ꝓpri⁹ locus caritatꝫ. De tertio q̄ñ hūilitas oīes virtutes in vere penitēte custodit. Dic͡ Hiero. sup Math. xix. c. Hūilitas est ꝯseruatrix custosq̄ꝫ virtutum Et nihil est qđ ita deo gratū faciat hoīem ⁊ hoib⁹ q̄ꝫ si vite merito nō magni sꝫ humilitate esse infirmi videant̄. Multū ğ debet penitens solicitari de hūilitate: ne bona q̄ agit sine ea amittat. Dicit eñ Gre. Omel. vij. Qui sine hūilitate virtutes ꝯgregat: ī ventū puluerē portat. Et. viij. li. mor. ideꝫ dicit. Perit oīe qđ agitur si nō humilitate custodit̄. Ex his oīb⁹ pꝫ q̄ summa nostre pfectōis. in hūilitate ꝯsistit. Vñ dicit Hugo li. iij. de claustro aīe q̄ ip̄a est inter ꝟtutes sic͡ mel inter appotecarias species. Sicut enim mel ꝯcordat cum omnib⁹ specieb⁹ ⁊ ꝯfectionib⁹ medicine. Ita ex humilitatis dulcedine ꝯdiunt̄ oīa genera virtutū. Et ex h̄ ꝯsequenter pꝫ q̄ nō p̄t quis vere dici pfect⁹ q̄ hac ꝟtute p̄uat⁹ est. Ita dicit Cassiodo. sup illud Psal. Humiliatus sum vsq̄ꝫquaq̄ꝫ. Per hanc eñ ſm ip̄m membra xp̄i sciunt diaboli vicisse supbiaꝫ Per hanc fideles sup regna pficiunt. Per hanc supbia tyrannica supat̄. Per hanc in eternū martyres coronāt̄. Quisq̄s ğ digne penitere se dicit: diligēter attēdat vt hūilitatē hīe studeat: q̄tin⁹ ⁊ mala p̄terita comprimere et bona pdita restaurare et ea cōseruare possit.

B

Estote misericordes sic ꝛ pater vester misericors ē Luc. vi. Sic dic Ambro. super eplām. j. ad Thimo. iiij. ca. tractans illud Pietas ad om̄ia valet. Omnis sūma christiane discipline in misericordia ꝛ pietate consistit. nec immerito. Nam pro om̄i statu suo hō semꝑ idiget miscdia diuina. Et ideo sꝑ deberet exercere miscdiam. Sunt aūt tres status hoīs scꝫ in mundo. ꝙntum ad progressum. In extremo. quantum ad egressum. In iudicio quantū ad successuꝫ Et in quolibet istoꝝ statuū indiget misericordia. ꝑpter ꝙd quilibet nostrū multuꝫ debꝫ esse misericors. quia miscdiā dei consequi nō pt nisi ꝑ misericordiam ꝑ semetipm factā ꝛ ꝑximis exhibitā. De miscdia i mūdo ꝙntū ad ꝑgressū pꝫ ꝑ illud Prouer. iij. vbi dr̄. Miscdia et veritas nonꝫ te deserant. ꝛ inuenies grām coraꝫ deo ꝛ hominibꝫ. Unde misericordes hoīes licet i hac vita multas habeant temptatiōes tamen ab eis liberantur per misericordiā. Juxta illud Ambro. vbi supra. Misericors et si lubricum carnis patiatur. vapulabit quidem. non tamen finaliter peribit. De misericordia quantū est necessaria in extremo dr̄ Thobie. iiij. Fiducia magna erit coraꝫ summo deo. Et premittit. Quomodo potes ita esto misericors. Unde Hieronimꝰ in epistola ad Nepocianum. Non memini me mala morte mortuū qui libēter opera misericordie exercuit. habēt eñ multos intercessores. ꝛ impossibile est multorū ꝑces non exaudiri. De miscdia quantū est necessaria in iudicio dicitꝰ Jacobi. ij. Judiciū sine misericordia fiet ei qui nō fecit misericordiā patienti. Cū igitur hō tm̄ indiget misericordia. merito debet esse misericors vt misericordiam consequatur. Ad quā ipm multa inducunt. Et pmo ad misericordiā natura iducit. pꝫ qꝛ oīa mēbra se diligūt. nutriūt. seruiūt. adiuuāt se custodiūt se. protegunt se. Itē oīs creatura suo modo impēdit miscdiam. terra sustentat. aqua potat ignis cosumit ꝛ calefacit. ꝛ sic ꝺ alijs. Secūdo inducit scriptura Mat. vij. Om̄ia quecūqꝫ vultis vt faciant homines vobis. ꝛc. Michee. vi. Indicabo tibi homo. Mathei. ix. Misericordiā volo. Tertio exempla de Cornelio Actuū. x. de Eustachio. Item exemplū xp̄i de adultera. Johānis. viij. Itē Job. Thobias. Martinus. Item etiā in gentilibus inuenitur. sicut in Antiocho. qui audita morte Onie pontificis fleuit. ij. Machabeorum quarto. Itē Samaritanus misericordia motus Luce. x. Itē a brutis. Nam leo homini flectenti corā eo parcit. Unde poeta Parcere prostratis ꝛc. Itē lupa pueruꝫ expositū a matre nō deuorat. sed lactat. Itē Crocodilus postquam hominē occiderit super eum plorat. Inuenti sunt equi post mortem dominorum non sumpsisse cibuꝫ Similiter canes ꝑ dn̄is bellauerūt. Iteꝫ Rome canis fuit qui cū domino carcereꝫ

intrauit et dño mortuo panem ad os por⸗
tauit. et tandem p̄cipitatū dñm in flumen
ipse se proiecit vt dominū sustentaret. Itē
Elephas homini in deserto obuians viā
parat et ostēdit. ⁊ ne terreaṫ de via secedit.
Item belua sentiens fluctus: paruulos in
ventrem recolligit et ab omī lesione custo⸗
dit. Contra matres nostras q̄ filios occi⸗
dunt. Item supplicia sicut patet Mathei
xxv. Ite maledicti. Itez Jacobi. Judiciū
sine miscdia ⁊c̄. Item d̄ Juda. Ps. Pro eo
ꝙ non est recordatꝰ facere misericordiam.
Item Mathei. xviij. Serue nequā. Itez
p̄mia. Mathei. v. Beati misericordes ⁊c̄.
Mathei. xxv. Venite benedicti. Vnd̄ di
cit Augustinus super Psal. cij. Exercete
fratres misericordiam nō est aliud vincu⸗
lum charitatis. nō est aliud vehiculum q̄
perducamur de hac vita ad celestē patriā.
Sciens itaqȝ filius dei neminem posse cō
sequi vitam eternam nisi per misericordiā
descendit de celo vt misericordiam predi⸗
caret. misericordiam exhiberet. et miseri⸗
cordiam doceret. quatinus verbo pariter
et exemplo homines ad misericordiam in
uitaret. Et ne quisquā excusationes pretē
deret dicens se nescire misericordiā et mo
dum miserandi patrem celestez nobis pro
ponit in exemplum dicens. Estote miseri⸗
cordes sicut et pater vester celestis miseri⸗
cors est. vt dicit textus euangelij.

In illo tempore dixit ihesus discipulis
suis. Estote misericordes sicut ⁊ pater ve⸗
ster misericors est ⁊c̄. In quibus v̄bis sal⸗
uator nos inducit ad misericordiaz tripli⸗
citer exhibendam s̄m triplicem gradū be⸗
neficentie proximo impendende. Nam tria
magna beneficia sunt necessaria hominibꝰ
inter se bene ⁊ meritorie viuere volentibꝰ.
Primū consistit in cōmunicatione rerum
⁊ bonoꝝ tam nature q̄ȝ fortune. q̄ȝ etiā gr̄e
Quo ad hoc diciṫ. Date ⁊ dabitur vobis.
Secundū consistit in dimissione iniuria⸗
rum. Et quo ad hoc diciṫ. Dimittite et di
mittetur vobis. Tertiū consistit in conser
uatione fame proximoꝝ. Quo ad hoc diciṫ.
Nolite iudicare ⁊c̄. Ex quibus patet ꝙ si
liberaliter bona nostra proximis cōmunica⸗
uerimꝰ: si iniurias eoꝝ quas in nos cōmit
tūt libenter relaxauerimꝰ. ⁊ si facta eorum
pie et benigne iudicauerimꝰ vere vt pater
celestis misericordes erimꝰ.

A

Dixi primo ꝙ si liberaliṫ bo⸗
na nr̄a proximis cōmunicauerimus: vere vt
pater celestis misericordes erimus. Circa
qd̄ sciendū ꝙ volēs miscdiaz exhibere proxi
mo in cōicando bona sua liberaliṫ. necessa
rio debet ordinate ⁊ regulariter ꝓcedere si
p̄miū ⁊ fructū h̄ ⁊ in futuro vult ꝯsequi et
obtinere. Et ideo circa h̄ duo sūt ꝯsiderā⸗
da. Primo de modo dandi elemosynam.
Scd̄o de p̄mio dantis eam. De p̄mo sciē⸗
dū duodecim requiruntur conditiones dili
genter obseruande a quolibet faciente ele⸗
mosynā. Primo em̄ requiriṫ ꝙ hō volēs da
re elemosyna, proximo debet animā suā ima⸗
culatā ⁊ innocentē deo exhibere. Non em̄
est acceptū apud deū vt quis det se diabo
lo ⁊ res suas deo. Sic̄ fecit Caym. qui da
bat decimas deo: sed ꝑ pctm̄ fratricidij se⸗
ipsum dedit dyabolo. Vn̄ dicit Gre. xix.
li. Moral'. Qui vult miseri proximo necesse
est vt a se miserendi trahat originē. Scri⸗
ptum nāqȝ est Eccl̄i. xxx. Miserere aīe tue
placens deo. Et diliges proximuz tuū sicut
teipsum. Quō ḡ miserendo alteri pius sit
q̄ adhuc iniuste viuendo fit impiꝰ sibijpsi.
Hinc dr̄ ꝑ Salomonez. Qui sibi neq̄ȝ cui
bonus Eccl̄i. xiiij. Ad exhibendam quippe
miscdiaz vt indigentibꝰ plene exterius va
leat impendi duo sibi necessaria congruūt
id est. homo cui p̄beat. et res que prebetur
Sed longe incōparabiliter melior est ho⸗
mo q̄ȝ res. Qui itaqȝ indigenti proximo exte
riorem p̄bet substantiā. sed vitam suā a ne⸗
quicia non custodit. rem suā deo tribuit et
se peccato. Hoc quod minꝰ est obtulit au⸗
ctori. et h̄ quod maius est seruat iniquitati
Hec ille. Cui ꝯcordās Isidorꝰ de sum. bo.
li. iij. c. lxv. di. Tūc fructū elemosynaꝝ in⸗
dulgentiꝰ cōseq̄ dr̄ quando a scelere operū
desinitur. Talis fuit elemosina phariseoꝝ
qui s̄m Augustinū in libro Enchiridion.
iij. cap̄. lxxviij. Pretereuntes charitatem ⁊
iudicium decimabāt tm̄ ꝓpter elemosynas
fructus suos. et non dabant elemosynas a
seipsis. secum prius elemosynas facientes
Hec elemosyna s̄m Augustinum ibidem.
capitulo. lxxix. fallit et decipit homines.

Sed diceres. tamen saluator dicit Lu
ce. xj. Date elemosynam et omnia munda
sunt vobis. Respondeo s̄m magistrum in
iiij Sententiaꝝ. distin. xv. cap̄. ix. Q: hoc

intelligit̃ de illis qui sunt sine peccato. qui
per elemosynas satisfaciũt ꝑ peccatis. Et
ita cessantes a peccatꝭ post ꝯfessionẽ faciũt
elemosynas redimendo peccata ꝑ quibus
erant puniendi in purgatorio. Unde sal/
uator ait Mathei. xxiij. Primo mundate
que intus sunt. Quasi di. Immũdis om/
nia immũda sunt. Hinc dicit Gregorius
xij. libro Moral. Qui semꝑ peccare vult
et quasi semꝑ elemosinam largiri. frustra ꝑ
cium tribuit. quia nõ redimit animã suam
quã a vicijs nõ compressit. Propter quod
idem in pastorali. cap. xlij. consulit dicens
Qui sua misericorditer largiunt̃. sollicite
custodire studeant. ne cũ cõmissa peccata
elemosina redimunt. adhuc redimẽda cõ/
mittant: ne venalem dei iusticiã vt sic pro
peccatis curent minima tribuere. ac per h̃
arbitrent̃ se posse inulte peccare. Plus est
nãq; anima q̃ȝ esca. ⁊ corpus q̃ȝ vestimẽtũ.
Qui ergo escam et vestimentuȝ pauperibꝫ
largitur. sed tñ anime sue vel corporis ini/
quitate polluitur. quod minus est iusticie
obtulit. et quod maius est culpe admisit.
Sua em̃ dedit deo. et se obtulit dyabolo.
Hec ille. Ex quibꝫ infero q̄ elemosinaruȝ
largitio q̃ntũcunq; magna: nõ est deo ac/
cepta si fuerit vnico peccato mortali per/
mixta. Istud patet ꝑ Gregoriũ li. j. moral.
qui tractans illud Job. Timens deum et
recedens a malo. Nõnulli sic bona quedã
faciunt. vt tamen a quibusdã malis mini/
me suspendant̃. Unde postq̃ȝ timens deũ
dicit̃ et recedens quoq; a malo ꝓhibetur.
Scriptũ quippe est. Declina a malo et fac
bonum. Neq; em̃ vota deo accepta sunt q̃
ante eius oculos maloꝝ admixtione ma/
culantur. B

Sed diceres. Ex quo talis elemosyna
deo nõ est accepta que fit in mortali pecca
to. Igitur nõ est facienda. Quod tamẽ est
contra Augustinũ in libro de pe. Qui con
sulit talibꝫ facere opera misericordie ⁊ alia
Respondeo. licet talibꝫ non ꝓdest elemosy
na huiusmodi ad eternũ premiũ. tamẽ ad
alia bene prodest. scȝ vt deus multiplicet
tali homini temꝑalia. Secũdo vt illustret
cor eius ad penitentiã. Tertio vt citiꝰ con
uertat̃. vt patet de Cornelio. qui propter
hoc q̄ erat elemosinis intentꝰ ad fidem ci/
tius fuit diuinitus aduocatus. vt dicitur
Actuũ. x. Quarto valet ad assuefactioneȝ
bonoꝝ operũ. Quinto quia dyabolus nõ
habet tantam potestateȝ in eo sicut in alio
peccatore. Secundo requiritur q̄ hõ det
de sua substantia nõ de aliena. Prouerbio
rum. iij. Honora dominũ de tua substan/
tia. Hoc est contra multos qui de vsuris
et rapinis et alijs male acquisitis que resti
tuere iure tenent̃ faciunt elemosynas. De
quibꝫ dicit Gregorius. xij. Moraliũ. Ele
mosyna superbi diuitis eum redimere nõ
valet quã perpetrata simul rapina paupe
rũ ante dei oculos ascendere non ꝑmittit.
Et Augustinus in libro de vita xpiana.
Quidam per hoc iustificari se existimãt q̄
de substautia pauperũ exiguam elemosy/
nam faciũt. ⁊ de eo q̃d plurimis abstulerit:
paucis largiunt̃. Cibatur vnus vnde plu
res esuriũt. Et de multoꝝ spolijs vix pau
ci tegunt̃. Non talem deus querit nec vult
pietatem. Illam aũt deꝰ elemosynã appro/
bat. q̃ de iustis laboribꝫ ministrat̃. ⁊ illã re/
probat que de lacrimis prestatur alienis.
Quid em̃ prodest q̄ te benedicat vnꝰ vnõ
plurimi maledicũt. Reuera times q̄ deus
non habeat vnde suos paupes pascat nisi
aliena diripias. Propter quod Gregoriꝰ
in pastorali. cap. xlij. dicit. tractans illud.
Esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare.
Hinc intelligendũ est quanta damnatio/
ne plectendi sunt qui aliena rapiunt si tan
ta animaduersione feriunt̃ q̃ sua indiscre/
te tenuerũt. Et. xliiij. cap. dicit ibidẽ. Cũ
q̃nta deus animaduersiõe eos remunerat
qui subtrahentes indigentibꝫ deo largiun
tur ꝑ sapientẽ dñs demonstrat dicens Ec
clesiastici. xxxiiij. Qui offert sacrificium ex
substantia pauperũ quasi qui victimat fi/
liũ in conspectu patris sui. Quid nãq; in/
tollerabilius potest esse q̃ȝ mors filij ante
oculos patris. Hoc itaq; sacrificiũ quan/
ta ira conspicit̃ ostendit̃. q̄ orbati patrꝭ do
lori comparat̃. Hinc dominꝰ per ꝓphetaȝ
ait. Ego dominꝰ diligens iudiciũ. ⁊ odio
habens rapinaȝ in holocaustũ. Isaie. lxj.
Et Prouer. xxj. Hostie impioꝝ abhomi/
nabiles que offerunt̃ ex scelere. Istud patȝ
de Gedeone qui ꝺ preda fecit vestes sacer
dotales. et factũ est ei in scandalũ Judicũ
viij. Propter quod Dauid ad Ornan le/
gitur dixisse. Neq; em̃ tibi aufferre debeo
et offerre domino holocausta gratuita. j.
Paralippo. xxj. Et. ij. Regum. xxiiij. legit̃

dixisse eidez. Emam ꝑcio a te scȝ aream ⁊
offerā dño holocausta gratuita. Legit̃ de
q̇dam q̇ edificauit eccl'iam de vsuris ⁊ ra
pinis. quā cū dedicare vellet epūs. diabo
lus apparens in forma pontificis retro al
tare fert̃ dixisse epō. Cur te intromittis de
domo mea q̄ mihi edificata ē. Statimq̧
epūs territus egressus ē. ⁊ eccl'ia fundit⁹
corruit. Tertio requiritur intentio recta.
Math. v. Sic luceat lux vestra corā hoī
bus vt videant opa vr̄a bona ⁊ gl'ificent
patrem vr̄m. Et ibidē. vj. Cum facis ele/
mosynā noli tuba canere. i. innotescere vt
gl'ificeris in laude tua. ſm Gorram. sicut
hypocrite faciūt. Ideo bene dixit poeta.
Affectum dantis pensat censura tonātis.
Jupiter vt centū thauroꝝ sanguine fuso
Sic capitur minimi thauri amore deus.
Et Hiero. sup Amos dicit. Non sacrifi/
cioꝝ magnitudinē: sed offerentiū merita
causasq̧ dij̄udicat. Vñ ⁊ vidua que duo
minuta in corbanā miserat omib⁹ a salua
tore ꝑfert̃. Luce. xxj. Quia dñs nō ea que
offerunt̃: sed offerentiū requirit volunta/
tem. xxiiij. q. j. Odi. Ex q̇b⁹ patȝ ꝙ recta
intentio ⁊ bona volūtas plus valet q̄ȝ ma
gna maloꝝ facultas. Sicut dic̄ saluator
Matth. x. de dante calicē aque frigide q̄
nō perdit mercedem. Quarto requirit̃ vt
det pauperi: ⁊ maxime bono Eccl'i. xij. Be
nefac iusto ⁊ ne recipias peccatorē: Vñ
dicit Tho. Et si ꝯstaret aliquē abuti ele/
mosyna non debet ei dari nisi in extrema
necessitate: q̄ꝛ sic ⁊ peccatori datur nō ad
fouendam maliciā sed naturā. In quo ca
su loquit̃ Grego. in pastorali ca. xlij. Qui
indigenti etiam peccatori panē suū nō q̄ꝛ
est peccator tribuit: sed q̄ꝛ homo nō pec/
catorem sed paupem nutrit. q̄ꝛ in illo non
culpā sed naturā diligit. Et Hiero. super
illud Eccl'i. xij. Da misericordi ⁊ ne susci/
pies peccatorē. dicit. Natura respiciēda
est nō ꝑsona. Qui em̄ dat indigenti pecca
tori nō q̄ꝛ peccator: sed q̄ꝛ hō. nō peccato
rē sed iustū nutrit. Ex q̄ infero duo. Pri/
mū ꝙ si ꝯstat aliquos esse sanos ⁊ poten/
tes ad laborandū q̇ publicas petūt elemo
synas: ⁊ eis abutunt̃. vt puta q̇ cū mulie/
rib⁹ de ciuitate in ciuitatē vagant̃ ⁊ in va
nitatib⁹ ꝯsumūt elemosynas: nō ē eis dā/
da elemosyna. imo sunt corrigendi vt a ta
lib⁹ desistant. Juxta illud Aug. Utilius
esurienti panis subtrahat̃ si de cibo secu/
rus iusticiā negligat: q̄ȝ esuriēti panis frā
gat̃ ⁊ iniuste seductus viuat. Et q̄dā glo.
sup Math. dicit. Justius feceris si iniu/
ste petētes correxeris q̄ȝ si dederis eis. Hic
est ꝙ in lege statutū est ꝙ si is q̇ laborare
pōt se īmiscet elemosine redigit̃ in ſuitutē
impatoris: vt codice de mendicantib⁹ va
lidis. lege. j. Et notanter dixi si ꝯstat. q̇a
si nō ꝯstat aliquē esse suspectū nō de faci/
li dȝ iudicari. Vñ dicit Cris. sup Math.
ſmone. ix. Si indifferenter omnib⁹ dede
rimus semp miserebimur. Si aūt discute
re ceperimus nūq̄ȝ misericordiā ꝑstabim⁹
Secūdo infero ꝙ in extrema necessitate
indifferenter danda est elemosyna. Nam
tunc elemosynā de supfluo dare est in pre
cepto. Juxta illud Ambro. lxxxvj. di. Pa
sce fame morientē. si nō pauisti occidisti.
In h̄ em̄ casu q̄ntūcūq̧ sit peccator. iude
us aut paganus pascendus est. Vñ dicit
Ualerius epūs in quodā ſmone. Ubi in/
cūbit necessitas nō est opus vt ꝑsonā dis/
cutias. ne cū indignis misericordiam se/
greges. ⁊ dei filiū pariter amittes. Et Cris.
dicit. Quiescamus ab hac diabolica curi
ositate discernēdi inter pauperē ⁊ paupe/
rem. Non enim ex eoꝝ vita quos recipis
mercedem tibi tributurus est dñs. sed ex
voluntate bona ⁊ misericordia. ⁊ bonita/
te multa quam ipsis impendis. Sed
diceres. Que est ista extrema necessitas.
Dico ꝙ illa q̄n homo ꝯsiderat totū defe/
ctum pauperis ꝙ si tuipse nō dederis sibi
ipē moriet̃: vt q̄ꝛ ab alijs nō de facili inue
niet̃. q̄ꝛ forte nō est in loco publico vel nul
lus sui misereret̃. Quito requirit̃ vt det ſm
facultatē suā Thobie. iiij. Fili si multū fu
erit tibi abūdant̃ tribue. si modicū: modi
cū etiā impartiri libenter stude. Qd̄ intelli/
ge ſm Tho. scd̄a scd̄e. q. xxij. ſm portio/
nem ꝓprie facultatis ⁊ sufficientiaȝ illius
pauperis cui das. Unde si q̇s est diues ⁊
multa habet supflua. ⁊ videt multū pau/
perē. si releuet suos defectus sufficiēter. i.
q̄ntū illi pauperi opus est. abundanter dȝ
tribuere. Si autem daret vni pauperi ad
superfluitatem. non est laudabile: sed vi/
tuperabile: quia sic melius esset pluribus
indigentibus dare ſm Thomā. C

Sed diceres. Quō possum cognoscere
ꝙ ml'tū habeo. Rn̄deo tibi fm Tho. ij. ij.
q. xxxij. c. vj. Ꝙ tūc hō dr ml'tū hr̄e ⁊ sup/
fluū qn̄ hʒ vltra ꝯgruā necessitatē ꝓpriȷ̄ sta
tus. ita vicʒ ꝙ hō ml'tis ptib9 sue substan
tie subtractis: adhuc ꝯuenient' pōt sustēta/
ri fm ꝓpriū statū. Sexto req̄rit' vt det cha
ritatiue: quia sine charitate nihil valet. j.
Cor. xiij. Si distribuero oēs facultates
meas ī vsus pauper charitatē si nō hūero
nihil mihi ꝓdest. Septio dʒ distribuere
ꝯtinue. Eccs. xj. Mane semina semē tuū
⁊ vespe nō cesset man9 tua. ⁊ Prouer. xxj.
Iust9 distribuet ⁊ nō cessabit. Octauo oc
culte Prouer. xxj. Mun9 occltū extriguit
iras. Nono discrete. Ecci. xij. Si bn̄ fece
ris scito cui feceris. Vn̄ fm Tho. vbi sup̄.
Paupi sāctiori meli9 ē dare q̄ʒtū ad retri/
butionē vite eterne. qꝛ ex merito ei9 maior
ē ꝓfectus dāti ꝑ q̄ orat. Imo dicit Tho.
ꝙ ꝑsone sanctiori ⁊ magis indigēti ⁊ magis
vtili ad cōe bonū est magis elemosina fa/
ciēda q̄ʒ ꝑsone ꝓpinq̄ori. maxie ꝯiūcte. cu/
ius cura spēalis iminet. ⁊ si magnā neces/
sitatē nō patiat'. Hec tho. ij. ij. q. xxxij. ar/
ti. ix. Preter aūt istū casum ꝑsone ꝓpinq̄o
ri ē melius facienda elemosina. qꝛ h̄ debe
at ordo charitatis fm ipm. Decio danda ē
dulcit'. Iuxta illud Ecci. xviij. Fili in bo
nis ne des q̄relā. ⁊ in oī dato ne des tristi
ciā v̄bi mali. Ecci. xviij. Stult9 acrit' im
properabit. ⁊. Ecci. iiij. Nō exaspes pau/
perē in inopia sua. Vndecio dāda ē hila/
riter q̄ʒtū ad aspectū exteriorē ⁊ interiorē.
Ecci. iiij. Declina paupi aurē tuā sine tri/
sticia Ro. xij. Qui miseret' in hilaritate.
⁊. ij. Cor. ix. Hilarē datorē diligit deus.
Vnde Isid. lib. iij. de sūmo bono. c. lxv.
Tūc bn̄ tribuit' qn̄ cū mētis alacritate p̄/
bet'. Metuendū est itaqʒ ne paup aut cuʒ
tedio nr̄a oblata recipiat aut orone p̄ter/
missa merēs tristisqʒ abscedat. Duodecio
danda est velociter Ecci. iiij. Cor inopis
ne affligas ⁊ nō ꝓtrahas datū angustiāti
Vn̄ sapiēs. Qui cito dat: bis dat. Sʒ qꝛ
subdit' in euangelio. Date ⁊ dabit' vobis.
Iō vidēdū est q̄d dabit'. Dant' aūt hoib9
ꝓ opib9 misericordie duodecim p̄mia taʒ
in p̄nti q̄ʒ in futuro. Et p̄mo vitā tpalem
ꝯseruat ⁊ ꝓlongat. Ps. Btūs q̄ intelligit
sup egenū ⁊ pauperē. Et seq̄t'. Dn̄s ꝯser/
uet eū ⁊ viuificet eū ⁊ btm̄ faciet eū in tra
Scdo tpalia augm̄tat Ecci. xxxv. Retri
buēs ē dn̄s ⁊ septies tm̄ reddet tibi. Pro/
uer. xj. Alij diuidūt ꝓpria ⁊ ditiores sunt.
Tertio resistit tēptatiōi diaboli. Ecci. iiij
Elemosina resistit pctīs. Quarto liberat
a culpa ⁊ a pena eterna. Thobie. iiij. Ele
mosina ab oī pctō ⁊ a morte liberat ⁊ nō
patiet' aīas ire ad tenebras. Quito ꝯ dia
boluʒ munit ⁊ tuet'. Ecci. xxix. Conclude
elemosinā ī sinu paupis. Et sequit'. Sup
scutū ⁊ lanceā potentis aduersus inimi/
cū tuū pugnabis. Sexto ꝯseruabit graʒ.
vn̄ vocat' saccul9 Ecci. xxix. Elemosina vi
ri q̄si sacculus. Septimo pctm̄ debilitat.
Ecci. iij. Sicut ignē ardētē extinguit aq̄
ita elemosina resistit pctīs. Octauo inter
cessiōes sctōꝝ multiplicat. Act. ix. Circū
steterūt eū vidue flētes. vbi loq̄t' de Tha
bita ꝑ cui9 suscitatiōe orabāt petr9. ⁊ Lu.
xvj. Facite vobis amicos ⁊c. Nono illūi
nat intellectū in agēdis Esa. lviij. Frāge
esurienti panē tuū. Et seq̄t'. Tūc erūpet q̄
si mane lumē tuū. Decio mūdat affectuʒ
Lu. xj. Date elemosinā ⁊ oia mūda sūt vo
bis. Vndecio ꝯfert gl'iam. Prouer. xiiij.
Qui miseret' paupi btūs erit. Et Esa. lviij
Gl'ia dn̄i colliget te Matth. xxv. Venite
bn̄dicti p̄ris mei possidete regnū. Duode
cimo dō assimilat. vt hic. Estote misericor
des sicut ⁊ pr̄ vr̄ misericors ē. Vere mag
v̄tus est q̄ silem facit deo. Et ꝓpter h̄ dei fi
lius in q̄cūqʒ nō inueniet silitudinē illaʒ
dei p̄ris in iudicio finali grauit' puniet si/
cut solus cōminat'. Matth. xxv. Ite ⁊c.
Vn̄ licʒ iudiciū finale fiat de p̄ceptis iusti
cie q̄ trāsgrediēdo reprobi peccauerūt. tn̄
q̄si p̄ncipalr' fiet dō opib9 mie ꝑ q̄ n̄ redime
rūt pctā sua. Et iō dicit Robert9 holgoth
sup. v. cap̄. li. Sap̄. Ꝙ q̄ ad p̄ceptoꝝ trās
gressionē erit discussio in iudicio mētalis
Sed q̄ ad opa mie erit discussio vocalis
sicut sonat textus euāgelij. D

Dixi secūdo Ꝙ si ꝓximoꝝ in iurias q̄s in nos
cōmittūt libenter relaxauerimus vere vt
pater celestis misericordes erimus. Circa
qd̄ sciendū ꝙ fm Aug9. in suo Enchiri/
dion. ca. xxxvj. Non solū est elemosinam
dare indigenti sed etiā dimittere ex corde
offendenti. Habentur verba ista. xlv. dis.

Et q̄ emēdat. Nota in vitis phoꝝ legit᷑: ꝛ
h idē scribit valeri⁹. ꝙ Simonides phs
nauigans ꝑ mare littus applicuit ꝛ ibi ho
minē inbūatū inueniēs sepeliuit. Qui tā/
dem ꝑ somniū ei apparens eū āmonuit ne
die seq̄nti nauigaret. q̄ ita fecit. Cōtigit ḡ
ꝙ alij nauigauerūt ꝛ oēs sunt submersi.
Itē cū apud Scopam cenaret nunciatū
est ei duos iuuenes stare ad ianuā rogan/
tes vt ad eos exiret. q̄ cū exisset neminē re
perit. Eodē aūt momēto tricliniū corruit
ꝛ oēs ꝯuiuas oppressit. Ecce q̄ꝫtū valet pi
etas etiā in paganis. Unde ſm Alquinū
tria sunt genera elemosinaꝝ. Una corpal᷑
egenti dare q̄cq̄d poteris. De q̄ dat᷑ versi
culus. Poto cibo redimo tego colligo vi/
sito condo. Altera spūalis scꝫ dimittere a
q̄bꝫ lesus es. Tertia delinq̄ntes corrigere
ꝛ errātes in viam reducere ꝟitatis. De q̄
dat᷑ ꝟsus. Consule castiga solare remitte
fer ora. Sūt ḡ due elemosine. vna cordis
alia pecunie. ſm Aug. Elemosina cordis
est dimittere a q̄bꝫ lesus es. Et vocat᷑ cor/
dis: q2 solo corde pōt fieri. Nam dare in/
digenti aliq̄d aliq̄n queris ꝛ non habes.
Indulgere vero petenti q̄ꝫtū volueris abū
dat tibi. Et sicut dicit Aug⁹. Elemosina
cordis multo maior est q̄ꝫ elemosina cor/
poris. Nam charitatis elemosina sine ter/
rena substātia sufficit si desit facultas. Il
la ꝟo que corpaliter dant᷑ si sine benigno
corde tribuūt᷑ omino nō sufficiūt. Cui cō
cordat illud Isid. lib. iij. de sūmo bono. c.
lxv. dicentis. Non solū q̄ esurienti ꝛ sitiē/
ti. ꝛ nudo beneficiū largitatis impendit.
sed ꝛ q̄ inimicū diligit scꝫ dimittēdo iniu
riā. Et q̄ lugenti affectū cōpassionis imp
tit. aut in q̄buslibet necessitatibꝫ ꝯsiliū ad
hibet. elemosinā ꝓculdubio facit. Nā do
ctrina bona elemosina est. ꝛ misericordie
corpali eminētior est. Et post pauca sub/
dit. Due sunt spēs elemosine. Una corpa
lis vicꝫ egenti dare q̄cq̄d poteris. Alia spi
ritualis dimittere a quo lesus es. Prima
adhibēda est miseris. secūda malis. Erit
ḡ semꝑ q̄d impertiaris ꝛ si nō pecuniā. tñ ve
nie gratiam. Et Aug⁹. in Enchiridion. ca.
lxxij. dicit. Non solum q̄ dat esurienti ci/
bū. sitienti potū. nudo vestem. ꝑegrinan/
ti hospiciū. fugienti latibulū. egro vel in/
cluso visitationem. captiuo redemptiōeꝫ.

debili subuentionē. ceco conductionē. tri/
sti consolationē. nō sano medelam. erran
ti viam. deliranti consiliū. ꝛ quodcūqꝫ ne
cessariū indigenti. Uerū etiā q̄ dat veniā
peccanti elemosinam dat. ꝛ qui emendat
eum verbere in quē potestas datur vel co
hercet aliqua disciplina. ꝛ cū peccatū ei⁹
quo ab illo lesus est vel offensus ē dimit/
tat ex corde vel orat vt ei dimittat᷑. Non
solū in eo ꝙ dimittit vel orat. verū etiam
in eo ꝙ corripit aliquē emendatoria pena
elemosinā dat. quia misericordiā prestat.
Multa em̄ bona ꝑstantur inuitis quan/
do eorum consulitur vtilitati nō volūta/
ti. Hec Aug⁹. Ex quibꝫ patet ꝙ sicut ho
mo tenet᷑ ad elemosinam corporalem faci
endam indigenti in casu necessitatis sub
pctō mortali. ita tenet᷑ ad elemosinā spiri
tualem. scꝫ ad rancorem dimittendum ex
corde. petenti ipsum. E

Pro q̄ sciendū ꝙ ſm Petrū de tharan
tasio tria sequunt᷑ ex offensa alicui illata.
Primo q̄dem rancor in affectu. Secūdo
signum rancoris in effectu scꝫ in exteriori
ꝯuersatione. Tertio actio iuris. i. repeti/
tio satisfactionis in iure. Inter que talis
est ordo. quia ꝑmū scꝫ rancorē ꝛ odium ex
corde tenemur dimittere etiam nō rogan
ti. vt dicit᷑ de pe. dis. v. Fratres. Ubi dici
tur. Falsa penitentia est illius q̄ offensus
offendenti nō indulget. Et dico notanter
nō roganti. q2 nō licꝫ aliquē odio hr̄e eti
am ꝑ vnū momētū. Unde istud ē ꝑcepti.
nec tali odio durante pōt quis digne pe/
nitere. Scd̄m ꝟo scꝫ signū rancoris ī effe
ctu. scꝫ in exteriori ꝯuersatōe nō tenemur
dimittere nisi roganti: vt dicit Aug⁹. in
suo Enchiridion ca. lxxiiij. Et si quis nō
ꝓficit ad tm̄ vt diligat inimicū sufficit vt
dimittat quādo rogat᷑. Sic debet esse in/
telligendum illud. Dimitte nobis debita
nostra: sicut ꝛ nos dimittimus rogantibꝫ
debitoribꝫ nostris. Sed tertium scꝫ actio
nē iniuriaꝝ nō tenet᷑ hō dimittere etiā ro
gatus. quia hoc ē ꝑfectoꝝ nisi satisfactio
ne habita. si tñ eā dimitteret ꝑfectus esset
Iuxta illud. Tollenti tunicā relinquēdū
est ꝛ palliū. Math. v. Ex his infero ꝙ lꝫ
quis nō possit cogi vt offensam dimittat
tñ bene pōt cogi vt ꝑ ea satisfactionē ac/
cipiat. Hoc exꝑsse habet᷑ in Canone. xc.

dis. Si qͥs ꝯtristatus noluerit recõciliari
fratri suo satisfaciẽte eo qui contristauit.
acerrimis macereť iedijs. Qđ expõit glo
sa.i.excõicatõe tãdiu vsqꝫ dũ gratãti aĩo
satisfactionẽ accipiat. Pena aũt nolentiũ
dimittere ⁊ ꝓmiũ facile indulgentiũ põiť
Math.vj. Dimitte nobis debita nr̃a sic
⁊ nos dimittimus. Ecce ꝓmiũ. Et Mar.
xj. Q si vos nõ dimiseritꝭ nec pr̃ vr̃ cele-
stis dimittet vob. Et Math.xviij. cõmi-
nať grauissimã penã nõ dimittẽtibꝫ ex cor
de. Qđ tractans Aug⁹. in suo Enchi.ca.
lxxvj.diᷓc. Quisqͥs rogat⁹ peteti ex corde
nõ dimittit. nullo mõ a dño existimet sua
pctã dimitti. qꝛ veritas dixit. Si dimise-
ritis hoibꝫ pctã dimittet vobis pr̃ meus ⁊
vr̃ pctã vr̃a. Q si nõ dimiseritꝭ nec pr̃ vr̃
dimittet vobis. Et subdit. Ad tã magnũ
tonitruũ q̇ nõ exꝑgiscitť nõ dormit sꝫ mor
tuus ẽ. Cui ꝯcordãs Isiđ. de sũmo bo.li.
iij.c.xxvij.dicit. Cito est ignoscẽdũ cuiqꝫ
dũ veniã postulat. Nõ em̃ pñt ei pctã di-
mitti q̇ in se peccãti pctã nõ dimittit. For
mã em̃ indulgẽtie nob de⁹ ex merito nr̃e
ꝯditõis imposuit. dũ ita nos orare ꝑcepit
Dimitte nob debita nr̃a sic ⁊ nos ⁊c. Iu-
stũ em̃ iudiciũ dei exigit tm̃ pctõri a se in-
dulgeri q̃tũ ad alteꝝ vnusqͥsqꝫ in se offen
so indulget. Quidã de suis meritꝭ ꝯfiden
tes pigre in se delinqͥntibꝫ veniam ꝑstant
Sed nihil ꝓficit illibatũ esse a culpa qui
nõ est ꝑatus ad veniã. Et sequiť. Frustra
sibi ꝓpiciari deũ q̃rit q̇ cito placari in ꝓri-
mũ negligit. Et tm̃ de scđo. F

Dixi tertio Q si primoꝝ fctã
pie ⁊ benigne iudi
cauerimus ꝟe misericordes vt pr̃ celestis
erimus. Pro q̇ sciẽdũ ꝙ ſm Robertũ hol-
goth suꝑ li. Sap.c.xvj. Sicut impiũ est
pctã q̃ cõmisimus ꝑtinaciter excusare. ita
ꝟtuosum est valde pctã ꝓximi non facilr̃
iudicare sꝫ cõpatienter aliqualr̃ excusare
Et h̃ ꝓpter triplicẽ rõnẽ. Primo ꝓpť cõis
fragilitatis ꝯditionẽ. Scđo ꝓpter sincere
familiaritatꝭ cõionẽ. Tertio ꝓpť vere pie-
tatis exercitationẽ. Primo qͥdẽ debemus
benigne ac pie iudicare ꝓxioꝝ pctã ꝓpter
cõis fragilitatis ꝯditionẽ. Oẽs em̃ freqͥn
ter erramus: vt qđ illi accidit ꝑt alteri ac
cidere. Et iđ Bern̄. suꝑ Cant.ser.xlj. in-
struens excusare benigniter pctã ꝓximoꝝ

dicit. Noli iudicare ꝓximũ sed magis ex
cusa intentionẽ si opus nõ potes. puta ig-
rantiã. puta surreptionẽ. puta casum. Q
si oẽm oĩno dissimulationẽ rei certitudo re
cusat. suade nihilomin⁹ tibi. ⁊ dicito apđ
teipm̃. vehemẽs fuit tẽptatio. q̇d de me il
la fecisset si ptãtẽ accepisset in me. Scđo
debem⁹ benigne iudicare ꝓxioꝝ pctã ꝓpť
sincere familiaritatꝭ cõionẽ: vt saltem de
amicis mala facilr̃ nõ credamus. nec de
ꝑlatis. nec de etate ꝓuectis. Vñ Hiero. i
epistola ad Rusticũ. Non est facile iudi-
candũ de ꝑfecta etate ⁊ credendũ quã vi-
ta ꝑterita defẽdit ⁊ honorat nobilitas di
gnitatis. Vñ cũ qͥdã platoni retulisset de
Xenocrate amico suo ꝙ diceret de plato-
ne malũ. Rñdit nõ eẽ credibile ꝙ ille quẽ
tm̃ amabat. eũ nõ diligeret. Cũqꝫ dictum
suum narrans se ꝓbatuꝝ assereret. Rñdit
Plato. Nunqꝫ Xenocratẽ talia dixisse ni-
si expedire iudicasset. Tertio debemus iu
dicare ꝓximoꝝ defectus ꝓpter pietatꝭ ex-
ercitationẽ. Nam pietas exigit vt excuse
mus alienos defectus q̃tũ possumus si-
ne lesione iusticie. ⁊ famã ꝓximoꝝ illibatã
ꝯseruemus. Vñ Orige. suꝑ Leuit.c.xxiij
Non vult te dñs si forte videris pctm̃ fra
tris tui ꝯtinuo reuelare ad publicũ ⁊ ꝓcla
mare passim ⁊ diuulgare aliena pctã. qđ
esset vtiqꝫ nõ corrigentis sed infamantꝭ.
Vñ apl̃i Simon ⁊ Iudas leguntur dixisse
Nos innocentes absoluere licꝫ. nocentes
ꝑdere non decet. H

Et sciendũ ꝙ hic ꝓhibeť iudiciũ nõ oẽ
generaliter. Nam in rebꝫ certis ⁊ manife
stis conceditť omnibꝫ iudicare. j. Coꝛ.ij.
Spũalis hõ oĩa dijudicat. Sed ꝓhibeť
iudiciũ temerariũ. Et hoc ꝓpter duo. Pri
mo rõne iudicantis. quia nõ habet aucto
ritatẽ Romanoꝝ.xiiij. Tu quis es q̇ iu-
dicas ſuũ alienũ. Glosa. Iudiciũ temera
riũ est qñ q̇bꝫ nõ est cõmissum iudicant si
ue de manifestis siue de occultis. Scđo
quia nõ habet dignitatem Roꝝ.ij. In q̇
alterum iudicas teipm̃ ꝯdemnas. Eadeꝫ
em̃ agis que iudicas. Tertio quia nõ ha
bet sapientiam Deuť.j. Tuli de tribubus
vestris sapientes ⁊ constitui eos iudices.
Secũdo diciť temerariũ iudiciũ ratione
rei iudicate. Primo quia nõ est verũ. Da
nielis.xiij. Sic fatui estis filij israel non

iudicantes neq̄ quod verũ est discernen-
tes. Tertio q̄ nõ est certũ. Et h̄ duplicit̃.
vel q̄ nescit̃ intentio sc; quo animo fiat.
Roꝝ. xiiij. Qui nõ manducat mãducantẽ
nõ iudicet. Unde in vitis patrũ legit̃ de
quodã monacho q̇ videns manducantez
fratrem feria sexta mane iudicauit eũ ma
le agere nesciens eiꝰ intentionẽ. Forte eñ
erat infirmus: ⁊ ob hoc perdiderat gratiã
dei ita ꝙ vix ꝑ duas hebdomadas veniã
a deo impetrauit. Aut quia nescit̃ rei euẽ-
tus Johis. vij. Nolite iudicare ƒm faciez
sed iustum iudicium iudicate. Prohibet̃
ergo hic iudiciũ temerariũ. qđ fit cum de
dubijs certa fertur sententia. Cum tamẽ
dubia in meliorem ꝑtem sunt interp̄tan-
da. xj. q. iij. Graue. xxx. q. vltĩa. Qui vult
de sponsalibꝫ. De muliere. Nã in dubijs
qđ certius est estimandũ estimamus. de
sponsalibꝫ. Juuenis. de pe. dis. vij. cap. ij
Unde illud. A fructibꝫ eoꝝ cognoscetis
eos. Math. vij. Dicit Augꝰ. contra Ma
nicheos libro. ij. esse intelligendũ de ma-
nifestis que nõ possunt bono animo fieri.
nõ aũt de illis q̄ possunt fieri bono ⁊ ma-
lo animo. Propterea idem Augꝰ. in libro
de sermone dñi in monte dicit. Q: de illis
que nõ possunt bono animo fieri: vt sunt
blasphemia ⁊ similia. nobis bene permit
titur iudicare. Nos igitur sic iudicemus
alioꝝ facta benigne ac pie sicut nostra a
deo volumꝰ iudicari. vt sic ꝓ iudicio pio
⁊ misericordi pietatẽ ⁊ misericordiam dei
in iudicio inueniamus. ⁊ ꝓ nr̃is opibꝫ nõ
iudiciũ sed misericordiã sentiamꝰ. p̄stan-
te dño nr̃o iesu xp̄o iudice viuoꝝ ⁊ mor-
tuoꝝ pijssimo. qui viuit ⁊ regnat cum deo
patre in vnitate spũssancti Amen.

Dñica q̄rta post trinitatis. II. Sermo. XCI.

Stote misericor-
e
des sicut ⁊ pater vester miseri-
cors est. Luc. vj. Licet deus p̄-
sit omĩa in omibꝫ. eo ꝙ quicq̇d est ꝑfectio
nis virtutis ⁊ bonitatis in creaturis ꝑfe-
ctius inuenit̃ in deo. Unde in ipso sunt
omẽs virtutes perfectissime. vt dicit phs
ij. Methaphisice. Nihil tamen sic relu-
cet in eius ꝑfectione quo ad creaturas si
cut misericordia. Uñ dicit beatus Tho.
scđa scđe. q. xxx. arti. iiij. Q: licz charitas
sit melior q̄ misericordia. hoc tñ soluz est
in homine q̇ ꝓ eo ꝙ habet supra se supio-
rem cui ꝯiungi debet. melior est sibi q̇ ad
hoc charitas. ꝑ quam cõiungitur deo q̄
misericordia ꝑ quã supplet defectũ inferi
oris. Quo ad deũ tñ q̇ hꝫ nullũ sup̄ se. mi
sericordia est maxima. quia cũ sit supior
ad eum ꝑtinet ꝙ alijs effundat bonitatez
⁊ subleuet defectus eoꝝ: qđ est superioris
Propter quod Ps̄. quid magis ꝓprie do
attribueret aut quẽ ipm ap̄pellaret ad mi
sericordiã recurrens ait. Deus meus mi-
sericordia mea. psalmo. lviij. Ubi dic̃ Jn
nocentius quartus. Recte loquit̃ homo
que ex affectu loquit̃. qui nõ valens exp̄
mere quod sentit. diuersa verba ad vnum
exp̄mendum inculcat. ita hic ꝓpheta post
mlta verba sub vno noie misericordie in
cludit quicq̇d dixerat. ⁊ vocat deũ mise-
ricordiã suam. quia habet omnia ab ipso
ꝑ misericordiam. Hec ille. Et Augꝰ. sup
eodem versiculo dicit. Attendens ꝓpheta
omnia bona sua esse deum nõ inuenit q̇d
ap̄pellaret deum suum nisi misericordiam
suam. Et subdit. O nomẽ sub quo nemi-
ni desperãdum est. Si eñ interfectio xp̄i
dimissa est penitentibus quis vult despe
rare. Deus meus inq̇t misericordia mea.
Quid est misericordia. si dicas salus. in-
telligo quia dat salutẽ. Si dicas refugiũ
meũ. intelligo quia confugis ad euz. Si
dicas fortitudo mea. intelligo q̄ dat tibi
fortitudinem. Misericordia mea quidem
totũ est. quicq̇d sum de misericordia tua
est. Hec Augꝰ. Ex quibus patet ꝙ licet
deus includat in se omĩa bona nostra. ni-
hil tamen miseris sic sapit sicut misericor
dia. Propter qđ licet diuersis bonis qui-
bus nos dotauit diuersimode a nobis no
minet̃. tamẽ nihil est gloriosius illo noie
quo pater misericordiaꝝ ⁊ deus totiꝰ cõ-
solationis ap̄pellat̃. Unde ⁊ filius dei eũ
p̄rem nostrũ dignatus est ap̄pellare: cũ for
mã orandi ipm ꝓponeret. Et patrem mise
ricordie cum nos ad misericordiã digna-
tus est excitare sicut in verbis thematis
ꝓponit̃. cũ đr. Estote misericordes sicut ⁊
pater vester misericors est. Jn quibꝫ ṽbis
tria tangunt̃. Primo eñ ponitur ad mise

ricordiam inuitatio. ibi. Estote misericor
des. Secūdo ostendit dei magna digna
tio in hoc q se patrē nostrū appellat. cum
dicitur. Sicut pater vester. Tertio subin
fertur diuine pietatis ostensio. cum dicit.
quia misericors est: A

Dixi primo Q in verbis pre-
missis pmo poni
tur ad misericordiā inuitatio. cū dicitur.
Estote misericordes. Circa quod sciendū
q sm Aug. ix. de ciuitate dei. c. v. Mise-
ricordia nō est aliud q̄ aliene miserie in
nostro corde cōpassio q̄ compellimur sub
uenire si possimus. Licz aūt misericordia
ↄsistat in multiplici opatione subuentio-
nis sm multiplicē effectū hūane ↄditiōis
tū solū hic in euangelio fit mentio de tri-
plici. scz illa q̄ ↄsistit in dando remittēdo
ꝛ iudicando. Et qꝛ de duabꝰ vltimis suf-
ficienter dictuz est. igitur restat adhuc de
pma dicere que consistit in dando. Et qꝛ
dare ↄtingit dupliciter vel querendo in-
digentes ꝛ eundo ad eos ꝛ iuxta eorū in-
digentiā tribuendo. Sicut fecit beatus
Laurentius q̄ dispersit ꝛ dedit paupibus
veniētes indigētes suscipiēdo ꝛ eos hūa
nitus reficiendo: vt fecit Abraam Loth ꝛ
alij sancti patres. Unde qꝛ dictū est de p
ma que fit in dando p dispersionē paupe
rū. Ideo videamus de secūda que fit in re
cipiendo per hospitalitatē ad quā āmone
mur hic. Estote misericordes. Istud sua-
det aplus dicens hospitales inuicē. j. Pe
tri. iiij. Et iteꝝ Romanoꝝ. xij. Hospitali
tatē sectantes. Est aūt sciendū q ad h vt
hospitalitas sit grata deo: quatuor debet
habere ↄditiōes. vicz hilaritatē sine mur
muratione. securitatē sine turbatione. sa-
turitatē sine diminutiōe. ꝛ pietatē sine ne
gatione. Primo igit debet habere hilari-
tatē sine murmuratione. vt hilarē se osten
dat. Sicut miles si ad suū tuguriū descē
deret rex. Quia ergo quotiens hospitem
suscipimus totiens regē xpm suscipimus
Sicut ipe ait Math. xxv. Hospes erā ꝛ
collegistis me. Et sequitur. Quod vni ex
minimis meis fecistis: mihi fecistis. Ideo
cū magna hilaritate sunt suscipiendi ho-
spites exemplo Abrae Genes. xviij. Qui
cum vidisset tres viros occurrit eis ꝛ ado
rauit in terra. Similiter Loth. Gen. xix.
Et apostoli Luce vltimo. Coegerūt illuz
scz christū manere ad cenam. Ubi glo. di
cit. Q exemplo eoꝝ docemur q peregri-
ni non solum sunt ad hospicium vocan-
di sed etiā trahendi. Secundo debet ho
spitalitas habere securitatem sine turba-
tione. Antiquitus eīn hoīes defendebāt
hospites suos sub periculo pprio. Sicut
narrat policratus libro. viij. cap. xix. vbi
dicit q criminis incurrebāt notam. sicut
patz de Loth. qui angelos hospites suos
defendebat a Sodomitis. Maluitq3 a
ↄciuibus luxuriosis insignem recipere in
iuriā in sobole sua q̄ in hospitibus suis.
Refert etiam ibidem de quodaz qui dice
batur Albanus in Britania. qui seipsum
maluit tyrannoꝝ exponere telis q̄ hospi-
tem quē susceperat. Tertio hospitalitas
debet habere saturitatem sine diminutio
ne. vt omnia necessaria ipsis hospitibus
ministrentur. Unde cuz leuita dixisset se
ni Judicum. xix. Nulla re indigemus ni
si hospicio. Respondit senex Gabaonita
Ego prebeo omnia que necessaria sunt ti
bi. tm̄ queso ne in platea maneas. De hoc
etiam habetur exemplū in sunamite. iiij.
Regū. iiij. que dixit viro suo. Animaduer
to q vir dei sanctus est iste qui transit p
nos frequenter. faciamus ergo ei cenacu
lum paruum ꝛ ponamus ei in eo lectulū
ꝛ mensam ꝛ sellam ꝛ candelabrū ꝛ cuz ve
nerit ad nos manebit ibi. Sed istud est
contra multos qui ostendunt hospitibus
pulchrum vultum ꝛ de peiori potu quem
habent in domo ministrant. Unde Eth-
nicus statuit vt recitat Policratus libro
viij. cap. xiij. versus finem. vt ea que in-
tus sunt hospitibus hilari modestia appo
nantur. quodq3 domi nō est. ꝛ habet vici
nus. ematur. Propter quod idem Poli-
cratus reprehendit ibidem consuetudinē
Cisterciensium tanq3 ab omni ciuilitate
alienam. scđm quam nec carnes apponū-
tur hospitibus. nec aliquid propter eos
emit. cum tamen ipse dicit. etiā ipsa ieiu-
nia propter hospitez viri perfecti soluant
ꝛ in multis de rigore suo plurimū indul-
geant charitati. Hec ille. Unde legitur
in vitis patrū. Q abbas Cassianus veni
ens de palestina in Egyptū ad quendaz
patrē. ꝛ cum ei hospitalitatem impendit-

ſet interrogauit eū quare tpe ſuſceptionis
fratrū regulam ieiunij nō cuſtodiret: quia
forte cum hoſpitib9 comedebat. Reſpon-
dit ille. ieiuniū mecū ſemꝑ eſt. vos autem
ſemꝑ mecū tenere nō poſſum. Et ieiuniū
q̄uis vtile ē ⁊ res neceſſaria. in noſtra tn̄
voluntate eſt. Charitas aūt plenitudineꝫ
legis exigit a nobis. vn̄ ſuſcipiens in vo-
bis chriſtum: debeo exhibere que charita
tis ſunt. cum autem dimiſero vos regulā
ieiunij potero obſeruare. Hec ille. Quar-
to debet hoſpitalitas habere pietatē ſine
negatione. vt ꝓ diuino amore nō ꝓ num-
mo vel lucro fiat. Ad Hebreos. xiij. Cha
ritas fraternitatis maneat in vobis. ⁊ ho
ſpitalitatē nolite obliuiſci. B E con-
trario vero qui recipitur in hoſpiciū qua
tuor in ſe debet habere. Primo ſit ꝯtent9
ꝑ acceptationem. vt ſcꝫ acceptando q̄ ap
ponūt ſit ꝯtentus. Luce. x. Edentes ⁊ bi-
bentes que apud illos ſunt. Et in hoc ap
paret bonitas peregrini. Nam ſicut dicit
Socrates. Cum hoſpites ſuos ſatis te-
nui cene ſuſcipere pararet ⁊ amicus eius
hoc vituperaret. Reſpondit. Si boni ſūt
equanimiter ferent. Si mali curabuntur
Hoc eſt contra noſtros viſitatores. q̄ ex-
quiſita fercula ⁊ pabula equoꝝ faciūt pa
rare vltra vires illoꝝ ad quos deſcendūt
Contra quos eſt Canon. x. q. iij. Illud te
Ubi pelagius hoc ꝓhibet. Ubi dicit glo
ſa. ꝙ nō debet fieri vltra vires. ne breuis
hora victum longi temporis conſumat.
Comedat ergo lardū ⁊ carnes vaccinas
nō ferinas cum aceto. nec bibat vltra ter-
tiam vicem. xliiij. diſ. Quando p̄ſbyteri.
Uerum licet ita ſit de iure ſtricto. conſue
tudo tamen contrarium habet. cui ſtatur
ſm̄ Archidia. Scd̄o ſit hoſpiti ſuo gra-
tus. ſicut narrat Dares phrigius de bel-
lo Troyano ꝙ Thelephus impediuit ſo-
cium Achillem ne regem temere occide-
ret memor ꝙ cū patre ſuo Hercule apud
eū olim fuiſſet hoſpitatus. Et Seneca li
bro q̄rto de bn̄ficijs dicit. Ex miles ingra
tus hoſpiti ſtigmatib9 inſignitur. Et ibi
narrat de quodā milite naufrago q̄ litto-
ri appulſus ꝑ quendam fuit hoſpicio per
duos dies ſuſceptus ⁊ refocillatus. Qui
tandem adiens imperatorem Philippuꝫ
regeꝫ macedonū p̄dia illius benefactoris
impetrauit. Quo facto ille acceſſit ad im
peratorē ⁊ cauſaꝫ īgratitudinis illius mi
litis expoſuit. Tandem impator iuſſit vt
ingratiſſimo militi ſtigmata infligerētur
que eis ingratitudinē ꝑpetuo teſtarent̄. ⁊
hoſpiti iuſſit om̄ia reddi. Hec Seneca.
Tertio caueat hoſpes nimiā dn̄atione̅ in
domo vel familia ſui hoſpit̄. q̄nimo dn̄o
domus obtēperare ſtudeat diligēter. Eſt
em̄ rep̄henſibile ſi ordinatā domū hoſpes
p̄ſumpſerit ordinare vel etiam reprobare
q̄ tenet̄ in om̄ib9 modeſtiā obſeruare. Iu
xta illud metriſte. Cū facis ingreſſum ſtu
deas ſic eſſe modeſtus. Ut poſt egreſſuꝫ
de te ſit rumor honeſtus. Quarto caueat
nimiā frequentationē. Iuxta illud Pro-
uerb. xxv. Subtrahe pedē de domo ꝓxi-
mi tui. ne forte ſaciatus oderit te. Et ꝓpt̄
eandē cauſaꝫ caueat magnā morā. Iuxta
illud. Poſt tres ſepe dies vileſcit piſcis ⁊
hoſpes. Ni ſale cōditus vel ſit ſpecialis
amicus. C Sunt aūt quatuor emo-
limenta .i. vtilitates hoſpitalitatis. Naꝫ
diſponit ad dei cognitionē. vt dicit̄ Luce
vlt̄. Cognouerūt dn̄m in fractione panis
Sic em̄ ſm̄ Robertū holgoth ſuper. xix.
cap̄. lib. Sap̄. Qn̄qꝫ diuina cognitio ali
cui infundit̄ occaſione viri in hoſpicio ſu
ſcepti. Sicut patꝫ: cū viri litterati vel cō
tēplatiui hoſpitantur: a quib9 in collatio
ne ml̄ta bona reuelant̄. Secūdo confert
tēporaliū multiplicationē. ſicut patet de
vidua. iij. Regū. xvij. que Helyam in ho
ſpicio ſuo ſuſcepit. nec tamen defecit fari
na nec oleū. Patet hiſtoria de duob9 fra-
trib9 in q̄dam monaſterio. ſcꝫ date ⁊ da-
bitur vobis. Eſt tn̄ de talib9 ſicut de quo
dā lapide qui dicitur Encidros. de quo
dicit Marbotus in libro de lapidib9. ca.
xlvij. ꝙ ſemꝑ emittit aquā in abundantia
⁊ tamen nunqꝫ liqueſcit nec vnqꝫ minuit̄.
Sic tales ſemꝑ abundanter dant. ita ꝙ
q̄nqꝫ plures mirant̄ quō ſufficiāt. Iuxta
illud Prouerb. xj. Alij diuidūt ꝓpria ⁊ di
tiores fiūt. Alij rapiūt nō ſua ⁊ ſemper in
egeſtate ſūt. Tertio excludit diuinā vltio
nē. Sicut ptꝫ de Raab q̄ ſaluata ē a vin-
dicta dei. eo ꝙ exploratores ſuſcepiſſꝫ ho
ſpicio Ioſue. vj. Quarto meret̄ dei ⁊ an-
geloꝝ ſuſceptionem Matth. x. Qui vos
recipit: me recipit. Et Hebreorum. xiij.

Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc em̄ quidam placuerunt angelis hospicio receptis. Sicut Abraam Geñ. xviij. Et Loth. xix. Refert Robertus Holgoth sup̱ lib. Sap. ca. xix. q̄ quidam senator sibi castrū ꝯstruxit pulcherrimū: super cuius ianuā sic metrice inscripserat. Decretū dee ne dormiat aut epulet. Hic gens villana sed Achilles Plato Dyana. Intendēs p̱ h̄ ordinare q̄ nullus ad castrū ad hospiciū ad prandiū reciperet nisi esset miles vel p̄hus vel dn̄a. Cui xp̄us apparuit in somnis ⁊ ait. Me ⁊ meos a tuo castro conaris excludere ꝓpter qd̄ te castro meo qd̄ ē celū debeo nō iniuste priuare. Quo facto cum miles debuit excipere sententiam. mater dei se opposuit: ⁊ obtinuit vt ꝯtraria metra scriberent sub hac forma. Muta decretū sanctoꝝ suscipe cetū. Andrē Martinū Lazarum Jacobū peregrinū. B

Dixi secūdo

q̄ in verbis p̄missis ostendit magna dei dignatio in hoc q̄ se patrē nostrum appellat. cum dicitur. Sicut pater vester. Uere magna dignatio dei erga homines q̄ se patrem fecit. Ps. Ego ero ei in patrem ⁊ ipe erit mihi in filium Deut. xxxij. Nunquid non ipse est pater tuus q̄ possedit te. fecit te. ⁊ creauit te. Creauit q̄ ad animā que est ex nihilo. fecit quantū ad corpus. quod est ex aliquo simili possedit te quantum ad vtrumq3. Unde saluator Math. xxiij. Patrem nolite vocare super terram. Unus est enim pater vester qui in celis est. Iste pater ē pater sanctitatis Johannis. xvij. Pater sancte sanctifica eos in veritate. Secūdo est pater maxime pietatis. quia om̄ia potest. Marci. xiiij. Om̄ia possibilia tibi sunt. Tertio est pater misericordiarū. ij. Coꝝ. j. Pater misericordiaꝝ ⁊ deus totius ꝯsolationis que om̄ia sunt magne dignationis ⁊ clementie respectu hominis. Quia igitur ē pater sanctitatis debemus eū deprecari p̱ deuotionem. Quia pater potestatis. debemus eū venerari per subiectionem. Quia pater misericordie ⁊ pietatis. debemus eū imitari p̱ misericordie assimilationē. Primo quia est pater sanctitatis. debemus eū depcari p̱ deuotionem. Math. vj. Pater noster q̄ es in celis ⁊c. In q̄ orone nob ne cessaria paucissimis petitionibꝫ includūt que oēs orones alias antecedit vtilitate ⁊ cōpendiositate. Unde si eam fideliter dixerimus impetrabimus quicq̄d est necessariū ad salutē. Joh. xvj. Si quid petieritis patrem in noīe meo dabit vobis. Secūdo quia pater est potestatis. debemus eū venerari p̱ subiectionē. Malach. j. Filius honorat patrē ⁊ seruus dn̄m suū. Si ergo ego sum pater: vbi est honor meus. Si dn̄s. vbi est timor meus Eccl. iij. Magna est potētia dei solius ⁊ ab humilibꝫ honorat. Tertio quia est pater pietatis. debemus eū imitari p̱ assimilationē. vt hic. Estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. Sicut em̄ dicit Robertus holgoth sup̱ libꝝ Sapie. c. xj. Laudabile est ⁊ honorabile in filio bonā ꝓprietatē patris effigiare. Proprietas dei est misereri. Et ideo Beati misericordes. Math. v. Ex quo igitur tam excellentissimū in sanctitate. tam vigorosum in potestate. tam clementissimum in pietate habemus patrem. reuera nobilissimū genus sumus. Unde apl's Act. xvij. Ipsius em̄ genus sumus. Circa qd̄ sciendū q̄ genus humanū habet patrez nobilissimū. matrē humilimā. germanos seu fratres stabiles Et ideo filios debet habere vtiles. Pater nobilis est deus: quem nos sequi debem⁹ in nobilitate moꝝ. Unde omnis virtuosus est nobilis ⁊ generosus. Et omnis vitiosus est degener ⁊ ignobilis. Unde parum ꝓdest nobilitas generis s̄m carnem. si non fuerit nobilitas moꝝ scd̄m virtutē. Nam nobilitas generis scd̄m carnem in hoc est defectuosa. quia est similis in origine cum ignobilissimo genere. Sicut dicit Boecius secūdo de consolatione. metro quinto. Omne genus hominū in terris simili surgit ab ortu. Et sequit. Unus em̄ est pater: vnus qui cuncta ministrat. Et infra. Mortales ergo cūctos edit nobile germen. quasi di. Omni nature similes sumus: sed nobiles facit inter nos q̄ddam germen nobile morum ⁊ virtutum. Unde Job tricesimoprimo. Nunquid nō in vtero fecit me qui ⁊ illū. Et ideo Apuleius de deo socratis dicit. In omnibus considerandis noli illa estimare aliena: que parentes pepererūt. Et Hieronimus

Ep'la.cxxvj.dicit. Q nobilitas nõ ẽ ĩpo-
nenda filijs nisi sint imitatores parentũ.
Cui ꝯcordat Cris. Omel'.x.dicẽs. Nobi
litas cognatoꝝ nõ valet nisi fuerimus ipi
boni. Et idẽ Omel'.lxxxix.sup Joh. dicit
Q nõ ꝓdest hr̃e p̃rem Jacob aut abraaz
sine opib9. Et idẽ sup Math. Omel'.ix.
Non ꝓdest malis bonitas parentũ. Vñ
infert Omel'.xxxiij.sup Joh. ꝯcludendo
ꝙ nobilitas carnalis nõ valet sine nobili
tate spũali. Ex q̇b9 ptz ꝙ frustra sibi q̇dã
blandiunt de nobilitate generis nõ habẽ
tes nobilitatẽ moꝝ q̇ potius sunt mõstra
nobiliũ q̃ filij. Sicut ꝓbat de q̇busdam
Valerius li.iij.c.xxj. Vana est g̃ talis no
bilitas atq3 infructuosa ꝛ pudorosa: ꝓut
ait Juuenalis. Si aũt q̃rat q̇s. quõ aq̃ri
tur ista ṽa nobilitas. Rñdet Cris. super
Math.omel'.xiiij. Q ṽa nobilitas ẽ dei
volũtatẽ facere. Vñ Hiero.in lib.de ꝯiu
gio. Sola libertas ẽ nõ suire pctõ. Sũ-
ma aũt apud deũ nobilitas clarere ṽtuti
bus. Et Bern.in lib.de consideratiõe ad
Eugeniũ. Genus ap'loꝝ nõ aliũde nobi-
le est q̃ moꝝ ingenuitate ꝛ fidei fortitudi
ne. Hec ille. Ex h̃ ꝯcludit Hẽricus de vr
maria in tractatu de orone dñica. Q de9
solũ illoꝝ est ṽe p̃r ꝑ charitatis ꝛ gr̃e ad-
optionẽ q̇ secũ cõicant in esse gr̃e qd̃ ẽ esse
ṽtuosum ꝛ nobile s̃m aĩam. Scd̃o habe
mus matrẽ humilimã. vñ debemus ex ꝑ-
te ipsi9 s̃uare hũilitatẽ. Terra em̃ s̃m Pli
Valeri9 li.vj.c.iij. ꝙ duo iuuenes Apol
linẽ ydolũ ꝯsuluerũt q̇daz tp̃e. q̇s ex ip̃is
Rome regnaturus eẽt: aut q̇s deberet im
perare. Et rñdit. ꝙ ille esset regnaturus
q̇ ante eius oculos osculũ matri dedisset.
Tũc vnus ex eis qui dicebat Bruthus se
statim ad terrã ꝓiecit. terrãq3 matrẽ oĩm
existimans osculatus est. ꝛ factus fuit rex
Romanoꝝ. Jsto mõ q̇cũq3 ꝯsequi regnũ
patris celestis vult. necesse dz hũiliari et
terrã se estimare Ecci.x. Quid sup̱bis ter
ra ꝛ cinis. Tertio hẽmus frẽs stabiles. vñ
debemus seruare stabilitatẽ in bono. Jsti
frẽs sunt angeli in bono ꝯfirmati ꝛ nobis
in adiutoriũ dati. Vñ Raphael querenti
Thobie legitur dixisse. Ego sum azarias
Ananie magni filius. Thobie.v. Vex di
xit angelus s̃m interp̃tatõez: qr Ananias
interp̃tat adiutor. Jpsi em̃ sunt admini-
stratorij spũs. vt dr̃ Heb.j. Et ob h̃ si ad
p̃rem celestẽ ꝑuenire volumus ipsoꝝ au-
xilia req̇ramus. Quarto habemus filios
vtiles. filij nostri opera nr̃a Ecci.xj. Jn fi
lijs suis cognoscit vir. id est in operib9 ꝑ-
fectis. s̃m glo. Apoc.xx. Judicatuz est de
singulis s̃m op̱a eoꝝ. Opera em̃ illoꝝ se-
quũt illos. Apoc.xiiij. Jn istis g̃ filijs ser
uemus vtilitatẽ: vt ꝓsint nobis ad gl'iaz
nõ ad penã. Et tantũ de scd̃o.

Dixi tertio Q in verbis p̃mis
sis oñdit diuie pie
tatis multiplicatio. cũ dr̃. Misericors est
Circa qd̃ sciendũ ꝙ licz saluator tradat
hic doctrinã exemplarẽ de opib9 misercor
die in patre vt ad silitudinẽ eius faciam9
misericordiã. Non est tñ om̃imoda silitu
do inter nostrã misericordiã ꝛ dei p̃ris. qr
scriptũ est Ecci.xviij. Misericordia hoĩs
est circa ꝓximũ. misericordia aũt dñi ẽ su-
per oẽm carnẽ. Est tñ aliqua silitudo int
eos. sc3 vt sicut ille dona sua largiẽdo mł
tiplicat. sic ꝛ hõ dona sua debet multipli-
care ꝓximis. Unde notandum ꝙ miseri
cordia dei est fortis intensiue. extensiue. ꝛ
duratiue. hominis vero debilis infirma
ꝛ breuis. Primo misericordia dei est for-
tis intensiue. i. maxime est potentie quan
tum ad fortitudinem ꝛ potentiam destru
endi humanã maliciã. Nam non est pec-
catũ aliquod ita magnũ: ita turpe. ita ma
liciosum. ita deforme q̇n misericordia dei
sit maior ad remittenduz. ꝛ potentior ad
destruendum. Unde Jsaie p̃mo. Si fue
rint peccata vestra sicut coccinũ: quasi
nix dealbabunt: quod est opus maxime
potentie. Jn hoc etiam eius misericordia
apparet fortis potens ꝛ magna: quia q̃n-
tũcũq3 iratus fuerit deus semp misericor-
dia vincit iram eius. quã totus mundus
vincere nõ possit. Juxta illd̃ ps̃. Abacuc.
iij. Cum iratus fueris misericordie recor-
daberis. Et ideo Jaco.ij. dicit ꝙ miseri-
cordia superexaltat iudiciũ. Secũdo mi
sericordia dei est fortis extensiue. eo ꝙ mi
sericordia dñi extenditur ꝛ dilatatur sup
omnẽ carnẽ. Ecci.xviij. Vñ in ps̃. Mise
ricordia dñi plena est terra. Unde ipse est
sicut fons a quo ꝓcedunt riuuli miseratio
num. Psal. Et miserationes eius super

omĩa opa eius. Tertio est fortis duratiõe
qr q̄ntūcūq3 q̇s excedit ꝯ euz expectat vt
misereaẗ ꝛ parcat. Per oppositū est de hu
manā mīa q̄ est debilis ꝛ modica intensi/
ue.i. parue potentie. Siliter extensiue qr
ad paucos extendiẗ ꝛ diffundiẗ: ꝛ est bre/
uis duratione. Primo est modica intensi
ue. qr vix aliq̇s moueẗ p̄cibꝫ gemitibꝫ ꝛ la
chrymis vt misereaẗ. Unde hꝫ se respectu
diuine mīe sicut scintilla respectu magni
carbonis. Scintilla em̄ qr hꝫ modicū de
igne: ideo si dꝫ ex ea accendi cādela opor/
tet q multū suffleẗ in eā. sed carbo magnꝰ
ignitus statim accendit. Sic est de hoīe
q̇ nō cito misereẗ sicut deus. Propter qđ
aplus dixit.ij. Thimo.iij. Erūt hoīes se/
ipos amātes. nō dixit. alios. Extēsiue eti
am mīa hoīs est parua ꝛ debilis: qr natu/
raliter extenditur p̄us ad parentes ꝯsan/
guineos aut amicos. raro aūt ad extrane
os. ꝛ nūq3 ad inimicos. Et ideo signanẗ
dr Ecci.xviij. Miseratio hoīs circa pxi/
Septima ē. q² est ꝯ̄ria omĩ iuri. Est eniꝫ
ꝯtraria iuri diuino Luc.v. Date ⁊ dabitꝛ
vobis. Itẽ ē ꝯ̄ria iuri vniuersali. de q̃ Au
gu. Judiciũ diuine ptãtis est ꝙ q̄libet cre
atura cogitꝛ seip̄am dare. Itẽ ꝯ̄ria est iuri
naturali. de q̃. Math.vij. Omia quecũqꝫ
vultis vt faciant vobis hoĩes ⁊ vos eadẽ
facite illis. Octaua. q² fenus interficit mi
sericordiã. Vñ ⁊ fenerator miaꝫ nõ habe
bit. Nona rõ est. q² ꝯ̄ria nature est. facit
eñ vt granũ nõ semïatũ crescat. ⁊ nõ mor
tificatũ reuiuiscat. dando duos modios
frumenti p tribꝫ. vel hmõi. Contra illud
Joh.xij. Nisi granũ frumenti cadens ⁊c̃.
Decima ē. q² feneratores sũt incãtatores.
Faciũt eñ trãsmutationes metallorũ sine
aliq̃ pcussiõe malleorũ. Faciũt eñ de polo
nicali moneta bohemicalẽ. hij sunt magi
Pharaonis Exo.vij. q̃ virgas ꝯuerterũt
in colubros. Vbã eñ sustentatꝛ hõ. ita mu

tuo sustentantꝛ paupes ⁊ pupilli. Sz vsu
rarij cõuertũt illud in serpentẽ vsure. que
eos deuorat ⁊ interficit. Vñ Crisꝰ super
Math. Silis est pecunia vsuraria mor/
sui aspidis. pcussus ab aspide delectatus
inuadit in somnũ. ⁊ p suauitatem soporis
moritꝛ. venenũ latẽs p oĩa mẽbra discurrit
Sic q̃ sub vsura accipit suo tpe q̄si bñfi/
ciũ sentit. Sed vsura p oẽs eiꝰ facultates
discurrit ⁊ totũ in debitũ ꝯuertit. ⁊ sic to/
tã massam corrũpit. Jõ Luc.vj. dr̄. Mu/
tuũ dãtes ⁊ nihil inde sperãtes. Vndecia
rõ ē. q² illas psonas psequũtꝛ q̄ deo famili
arius sunt ascripte. scz pupillos ⁊ viduas
Job.xxij. Viduas dimisisti vacuas ⁊ la/
certos pupillorũ cõminuisti. Duodecia ē.
q² fenus ꝯ̄riũ est pnĩe quã dñs iniũxit p̄/
mo hoĩ Geñ.iij. In sudore vultus tui ve/
sceris pane tuo. Ipsi aũt feneratores nõ
comedũt nisi de sudore alieno. Vñ de eis
ꝯq̄ritꝛ dñs. Deuorãt plebẽ meã sic̃ escã pa
nis. Michee.iij. Qui violentꝛ tollitis pel/
les eorũ desup eis. ⁊ carnes eorũ desup ossi
bus eorũ. q̃ comedũt carnẽ p̄pli mei. Ista
est refectõ diaboli q̃ tales isto pane reficit
vt eos ppetue strangulet ⁊ interficiat. ps̄.
Mors depascet eos Job.xx. Panis eius
vertetꝛ in vtero illius in fel aspidũ. B

Scd̃s panis ē sacre scripture reficiẽs
intellectuꝫ. Treñ.iiij. Paruuli petierunt
panẽ. ⁊ nõ erat q̃ frãgeret eis. Qd̃ est ꝯ̄ ne
gligentes p̄latos ⁊ rectores prochiales q̃
suis plebibꝫ aut nesciũt aut nolũt p̄dicare
vbũ dei. Sz attẽde q² dicit. nõ erat q̃ frã
geret. Nõ aũt dicit. q̃ daret. Nam ⁊ si in/
ueniuntꝛ aliq̃ q̃ p̄dicant: tñ pauci q̃ vtilitꝛ
⁊ discrete p̄dicãt. Duo eñ sunt genera p̄
dicantiũ. Quidã eñi p̄dicãt subtilia ⁊ nõ
vtilia. ⁊ hij apponũt integrũ panẽ puulis
q̃ potius iugulantꝛ q̄ꝫ reficiuntꝛ. Alij sũt q̃
p̄dicant vtilia facilr ⁊ plane. Et hij fran/
gũt panẽ in ptes. iuxta vniuscuiusqꝫ opor
tunitatẽ. Cõtra illos q̃ nõ lucide neqꝫ cla
re sed obscure ⁊ implicite p̄dicãt. dr̄. Par
uuli petierũt panẽ: ⁊ nõ erat qui frãgeret
eis. Jste panis vbi dñi multũ est necessa/
rius: q² dr̄ Matth.iiij. Non in solo pane
viuit hõ: sz in oĩ vbo q̃d pcedit de ore dei
Est aũt mirabile q̃ddã circa istũ panẽ. q²
panis materialis cũ distribuitꝛ deficit ⁊ di
minuitꝛ. Jste aũt q̄nto plus distribuitꝛ tan

to plus augetur. Et ideo predicator libenter debet predicare verbum dei. sciens quia ex frequenti predicatione augetur in eo intellectus sacrarum scripturarum. Sicut dicit Aug. li. j. de doc. xpiana c. v. Sic patet in presenti euangelio vbi de septem panibus superfuerunt septem sporte fragmentorum. Joh. vj. dicitur quod de quinque panibus superfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Et per hec duo secundum Robertum Holgoth super librum Sapie. c. vij. significat duo genera docentium. scilicet predicatorum. Quidam enim docent et predicant simplicibus et deuotis. Et isti quasi quinque panibus reficiunt turbam popularem. De quibus dicitur per apostolum. j. Cor. xiiij. Volo in ecclesia quinque verba loqui sensu meo vt alios instruam. Ista quinque verba sunt quinque panes scilicet quid faciendum. quid cauendum. quid timendum: quid credendum. quid appetendum. Quid faciendum. quia decem precepta dei. Quid cauendum. quia septem peccata mortalia. Quid timendum. quia inferni supplicia. Quid credendum. quia duodecim articulos fidei. Quid appetendum. quia gaudia paradisi. Alij autem docent populum subtilius et perfectius: et hij significantur per refectionem septem panum. quia septem est numerus vniuersalis. Et hij sunt subtiles doctores in vniuersis instructi. Et in libro mystico qui est scriptus intus et foris et signatus septem sigillis. Apoc. v. sufficienter eruditi. Tertius panis est gratia spiritualis reficiens affectum Esa. lv. Quare appenditis argentum vestrum non in panibus. et labores vestros non in saturitate. Sed attende quia sicut xps non reficit turbam nisi esurientem et panes desiderantem. Ita et panem gratie non dat homini nisi esurienti et optanti. Hoc est per affectum voluntatis disposito. Ista enim est diuine liberalitatis consuetudo. vt non nisi volentibus det gratiam. Unde dicit Hugo lib. iiij. de archa Noe. ca. iij. Ordinatissimum est de nostra reparatione dispensationis consilium. vt qui sponte cecidit. non coactus sed sponte resurgat. Et qui per liberum arbitrium infirmatus est sanitatem non accipiet donec per liberum arbitrium sanari velit. Hec ille. Quartus panis est penitentie restaurans per culpam deperditum. Ps. Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum. Cibabis nos pane lachrymarum. Iste est panis durus et ordeaceus Joh. vj. Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos. Quinque dicit propter quinque partes penitentie. que sunt contritio. confessio. satisfactio. vitatio de cetero mali. et perseuerantia in bono. Et quia ista sunt dura inconsuetis. ideo ordeacei dicuntur panes. Sicut. iij. Regum. xix. appellatur subcinericius. Quintus panis est eucharistie. confortans per concupiscentiam debilitatum. Juxta illud ps. Panis cor hominis confirmet. Hic est panis qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Joh. vj. Non solum autem isto pane xps reficit homines viuentes in mundo: sed etiam defunctorum animas in purgatorio. Et in hoc est mirabile quod defuncti possunt refici. Figura huius habetur Daniel. vltimo. vbi cum Abacuc intricasset panes in alueolo: volens eos deferre messoribus. de precepto domini iussus fuit vt deferret eosdem Danieli in lacu leonum posito. Ita xpus in hoc sacramento qui fuit attritus panis. Esa. liij. Attritus est propter scelera nostra. mittitur quotidie animabus in lacu purgatorij existentibus vbi non est aqua consolationis. preter spem aliquam euadendi. Unde canit ecclesia. Libera eas de ore leonis: et de profundo lacu. Sextus panis est deuotionis impinguans et satians in oratione. Esa. lviij. Cibabo te hereditate patris. Et Esaie. xxx. Dabit ei dominus panem artum et aquam breuem. Quod tunc fit quando anima deuota post contemplationem omnibus dimissis huius seculi oblectamentis in vno vero eterno bono delectatur. Luc. x. Optimam partem elegit etc. Et premittitur. vnum est necessarium. Et bene dicitur artus panis. quia tanto magis tribulationibus seculi premittitur tanto plus spirituali gaudio impinguatur. Ps. In tribulatione dilatasti mihi. Septimus panis est celestis consolationis satians perfecte appetitum. Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tunc enim panem angelorum manducabit homo habentem omne delectamentum. Sap. xvj. Luce. xiiij. Beatus qui manducat panem in regno celorum. et non solum tunc erit deus panis noster in cibum nobis datus. sed etiam nos quodammodo eius cibus erimus. Quia vt dicit Hugo li. iij. de archa Noe ca. penul. Complacebit deo in nobis et ipse cibus noster erit. quia delectabimur in ipso. facie ad faciem gloriam eius contemplantes. Hec hugo. Istis ergo septem panibus xps suos reficit in vita presenti ne deficiant in futuro.

vt semp sufficiant z affluant. Sed econ/
uerso diabolus reficit suos. imo inficit a/
liis septem panibꝫ. Quoꝝ pmus est erro/
ris. Prouerb.ix. Panis absconditus sua
uior. In isto pane reficit hereticos. qui oc
culte docent z docent. Secũdus panis ē
mendacij. Prouerb.xx. Suauis ē hoi pa
nis mendacij. sed implebit os eius calcu/
lo. id est lapide ignito. Isto reficit falsos
pcuratores. Tertius est delectationis car
nalis. Job.xx. Panis eius in vtero illius
vertet in fel aspiduz. Isto pane reficit ho
mines lubricos z luxuriosos. Quart⁹ pa
nis est adiutoriũ ad malũ. Josue.ix. Pa
nes calidos sumpsimus. Quintus est hy
pocrisis. Osee.vij. Effraim factus est pa/
nis subcinericius. qui nõ reuersat. Luce.
xij. Attendite a fermento phariseoꝝ. qđ ē
hypocrisis. Sextus ē panis rapine z op/
pressionis paupeꝝ. Eccl'iastici.xxxiiij. Pa
nis egentiũ vita eoꝝ. qui defraudat eum
homo sanguinis est. Isto pane cibantur
tyranni. Septimus est panis damnatio
nis infernalis. Psal. Sicut oues in infer
no positi sunt. mors depascet eos. Et tan
tum de pmo.

Dixi secũdo Ꝙ in verbis p/
missis describit
doctrina gratiarũactionis p quã christus
nos informat. cũ dicit. Gratias agẽs fre/
git. Circa quod sciendũ ꝙ ſm Gorrã sup
Matheũ In hoc christus nos instruebat
ad reddendũ gratiarũactiones deo p bo
nis nobis collatis. ostendens nos differre
a bestiis vt cognoscentes a quo: aut quid
dat nobis. gratias patri luminum refera
mus. a quo omne datum optimũ. z omne
donũ perfectũ Jacobi pmo. Hec Gorra.
Duo autem sunt que possunt mouere ho
minẽ ad agendum gratias deo. put dicit
Robertus Holgoth super librum Sapi
entie cap.vij. Primũ est. cuz cognoscit eũ
esse sapientie largitorem. Secũdum cum
recognoscit eum gratiarũ oĩum continuũ
gubernatorẽ. Ista duo sapiens recogno/
scens dicebat Sap.vij. Mihi aũt đs de
dit dicere ex sententia. id est ex certa scien
tia. z psumere digna hoꝝ. id est p aliis ad
dicendum z docendũ digna hoꝝ. que mi
hi dant. quoniã ipse dux est sapientie z sa
pientum emendator. In manu eñ illius
z nos z sermones nostri z omnis sapien/
tia z operũ scientia z sapiens disciplina.
In quibus verbis ponit sapiens sufficiẽ/
tem causam quare debemus gratias age
re deo. quia in eo pfitetur esse nostrã sub/
sistentiam eloquentiã z operum efficaciã
Unde.ij. Corinth.iij. Non sumus suffici
entes aliquid cogitare a nobis. quasi ex
nobis. sed sufficiẽtia nostra ex deo ē. Un/
de sicut oĩa flumina intrant mare vt ite
rum fluant. Ita omnes gratie. quas habe
mus a deo pcedũt p largitionem. z ad de
um redire debẽt p gratiarũactionẽ. Hinc
dicit Berñ. super Cantica ser.xiij. Origo
fontiũ z fluminũ oĩm mare est. virtutuz z
scientiaꝝ dñs iesus xps. ptinentia carnis
cordis industria. volũtatis rectitudo. casta
consilia. iusta iudicia. sancta desideria ex
illo manant. Si q̃s callet ingenio. si q̃s
nitet eloquio. si q̃s moribꝫ placet. inde sci
entie. inde sapientie sermo. ad locũ vnde
exeunt reuertunt flumina gratiarũ vt ite/
rũ fluant. Quare dicit aplus. In omnibꝫ
gratias agentes. quicq̃d sapientie. q̃cq̃d
virtutis te habere consideres dei virtuti
z dei sapientie deputa christo. Sic q̃dem
fluens aqua si stare ceperit computrescit
Sic plane si gratiaꝝ cesset decursus vbi
recursus nõ fuerit nullo mõ auget in in/
grato. sed z hoc qđ receperit vertit ei in p
niciẽ. Hec Berñ. Unde Hermes trime/
gistus libro suo de natura deoꝝ versus fi
nem narrat. quõ post longam discussionẽ
diuinaꝝ reꝝ z hũanarũ. cũ aduespasceret
Trimegist⁹ z Asclepius z Stacius pauc
rũt se ad cenã. pus tñ volebãt deũ adora/
re ſm modũ phoꝝ. Exeũtes igit sole occi
dente ad austrũ respexerũt z pces dixerũt
Sicut eñ sole oriente ad locũ q̃ dicit sub
solanus seu oriens se pũertebant ad oran
dũ. Sic sole occidente se pũertebant ad
austrũ ſm eoꝝ antiquã supstitionẽ. Dixit
ĝ Asclepius ad Staciũ ꝙ rogaret Tri/
megistũ vt dignaret apponere thura z pi/
gmẽta ad pces eoꝝ. Quẽ intuẽs Trimegi
stus cõmotus ait. ꝙ istud esset sile sacrile
gio. scꝫ incendere thus aut aĩalia offerre.
cũ sibi nihil deesꝫ. qꝛ ipe est oĩa. z in eo
sunt oĩa. sed gratias nos agentes ado/
remus. Hec eñ sunt sũme incensiões. cũ
gr̃e agunt deo a mortalibꝫ. Hec Hermes

Hoc aūt qđ ait Thus deo incendere simi le esse sacrilegio intellexit ipse si fiat sup͂sticiose. scʒ cū estimatione. ꝙ deus in cor͂poralibus odoribus delectetur. Ad queʒ sensum dicit ꝓpheta in Ps. in ꝑsona dei. Si esuriero nō dicā tibi. Et sequit. Nun quid mādncabo carnes thauroꝝ: aut san guinem hircoꝝ potabo. Et subdit. Jmo͂la deo sacrificiū laudis ꝛ redde altissimo vota tua. Et tantū de secūdo. D

Dixi tertio

Q subditur excel͂lentia ap̄lice digni tatis ꝛ auctoritatis ꝑ quā eos xp̄s digni ficauit. cū dr. Quia dedit eis vt appone͂rent turbe. Dicit autē Gorra sup Math. Q ꝑ hoc significat ꝙ dn̄s per ap̄los vole bat cibaria vite distribuere ꝛ etiam solue re mortuos. vt dr Joh. xj. Soluite euʒ et sinite abire. Similiter adducere asinam ad se Math. xxj. Soluite ꝛ adducite mi hi. Eoꝝ enī ministerio fit adductio ad fi͂dem ꝛ resolutio ad ꝯciliationē. ꝛ distribu tio ad refectionē. Hiere. j. Ecce dedi ꝟba mea in ore tuo. Hec Gorra. Huic concor dat Beda in omelia dicēs. Spūalia do͂na scire dedit apostolis deus ꝛ ꝑ eoꝝ mi͂nisteriū voluit deus eccl'ie sue necessaria distribui. Hec ille. Ex quo ptʒ ꝙ scriptu͂raꝝ intelligētia que est cibꝫ anime a solis ap̄loꝝ successoribꝫ ē reqrēda. Cuiusmodi ē papa cū suis ep̄is catholicis. q̄ sunt suc͂cessores ap̄loꝝ. Vn̄ dr de sacra vnctōe. c. qꝛ veꝝ. Aliijꝰo simplices sacerdotes sunt successores septuagita duoꝝ discip̄loꝝ vt dicit Tho. ij. ij. q. clxxxiij. art. vj. Magi͂ster in q̄rto sen. dis. xxiiij. Jnter q̄s om̄es papa est plenitudo potestatis. vt dr de vsu pallij. Ad honorē. Quotiens ergo fidei q̄stio ventilat. quotiens dubia occurrunt ꝛ ꝑplexa circa fidem credendoꝝ. ad ip̄m est recurrendū. xxiiij. q. j. Quotiens. Contra cuiꝰ auctoritatē nec Hiero. nec Augꝰ. nec aliquis doctoꝝ sapientissimus suā sn̄iam defendit. Non igit p̄dicanda sūt. nec etiā a p̄dicatoribꝫ audienda quecūqꝫ dogma ta. sed solū ea que a catholicis doctoribꝫ ꝛ sanctis patribꝫ. ꝛ p̄sertim que ab eccl'ia vniuersali p̄dicant ꝛ approbant. vt dicit Augꝰ. ad Vincentiū. Et habet in. c. No li frater. ix. dis. Et in ep̄la ad Fortunatū ibidē in ca. Neqꝫ. Et latius de h. xxiiij. q. j. ꝑ totū. Ubi expresse Hiero. scribēs Damaso pape. dicit se nolle aliq̄d sentire q̄ fi de sūme veritatis. quod foret determinatio ni sedis ap̄lice aduersum. a q̄ petit emen͂dari tanq̄ ab eo q̄ fidē ꝛ sedē Petri tenet. Si igit tantus vir quē Augꝰ. in ep̄la ad Cirillū Johāni baptiste Samueli ꝛ He lie ꝓphetis adequat scripta ꝛ dicta sua pa pe subiecit correctioni. qua temeritate. q̄ fatuitate viles heretici Hus ꝛ wicleph. bohemice ꝑfidie auctores. dicunt nō esse obediendū pape nec eius standū determi nationi in his que spectant ad fidē. Vnde ptʒ ꝙ eoꝝ sequaces multū errant. Qui di misso fonte veritatis. scʒ sede Romane ec clesie. querūt sibi cisternas ꝛ riuulos. id ē prauos doctores. vel potius seductores. cū quibꝫ ꝑiter damnabunt. Dicit enī Hu go in libro de ꝑfectibꝫ. iij. cap̄. vlti. Non ē recipiendū qđ ab ecclesiasticoꝝ doctrina magistroꝝ ꝛ approbatoꝝ theologoꝝ tra͂ditiōe discordat. nec reuocandū in dubiū quod ab eis vniuersaliter cū testimonijs sanctoꝝ patrū fuerit rationabiliter diffi͂nitum. Quia veritate comperta q̄ coram se ꝑ supuacuam subtilitatē altius ꝑscru͂tando fodere nititur. profunda scriptura rū quasi nouiter aliquid inde eructās qđ ab alijs nō est inuentū vanitatē diligens mendacium querit. Hec ille. Et Bernar dus in libro de dispensatione ꝛ p̄cepto di cit. Q melius est obedire deo q̄ homini͂bus. ꝛ melius est magistris q̄ discipulis. ꝛ ipsis magistris nostris melius q̄ extra͂neis. Hec Bern̄. Notanter autē Hugo dicit vbi supra. Jllud esse recipiendum a doctoribus quod fuerit ab eis vniuersali ter ꝑ oīm cōsensum ꝛ approbationē ratio nabiliter diffinitum. Non autē quod est ꝑticulariter ꝑ vnā vniuersitatē vel duas. sed ꝑ totam ecclesiam Romanā approba tum: illud est tenendū. Det ergo deus vt sic panē sancte doctrine de manibꝫ succes soꝝ apostolicoꝝ hic in vita recipiamus. quatinus post hanc vitā in patria. a dn̄o nostro iesu christo pane eterne ꝯsolatiōis refici mereamur. Ad quod nos perducat pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus. Amen.

Dn̄ica. VIII. post trinitatis. L
Sermo. XCVIII.

Attendite a falsis

a ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Math. vij. Quoniam vt ait Ciprianus in quadam ep̄la. Facilior est congressus vbi manifestus est inimicus. plus timendus ⁊ cauendus est cū latenter surripit cum ꝑ pacis imaginē fallens occultis accessibus serpit. Hec ille. Quia vero in vita spirituali diabolus est positus sicut leo in abscondito. vt dicitur Trenoꝝ. iij. Qui nō aperte aut manifeste cōtra hominē ꝓcedit. sed circuit sicut leo querens quē deuoret. j. Petri. ij. Et scd̄m Grego. super Matheū in Omelia de thesauro abscondito in agro. Nos in hac vita sumus quasi in via qua ad patriā pergimus. Demones vero quasi qdā latrunculi iter nostrū obsident in occulto vt nos bonis spoliarent. Vnde ip̄e diabolus nō habet efficacius machinamentū ad nocēdū nobis q̄z si efficere possit vt in hac vita incaute ⁊ nō cū rōne ambulemus. Inquit Bern̄. sup Cant. sermone. xix. Propter quod. vt ibidem dicit. In cunctis nobis semꝑ debet esse discretio. ⁊ quasi moderando singulas discernere voluntates ne opinio verisilis fallat. ne decipiat fmo ꝓsutus. ne qd̄ bonū est malū. ⁊ malū bonū esse credat. Hec ille. Saluator igitur volens nos edocere discrete ambulare: et caute incedere in via salutis. docet nos p̄cauere a falsis ꝓphetis qui nos decipe conant. sub specie amicicie ⁊ sanctitatis factores: qui venena melle circumlinita offerūt ne caueantur. Sic em̄ diabolus facit qui per vitia sub vmbra virtutū palliata christifideles decipit: vt dicit Ambrosius in libro de virginitate. Et Cris. in opere imperfecto Omelia. xlij. Attendite vobis ab hominibus quasi a quibusdā pessimis malis ⁊ sup om̄ia mala malis: quia super omnia mala homo est pessimū malū. Homo em̄ malus: peior est diabolo: qui non audet accedere iustū. Malus autē homo nō solū eū nō timet. sed magis eum contemnit. Non em̄ diabolus p̄stat homini virtutem: sed homo diabolo. Arma em̄ diaboli est malus homo. Sicut enim homo sine armis nō potest facere contra hostes sic diabolus sine homine facere aliquid nō potest contra sanctos. Hec Chrisostomus. Et ideo nobis caute ꝓuidendū ē ne per eos seducamur qui veniūt ad nos in vestimentis ouiū: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sicut dicunt verba nostri thematis. quod sequit. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos in vesti. ⁊c̄. In quibus verbis āmonemur ad cauendum a falsis ꝓphetꝫ tanq̄ꝫ saluti nostre aduersis. Sunt autē tres falsi ꝓphete a quibus nobis est cauendū. Primi sunt heretici veritatis subuersores. Secundi sunt hypocrite sanctitatis simulatores. Tertij sunt ficti christiani charitatis destructores: qui om̄es veniūt in vestimentis ouiū sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Ideo caute vitandi sunt ⁊c̄.

A

Dixi primo q̄ āmonemur ad cauendū a falsis ꝓphetis qui sunt heretici veritatꝫ subuersores. Circa qd̄ sciendum ꝙ heretici sunt falsi ꝓphete. ex eo q² p̄tendunt vite sanctitatē: vt possint falsaꝫ doctrinā ingerere: ꝑ ut ait Aug⁹. contra Faustū. Alias em̄ nō possent simplices decipere. ⁊ sub bonitate vite lupinam doctrinam semiare. Tria autē sunt circa hoc consideranda. Primo quid sit hereticus. Secūdo quib⁹ signis cognoscitur. Tertio quō punitur. De primo sciendū ꝙ hereticus est qui falsaꝫ opinionē de fide inuenit: vl' inuentam sequit xxiiij. q. j. Hec est fides. Secūdo dicitur hereticus ille qui est in fide dubius. Hoc est. qui in dubietate fidei ꝑsistit. vt de hereticis. ca. j. Tertio ille dr̄ hereticus qui male sentit de sacramentis ecclesie. vt de hereticis. ad abolendum. Quarto dicitur ille hereticus qui male sentit de veritate sacre scripture. xxiiij. q. iij. Heresis. Quinto ille dicitur hereticus qui aduersus Romanā ecclesiam agit ⁊ eius dignitatem a dn̄o traditam aufferre conatur. Disti. xxij Om̄es. Sexto dicitur ille hereticus qui se scindit ab vnitate ecclesie. vij. questiōe prima. Deniq̄ꝫ. Duo autem requiruntur ad hoc ꝙ proprie quis dicatur hereticus. Vnum est heresis initium. scilicet error in ratione. Alterū heresis complementuꝫ scꝫ pertinacia in volūtate. Vnde Hiero.

super ep̄l'am ad Gal'. dicit Heresis gre-
ce dr ab electione. eo ꝙ sibi eam vnusq̄sq;
eligat disciplinā quā putat esse meliorem
Quicūq; igit̄ aliter scripturam intelligit
ꝙ spūssanctus efflagitat a quo scriptura
est. licz ab eccl'ia nō recessit tn̄ heretic⁹ ap
pellari potest. quia de carnis operibus ē
eligens q̄ peiora sunt. Hec ille. Ubi Hie
ro. tangit illa duo. scz errorē ⁊ intellectū.
Cum dicit. Aliter scripturaz intelligit ꝙ
spūssanctus efflagitat. ⁊ ꝑtinaciā in volū
tate. Cum dicit. Eligit sibi disciplinam
quā meliorē putat. Cōtra istos loquitur
Leo papa. xxiiij. q. iij. Quid iniquius est
ꝙ impia sapere ⁊ sapientioribꝫ doctoribꝫ
non credere. q. d. Nihil damnat̄ in talibꝫ
nisi pertinacia. Unde autem hec proue-
nit subdit dicens. Sed in hanc insipien
tiam cadūt quicūq; ad cognoscendā ve-
ritatē aliquo impediunt̄ obscuro. non ad
ꝓpheticas voces. nō ad apostolicas l'ras
nec ad euangelicas auctoritates: sed ad
semetipsos recurrūt. ⁊ ideo magistri erro
ris fiunt. quia discipuli veritatis nō fue-
rūt. Hec Leo papa. Ex quibus patet ꝙ
nihil ad errorē sic hominē perducit sicut
confidentia ꝓprij ingenij. Unde dicit Cle
mens papa. xxxvij. dis. Relatū. Diligēter
obseruandū est vt lex dei cū legit̄ non ꝫm
ꝓpriam ingenij virtutē vel intelligentiam
legat̄ vel doceat̄. Sunt em̄ multa verba
in scripturis diuinis que possunt retrahi
ad eundē sensum quē sibi quisq; sponte ꝑ
sumpserit: sed nō oportet. Nō em̄ ꝫm sen
sum extrinsecū ⁊ alienuz debetis querere
vt quoq; ipsum ex scripturarum auctori-
tate cōfirmetis: sed ex ip̄is scripturis sen
sum capere veritatis oportet. Hec ille.
Cui cōcordans Hieronimus sup Leuit.
dicit. xxxvj. dis. Si quis. Ex illa quisq;
debet docere que ipse a deo didicit nō ex
ꝓprio corde vel etiam ex humano sensu: sz
que spūssanctus docet. Hec Hieronim⁹

B Sed quereres quare heretici sic
errant in expositione scripturaꝝ. Respon
deo ꝫm Isidoꝝ libro. j. de sūmo bono. c.
xvj. Ex causa heresis ob quā fit est exerci
tatio fidei. Uisvero per quā fit est obscu
ritas diuinaꝝ scripturaꝝ: in qua caligan
tes heretici aliud ꝙ se habeat intelligūt.
Ex quibus verbis duplex habetur causa
heresis. scz exercitatio fidei. ⁊ obscuritas
diuinaꝝ scripturaꝝ. De ꝑma dicit Aug⁹
xxiiij. q. iij. cap̄. vltimo. Ideo diuina ꝓui
dentia multos diuersi generis hereticos
esse ꝑmittit. vt cū interrogant nos ea que
nescimus sic discutiamus pigritiā nostrā
⁊ diuinas scripturas capiamus. Propte
rea ap'lus ait. Oportet hereses esse: vt qui
ꝓbati sunt manifesti fiant. Hij aūt ꝓbati
sunt q̄ bene possunt docere. Et Bern̄. sup
Ps̄. Qui habitat. dic̄. Ex hoc ideo fit vt
tota sollicitudie meminerimus aduersus
quos nobis sit colluctatio. ne quādo aut
ignari hostilis inuidie. aut ꝓtectione di-
uina inueniamur ingrati. Quod expssius
tractans Aug. sup Psal. liiij. dicit. Ideo
ex hereticis affecta est ecclesia. vt ex his q̄
male sentiūt. ꝓbati sint qui bene sentiunt
Multa em̄ in scripturis latebant ⁊ cuz ꝑ
cisi essent heretici questionibꝫ agitabant
ecclesiā dei. ⁊ sic aperta sunt que latebant
⁊ intellecta voluntas dei. multi qui optie
possunt scripturas dinoscere ⁊ ꝑtractare
latebant in populo dei. nec asserebant so-
lutionē questionū difficilem cū calumnia
tor nullus instaret. Nunquid enim ꝑfecte
tractatū est de trinitate anteq; oblatraret
Arriani. Nūquid perfecte tractatū est de
penitentia anteq; obstiterant Nouaciani
Sic nec perfecte de baptismate tractatū
est donec ꝯtradicerent foras positi reba-
ptisatores. Hec ille. De secūdo scz de ob-
scuratione diuinaꝝ dicit Isidorus libro
iij. de summo bono. cap̄. xj. in hec verba.
Plerīq; sciētia accepta scripturaꝝ nō ad
dei gl'iam sed ad suā laudē vtunt̄. dum ex
sua sciā extollunt̄. ⁊ ibi peccant vbi pec-
cata mūdare debuerunt. nunq; ꝯsequunt̄
legendo ꝑfectam scientiā arrogātes. Nā
ꝙuis sapientes in suꝑficie videantur. me
dullitus tamen archana veritatis nō tan
gunt: quia superbie nube impediuntur.
Semper enim superbi legunt querunt ⁊
nunquā inueniunt diuine legis penetra-
lia. humilibus ⁊ bene ad deum intranti-
bus patent. prauis autē atq; suꝑbis clau
duntur. Nam quāuis diuina eloquia in
lectione arrogantibus sint aperta. in mi-
sterio tamen clausa sunt ⁊ occulta. dū ser-
mo dei fidelibus lux fit. reprobis autem
⁊ superbis quodammodo tenebre sunt. et

vnde illi illuminant̃. isti excecant̃. Hec il-
le. Ex quib⁹ patet causa erroris in here-
ticis ꝓpter quã scripturas sane nõ intelli-
gunt est supbia. Juxta illud Grego. Tu-
mor mentis est obstaculũ veritatis. Hec
autẽ superbia oritur in eis ex ꝑsumptiõe
⁊ inani gloria. ꝑ quã nolunt subijcere hu-
manũ intellectũ suum regulis fidei ⁊ sa-
no intellectui patrum. Hinc Gregorius.
xxxvij. libro Moral'. dicit generalem cau-
sam omniũ nouitatũ esse inanẽ gloriam.
Et Aug. in libro de vtilitate credendi di-
cit causam esse. cõmodũ temporale pue-
niens ex huiusmodi gloria inani. scꝫ ꝑnci-
patum super alios. Unde btũs Bernar-
dus sup Cantica sermone sexagesimoq̃r-
to. dicit. Omnib⁹ intentio vna hereticis
semp fuit captare gloriã de singularitate
scientie. ¶ De secũdo scꝫ quibus si-
gnis heretici cognoscunt̃. sciendũ ꝙ co-
gnoscũt̃ doctrina ⁊ vita. Primo doctri-
na. quia scripturas sacras vt cõmuniter
ad litterã iuxta primũ sensum exponunt.
Sicut dicit Jsid. libro. iij. de sũmo bono
cap. xij. Sicut patet de Hussitis hereti-
cis. qui omissa expositione spirituali bea-
ti Augustini ⁊ alioꝝ doctoꝝ de mandu-
catione spũali corꝑis ⁊ sanguinis christi
simpliciter dicunt illum textũ intelligen-
dum Joh. vj. Nisi manducaueritis car-
nem filij hominis ⁊ biberitis eius sangui-
nem nõ habebitis vitam in vobis. Cum
tamen saluator ibidẽ dicit. Uerba que lo-
cutus sum vobis spiritus ⁊ vita sunt. id
est spiritualiter intelligenda sunt. Secũ-
do cognoscunt̃ ꝑ hoc. quia suis supiorib⁹
vt cõmuniter sunt rebelles. ⁊ eos confun-
dũt vbi possunt. vt dicit Aug. in libro de
vtilitate credendi. Cum tamen dñs hono-
rauit parentes tam corporales eis obedi-
endo. Luce. ij. Erat subditus illis: q̃ꝫ etiã
spirituales. scꝫ sacerdotibus: eos honorã-
do. in hoc ꝙ ad eos leprosos per se cura-
tos mittebat. ⁊ eis offerri precipiebat. vt
habetur Luce. xvij. Tercio cognoscũtur
in hoc quia nõ simpliciter iurare docent.
cũ tamen soli contra veritatem coniuran-
tes ⁊ conspirantes. etiaꝫ sepius ⁊ sepius
in erroribus reprehensi iurant ⁊ ꝑiurant.
nec tamen verum fatent̃. Juxta illud q̃d
de eis allegat Bernhardus super Canti-
ca sermone. lxv. Jura periura secretũ pro-
dere noli. Alios etiam nullatenus iurare
acquiescũt. Juxta illud Math. v. Nõ iu-
rare omino. neqꝫ ꝑ celum neqꝫ per terram
Cum tamẽ illud intelligendũ est s̃m Gor-
ram. vt homo nõ iuret in omni causa in-
differenter. sed ex causa necessaria bene.
Nam ⁊ christus iurauit dicens. Amen
amen dico vobis. Non ergo ꝓhibetur iu-
ramentũ in causa licita. sed ꝓhibetur per-
iurium ⁊ iurandi facilitas. ⁊ consuetudo
ꝑ quã ⁊ ad ꝑiurium deuenit̃. vt dicit Au-
gu. in libro contra mendaciũ. Permittit̃
ergo iuramentũ licitũ Deut. vj. Per no-
men dñi iurabis. Et Hieremie. iiij. Jura-
bũt viuit dñs in veritate ⁊ in iudicio. et
in iusticia. xxij. q. j. Et iurabunt. Sic iu-
rauit Paulus. ij. Coꝛ. j. Testem inuoco
deũ in animã meam. Sic dauid iurauit
dño. votum vouit do Jacob. Sic ⁊ dñs
iurauit ⁊ nõ penitebit eũ. Ps. cix. Quar-
to cognoscunt̃ in hoc: ꝙ tm̃ seipsos dicũt
ecclesiam dei. oẽs vero alios dicũt esse
canes ⁊ porcos: ac etiam extra ecclesiam
⁊ veniam: vt dicit Bernhardus sup Can-
tica s̃mone. lxv. Tales vt dicit idem ibi-
dem sermone. lxvj. Tanq̃ꝫ detractores ir-
rident nos: tãq̃ꝫ canes ꝙ baptisamus. scꝫ
cum solennitate infantes: ꝙ oramus pro
mortuis: ꝙ sanctoꝝ suffragia postulam⁹.
in omni genere hoĩm. atqꝫ in vtroqꝫ sexu
festinant ꝓscribere christũ in adultis. in
paruulis. in viuis ⁊ mortuis. Sed cõtra
eos est s̃m ip̃m aperta scriptura: quia licꝫ
infans nõ respondeat ꝓ se. tamen ꝓ eo re-
spondet ecclesia. ⁊ ip̃e infans videtur cla-
mare suis vagitib⁹ dicens. Uim patior:
scꝫ a natura. Similiter ꝙ oramus ꝓ mor-
tuis. exemplũ habemus ĩ Chananea. ad
cuius fidem ⁊ ꝑces liberata est filia a de-
monio. Similiter de paralitico. quẽ ami-
ci miserũt ꝑ tegulas de domo. Quinto co-
gnoscunt̃ in hoc. quia ordinibus ecclesie
detrahũt in suis s̃monib⁹. Nã iõ sacra cõ-
temnũt. ꝑlatis nõ obediũt. ĩstituta nõ ca-
piũt. quia papam ep̃os ꝑsbyteros pecca-
tores dicũt. qui nec dandis ne percipien-
dis idonei sunt sacramẽtis. dicẽtes. Nũ-
quid ista duo conueniũt episcopus ⁊ pec-
cator. Cõtra q̃s dicit Bern̄. sup Cantica
s̃mone. lxvj. Falsum est inquit. Ep̃s erat

Caypbas. ⁊ tamen ꝙuis peccator in dominũ sententiã mortis dictabat. Apostolus erat Judas. ⁊ licꝫ auarissimus ⁊ sceleratissimus. electus tamẽ a dño. Audis eũ aplm fuisse ⁊ diabolum. Super cathedrã Moysi sederũt scribe ⁊ pharisei. ⁊ q̃ nõ obedierũt eis tanꝙ epis inobedientie rei fuerũt. Multa ⁊ alia huic populo stulto ⁊ insipienti mala ꝑsuasa sunt sed non est rñdere ad oĩa. Quis eĩ oĩa nouit. Deinde labor infinitus esset ⁊ minime necessarius. Nam quãtũ ad istos nec rationibꝫ vincunt̃. qꝛ nõ intelligũt. nec autoritatibꝫ corrigunt̃. qꝛ nõ recipiũt. nec flectunt̃ suasionibꝫ: quia subuersi sunt. Hec Berñ. Sexto cognoscũt̃ ex vita. quia vitam habent hipocriticam. Nam vt dicit Berñ. vbi supra. Non sufficit eis hereticos esse nisi ⁊ hypocrite sint. vt sint supra modũ peccantes peccatũ. Hij sunt q̃ veniũt in vestimentis ouiũ ad mandendas oues ⁊ spoliandos arietes. an nõ tibi videtur vtraꝙ res impleta. vbi ⁊ fide plebes ⁊ plebibꝫ sacerdotes depredati inueniunt̃: quoniã isti ꝑdones. hij sunt oues habitu. actu vulpes. ⁊ crudelitate lupi. Hij sunt qui boni videri nõ esse. mali nõ videri sed esse volũt. Mali sunt ⁊ boni videri volunt ne soli sint mali. Mali videri timent: ne paꝝ sint mali. Hec ille. D

De tertio sciendũ ē. scꝫ quõ punit̃ hereticus. Punit̃ aũt quadrupliciter. Primo excõmunicatione: quia siue occultus siue manifestus: est ipso iure excõmunicatus xxiiij. q. j. c. j. ⁊ .ij. de hereticis. Ad abolendam. Secundo punitur depositione ab omni dignitate. siue papa siue imperator. xl. dis. Si papa. ⁊ ab omni beneficio priuat̃. Tertio punitur rerũ ablatione. qꝛ bona coꝝ ipso iure confiscata sunt. de hereticis. Cum ẜm leges. libro sexto. Quarto punitur militari persecutione. quia si aliter fieri non potest. manu armata sunt ab eis bona aufferenda. Non solum autẽ ipsi heretici. sed etiam credentes eis. receptatores eoꝝ. defensores ⁊ fautores sunt excõmunicati. Et si nõ satisfecerint infra annũ. extunc ipso iure sunt infames. nec ad testimonia admittunt̃. Ut de hereticis excõmunicamus. Primo quia credentes ꝓpter hec pericula ⁊ damna tam spiritualia ꝙ corporalia ꝓhibet apostolus cũ eis conuersari ad Thitũ. iij. dicens. Hereticum hoiem post vnam scꝫ secretam. ⁊ secundam scꝫ publicam correctionẽ. id est postꝙ bis correctus fuerit ẜm Horrã ibidem. tunc si se noluerit corrigere vitand⁹ est. Cuius ratio est ẜm ipsum. quia nõ est illi cõmunicandũ qui se cõmunione fidei catholice. i. cõmunicatione separat. Sũt autẽ vitandi ẜm Horraꝫ vbi supra. ꝓpter septem rationes. Primo quia habent credulitatẽ erroneã. ij. Thimo. iij. Homines corrupti mente reprobi circa fidem. Sic solet vitari canis rabidus. Secũdo quia habent conscientiã cauteriatã. ẜm Horrã id est corruptam. tam errore doctrine ꝙ culpe. tam etiã igne concupiscentie. Unde isti sunt signati cauterio diaboli. Apocalip. xiij. licet exterius sic in corpore vident̃ stigmata portare dñi nostri iesu xpi ad Gal. vlti. Tertio quia habent familiaritatẽ deceptoriã. Roꝝ. xvj. Per dulces sermones seducunt corda innocentum. Sic solent vitari Syrene. Quarto quia habent vitam simulatam. ij. Thimo. iij. Habentes speciem pietatis. Horra. id est christiane religionis exteriori simulatiõe quia sacramenta christi que sunt religionis christiane participant cum bonis. virtutẽ aũt eius abnegantes. id est rem ipsi⁹ pietatis scꝫ dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi abnegantes. scꝫ corde ⁊ opere. Ad Thitum. ij. Confitent̃ se nosse deum. factis autẽ negant. Quinto habent doctrinã pestiferaꝫ j. Corinth. xv. Corrũpunt mores bonos colloquia praua. Sexto quia habent intentionẽ ꝑuersam. Unde hic dicitur. Ueniũt in vestimentis ouiũ. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Septimo habent mentẽ obstinatam. ij. Thimo. iij. Quẽadmodũ iamnes ⁊ mãbres restiterũt Moysi. sic isti resistunt veritati. Isti ẜm Horrã fuerũt duo magi pharaonis. Exod. viij. Quoꝝ aplus noĩa nõ inuenit in diuinis libris sed in apocrifis. Et sicut isti restiterũt Moysi donec victi fuerũt. ita heretici resistũt ꝑtinaciter veritati. etiã vsꝙ ad sanguinẽ ⁊ ignẽ. Job. xxiiij. Ipsi rebelles fuerũt lumini. Et in h̃ similes sunt cattomodi q̃ lumẽ diei abhorret. eo ꝙ in lũine modicum vel nihil venat̃. sed potius in nocte.

Sic heretici in occulto docent nõ in aperto. Et sicut cattus bufones ⁊ ranas lambit quousq; vsq; ad sanguinẽ ⁊ venenũ in q̃ est quedã dulcedo. q̃ fit nimis sitibũdus. ⁊ si potũ nõ inuenit. aret. sed si iuenit extũc in vas sternutat. ⁊ venenũ imittit. ⁊ q̃ ex h biberit morit᷑ vel grauit᷑ infirmat᷑. Sic hereticus venenum qđ errore scripturaꝝ hausit in vasa seu in corda hũana infundit vt hoies intoxicet. Cattus etiã libent᷑ cõuersat᷑ hoi. ⁊ quandoq; insidet ori hoīs in sõno ⁊ suffocat puerũ obstruẽdo respirationẽ ⁊ anhelitũ. Sic heretici insidẽt hoib ⁊ opprimũt eos falsitate. p qđ hoies suffocant in se spm̃sctm̃ ⁊ spũalr᷑ moriũt᷑. E

Dixi secundo ꝙ secũdi falsi ꝓphete sũt hypocrite sanctitatis simulatores. eo ꝙ ꝓtendunt foris sanctitatẽ. sed occultant in cordib iniq̃tatẽ. ⁊ p hoc decipiũt hoies: sicut serpens vel scorpio q̃ lingit ore blandiendo. sed cauda pungit occidendo. Vñ Au gu. sup Ps. cxxxix. Ille difficile vitat᷑ qui in labijs bona portat. ⁊ in corde occultat mala. Acuerũt inq̃t linguas suas sicut serpentes. q2 nec pedes habent vt eoꝝ vestigia cũ venerint audiant᷑. leniter serpit sed nõ recte. habens occultũ venenũ sub leni tractu. Hec ille. Sic faciũt heretici ⁊ hypocrite q̃ abscondũt ⁊ ꝯtegũt vestigia sua rũ opationũ ne cognoscant᷑. Nam sepius orant vt videant᷑ deuoti erga deũ. sed cor eoꝝ longe est ab eo. Ostendunt se facere opa misericordie vt elemosinã dantes vt videant᷑ pij erga ꝓximũ. sed in corde appetunt vanam gl'iam: vt videant᷑ ab hoib. Fingunt se macerare carnem suam p ieiunia. vnde exterminant faciem suã vt alliciant matronas ⁊ feminas ad dandũ eis tãq̃ bonis vltra ceteros. Sicut dicit apostolus. Captiuas circũducunt mulierculas oneratas pctis. Et saluator Matth. Exhaurientes inquit bursas matronarũ sub ꝓtextu longe orõnis. Unde Job cõparat eos scirpo seu carecto exterius flori do ⁊ viridi. intus aũt arido ⁊ sine fructu. Job. viij. Nunq̃d põt virere scirp9 absq; humore. Sup quo dicit Grego. in glosa ordina. Hypocrita nõ est sine aqua. quia gratiam accipit vt ꝓphetet. demones eijciat. languores sanet. sed ⁊ colore viridis. dum laudes extra querit supb in altũ crescit. sed a fructu marcescit. Et Hiero. ibidem dicit. Scirpi vel carecti noie hypocrite designant᷑. q̃ spẽm veritatis ꝓtendẽtes fructũ vtilitatis nõ hñt: sed aridi sterilitate opis. solo sanctitatis colore viridescũt. Quia hypocrita ad bona opa infusionẽ supni muneris ꝑcipit: sed in cũctis q̃ agit exteriorẽ laudẽ appetens a fructu percepte infusionis marcescit. ⁊ cũ adhuc sit in flore ne capiat᷑ manu ante oẽs herbas marcescit. p quod significat᷑ ꝙ hypocrita corripi nõ patitur ab aliq̃. imo asperitate sua vitã corripientis secat. deꝑhensum se in prauitate irascit᷑. loqui sibi redarguentẽ ꝓhibet. ⁊ qđ deterius est etiam vt dicit Greg. se innocentẽ nõ suis actib sed alienis criminib ostendere nitit᷑. Ex quib pz eoꝝ stulticia: q2 grãs a deo receptas: q̃s ad salutis fructum ꝯuertere debuerũt ad inanẽ gl'iam cõuertũt. Unde Hiero. sup illud Job. Non ei placebit vecordia sua dicit. Magna vecordia est laboriosa agere ⁊ vane laudi inhiare. ꝑcepti celestibus inseruire ⁊ terrenã retributionẽ querere. Quia q̃ hic ꝓ veritate quã agit humanũ fauorẽ ꝺsiderat. rẽ magni meriti vili ꝑcio venalẽ portat. Unde bene opera eoꝝ tele granee compant᷑. Cũ subdit᷑. Et sicut tele araneaꝝ fiducia eius. Interlinearis dic. Bene hypocritaꝝ fiducia tele araneaꝝ similis dr: q2 tela illa p ordinem ⁊ studiose texitur. sed flatu dissipat᷑. quia quicq̃d hypocrita cũ labore pagit. aura humani fauoris tollit. Hec glosa. Propter huiusmodi duplicitatem ⁊ infructuositatez ac inutilem eoꝝ opationem deus spernit hypocritas ⁊ odit eos. Juxta illud Ps. xlix. Nunq̃d manducabo carnes thauroꝝ. id est nunq̃d delectabor in maceratione supboꝝ: qui per thauros significant᷑. aut sanguinem hircoꝝ. id est hypocritaꝝ potabo fm Innocen. iiij. Et in eo ꝓmittitur. Nõ accipiam de gregib tuis hircos. Per hircum fm Innocen. q̃ habet exterius asperitatem in pelle significat᷑ hypocrisis. de q̃bus dr. Non accipiã de gregib tuis. i. de ꝯgregationib tuis hircos. i. hypocritas. F Comparat᷑ autem hypocrita trib pessimis animalib. scz hirco. vulpi ⁊ lupo. Primo comparat᷑ hirco ꝓpter eius

ꝓprietates q̃ ponunt in h metro Lana cibꝰ visus sanguis caro cornua fetus. Hostia mons vitis dentes vox pes barba libido. Cauda breuis corrigiũ sotularibꝰ vtribꝰ aptũ. Lacte caret fetet emissus rũinat hircus. Hec oia ꝯueniũt hypocrite. Ipse enĩ extra portat lanã caprinã. i. signũ pnie Leuit. xxvj. dr. ꝙ tabnaculũ tegebat sagis extra. s; intra erãt res p̃ciose. s. aurũ mãna. vrna. v̄ga thus aromata redolẽtia. S; sub sagis ypocritarũ nõ sũt nisi stercora. Scðo cibꝰ hircorũ ẽ amare frondes: ꝛ hypocritarũ detractiões. Job. xxx. Qui rodebãt in solitudie. ꝛ mãdebãt herbas ꝛ arborũ cortices. ꝛ radix iuniperorũ erat cibꝰ eorũ. Tertio acute vidẽt. Sic hypocrite mala aliorũ ꝯsiderãt Ecci. xiiij. Oculꝰ malꝰ ad mala. Quarto sanguis hirci frãgit adamãtẽ. ꝛ lingua hypocrite virũ ꝯstãtẽ Prouer. xv Lingua placabil' lignũ vite q̃ aũt imoderata ẽ ꝯteret spm̃. Quinto caro eiꝰ ẽ dura i. carnalitas obstiata Hier. xxx. Dura facta sũt pctã tua. Sexto h; cornua excelsa i. supbiã elatam. Dañ. viij. Hircus hẽbat cornu insigne. Septio fetus eiꝰ est bonꝰ. Et hypocrite qñq; bona docẽt. q; lic; ipi vadãt in ifernũ. alios tñ docẽt ire in celũ. Et ẽ miraculũ fm ꝙ dr Nũe. xxvj. Spectaculũ est grãde ꝛ miraculũ vt chore peũte filij eius nõ pirent. Octauo q; ex hirco fit hostia. sic de hypocrita Leuit. x. Hircũ q̇ oblatus fuerat p pctõ cũ q̃reret moyses repit exustũ. Nono ꝙ libent' ascendit mõtes. sic hypocrita ad dignitates Hier. xlix Habitas in cauernis petre ꝛ apph̃ẽdere niteris altitudinẽ collis. Decio vites ledit sic hypocrita famã iustorũ Joh. xv. Ego sum vitis: vos palmites. Undecio dẽtes nõ h; hircus in supiori mandibula. Sic hypocrita nõ h; charitatis v̄ba ad reprhendendũ. s; v̄ba timoris Treñ. iij. Cõfregit ad nũerũ dẽtes meos. Duodecio pes eius nõ ẽ integer. sic affectus hypocrite in pl'a diuisus ẽ Ecci. xxj. Cor fatui q̃si vas ꝯfractũ Osee. x. Diuisu; est cor eorũ nũc interibũt. Tredecio vocẽ balantẽ h; sicut ouis. sic hypocrita verba simplicia Gen̄. xxvij. Vox q̇dem vox iacob. manus autẽ esau. Quartodecio barbã h; plixã. sic hypocrita ad lram in signũ sctitatis. ij. Regis. xix. Miphiboseth vẽit illotis pedibꝰ ꝛ intonsa barba. Et interp̃tat os ꝯfusiõis. vl' os ignominie vel verecũdũ. Quintodecio libidinosus ẽ hircus. sic hypocrita Zach. x Sup hircos visitabo. Sedecio cauda eiꝰ ẽ breuis. sic finis hypocrite velox Job xx. Gaudiũ hypocrite ad instar pũcti. Decimoseptio corrigiũ ẽ aptũ sotularibus ꝛ vtribꝰ. Corrigiũ hypocrite ẽ exterior ꝯuersatio q̃ vtilis ẽ alijs: ꝛ munit pedes. i. affectus eorũ. Et si eẽt mũdicia interiꝰ cordis possent recipe vinũ nouũ in vtres veteres Math. ix. Nõ mittũt vinũ nouũ in vtres veteres. Deciooctauo lacte caret. sic hypocrita dulcedie ꝯsolatiõis. ꝛ si increpatiões hẽat q̇d ꝓbatũ est Osee. ix. vbi dr. Da eis dñe vbera arentia. i. sine lacte ꝯsolationis. Decionono fetet. sic hypocrita Math. xxiij. Ue vobis hypocrite q̇ estis sic sepulchra plena ossibꝰ. Uicesimo hircus emittebat in desertũ deferens scripta ppli pctã Leuit. xvj. Sic ypocrita q̇ attenuat pctã ppli assumit sup se ꝛ mittit i desertũ inferni. Uicesimop̄mo ruminat. sic hypocrita m'tos ps̃. rũinat in ore Math vj. Putant in m'tiloq̇o exaudiri. s; i multiloq̇o nõ deest pctm̃: vt dr Prouer. x. H

Scðo hypocrita cõpat vulpi. de q̃ in Ps̃. lxij. ptes vulpiũ erũt. Per vulpes g̃ intelligunt hypocrite. ꝓpt plures ꝓprietates q̃ hñtur in his metris. Fetor auis latro vox via cauda color Caro pes fraus taxo pulex pellis ꝓles pilus vnda canis lux. Primo g̃ hypocrita cõpat vulpi ꝓpt fetorẽ. q; fetet corã deo q̃si mortuus Esa. xxxiiij. De cadaueribꝰ eorũ ascẽdet fetor. Secũdo q; insidiat auibꝰ p q̃s significãt viri spũales. Uñ herodes insidiabat xp̄o. ꝓpt qð appellat a xp̄o vulpis Luc. xiij. Dicite vulpi illi. Tertio hab; foueã Math. viij. Uulpes foueas hñt. sic hypocrite meretrices. Prou. xxiij. Fouea ꝓfunda ẽ meretrix. Quarto voce gãnit ꝛ fingit se latrare Esa. x. Nõ fuit q̇ moueret pennã ꝛ apiret os ꝛ gãniret. Quĩto q; via nõ vadit recta s; p amfractꝰ Prouer. ij. Quorũ vie puerse sũt. ꝛ infames gressus eorũ. Sexto cauda magna ꝛ pilosa. sic diabolũ p̄ie; hypocritarũ sequũt magni ꝛ diuites mũdi Esa. ix. Propheta docẽs mendaciũ ipe est cauda. Septio colorẽ ruffum habet. q; angelus sathane trãsfigurat se in hypocritis in

angelū lucis. ij. Coꝝ. xᵒ. Octauo carnē hꝫ
mali saporis: ꝛ comedit̄ ꝓ podogra ꝛ arte
tica. Infirmas iūcturas hñt q̄ caritate ca
rēt: q̄ ē vinculū. Et hi cū masticāt ꝛ sentiūt
amaritudinē diaboli curant̄. Ps. Dedisti
eū escā ꝑplis ethiopū. Nono hꝫ pedē tor/
tuosum ꝛ tibiā curtā. Ecōtra iusti hñt re/
ctos Ezech. j. Pedes eoꝝ pedes recti Le
uit. xxj. Fracto pede nō offerat. Decio est
fraudulēta Esa. xxxij. Fraudulenti vasa
pessima sunt. Undecimo q꞉ cū taxus illō
aīal fac̄ sibi foueā. vulpes eo absente ster/
corisat ibi. ꝛ taxus ꝓpt̄ imūdiciā recedit.
Sic hypocrita expellit ꝑ imūdiciā detra
ctiōis virū iustū infamādo eū: interduꝫ de
ciuitate vt solus honoret̄. Duodecimo dr̄
q꞉ vulpes tenet lanā in ore. ꝛ paulatim se
mergit in aquā apta cauda donec pulices
fugiāt ad lanā. ꝛ tūc deserit eā in aq̄. Pu
lex significat mordacitatē reꝑhensionis.
Sicut ergo vulpes pulices mergit. sic hypo
crita reꝑhensorē suū ne eū corrigat ꝑseq̄t̄.
j. Re. xxiiij. Canē mortuū ꝑseq̄ris ꝛ pulicē
vnū. i. reꝑhensorē mordacē. Tredecio pel
lis sola est cara venatoribꝫ. sic exterior cō
uersatio hypocritaꝝ q̄ est in mortificatōe
quam debēt sibi boni assumere ꝛ cadauer
ꝓijcere qd̄ sub pelle abscondit̄ Math. iij.
Zona pellicea ad lūbos eiꝰ. Quartodeci
mo hꝫ ꝓlem multā ꝛ patrisantē Job. xxj.
Egrediunt̄ q̄si greges ꝑuuli eoꝝ. Quīto/
decimo hꝫ pilū longū ꝛ densum. i. tꝑalia
multa Esa. iij. Erit ꝓ crispanti crine calui
ciū. Sedecimo q꞉ qñ eā insequūt̄ canes
tūc totū ꝓter nasum se suspēdit in flumie
ꝑ ramū: ꝛ sic latet. sic heretici ꝛ hypocrite
abscondūt se a canibꝫ. i. a p̄dicatoribꝫ. sed
tñ nasus emittit spm̄ male suggestiōis. ſꝫ
eis dicit̄ Amos. ix. Et si celauerint se ab
oculis meis in ꝓfundo maris. ibi manda
bo serpēti ꝛ mordebit eos. Decimoseptio
q꞉ videt̄ esse q̄si canis in anteriori ꝑte. ſꝫ
non in posteriori. vbi cauda maior. sic illi
vident̄ siles p̄dicatoribꝫ in ꝑmis ꝟbis. ſꝫ
in fine mordent vt coluber. ꝛ q̄si regulus
venena diffundūt Prouer. xxiij. Decimo
octauo luce ocloꝫ micant de nocte Hier.
iiij. Sapiētes sunt vt faciāt mala. bñ aūt
facere nescierūt. ꝛ ita in nocte vident. sed
in die nō vident. H Tertio hypocri
ta cōparat̄ lupo. Lupus ſm Isid. xij. ethi

mologiaꝝ ē maxīe rapacitatis. Et dr̄ lu/
pus q̄si leoni pos. i. siľis. q꞉ siľis ē ei in ra
pacitate. Rapit eñ nō in aꝑto sed furtim
ꝛ in abscōdito. Sicut hypocrite in aꝑto
nolunt caꝑe vt videant̄ sancti: sed occulte
exhauriūt bursas matronaꝝ. Scd̄o rōne
fortitudinis pedū. eo q꞉ sic lupus magnā
virtutē habet in pedibꝫ. vñ quicq̄d ꝑsserit
pede: nō viuit. Sic hypocrite magnā vir
tutē habēt simulatiōis in affectibꝫ. ꝛ quē
cūq꞉ sua simulatiōe decipiūt. mortificant
in vita grē. Tertio q꞉ sicut lupus quē ꝓus
viderit raucescere facit. Sic hypocrita
oēs spēs sanctitatis sue q̄si in raucitatem
ꝯuertit. q꞉ nullus audet de eo verbū dice
re malū. sed semꝑ opinari bonū. Quarto
nō plures q̄ꝫ. xij. diebꝫ in anno coit. sic hy
pocrita ne deꝑhendat̄ raro fornicat̄. Quī
to q꞉ lupus famē diu tolerat. ꝛ post multa
ieiunia mľta deuorat. sic hypocrita inter/
dū ieiunat tota die: sed grauit̄ vorat in se/
ro. Sexto q꞉ lupus ꝑuisus deponit auda
ciā. Sic ypocrita cognitus talis ab aliꝭ
nō audet se simulare sanctū ne derideat̄.
Et tantū de secūdo. I

Dixi tertio Q꞉ tertij falsi ꝓphe
te sunt falsi xp̄iani
caritatis destructores. De q̄bꝫ dr̄ in Ps.
Loquūt̄ pacē cū ꝓximo. mala aūt in cor/
dibꝫ eoꝝ. Non solū aūt patit̄ eccľia vel iu
stus vir ab aꝑtis inimicis. sed etiā ab oc/
cultis falsis fratribꝫ. q̄ passio multo videt̄
intolerabilior q̄ꝫ aperta. q̄ est ab hereticis
vel aliꝭ inimicis. Uñ dauid q̄si cōꝑan/
do hmōi ꝑsecutionē ꝑsecutōi manifestoꝝ
inimicoꝝ dicit eā grauiorem Ps. liiij. di.
Si inimicus meus maledixisset mihi su
stinuissem vtiq꞉. Ubi ponit plures rōnes
aggrauantes hanc ꝑsecutionē. Prima est
q꞉ non est ab inimicis. ideo dicit. Si ini/
micus meus maledixisset mihi sustinuis/
sem vtiq꞉. sed istud nō possuꝫ sustinere. q꞉
amicus maledicit mihi Michee. vij. Ini
mici hoīs domestici eius Cañ. j. Filij ma
tris mee pugnauerūt ꝯtra me. Secunda
ratio quare intolerabilia sunt ista mala ē
q꞉ sunt improuisa. Unde sequit̄. Et si is
qui oderat me suꝑ me magna locutus fu
isset abscondissem me forsitan ab eo. Sꝫ
ab his q̄ vident̄ me amare nō possum me
abscōdere. Uñ dicit Ber. Nunc in eccľia

impleta est illa ꝓphetia. Ecce in pace ama
ritudo mea amarissima. Amara prius in
nece martyrū. amarior post in ↄflictu he-
reticoꝝ. amarissima nūc in moribꝫ dome-
sticoꝝ. nō fugare: nō fugere eos pōt. Ter-
tia rō est qꝛ talia sunt illata a socijs secre
toꝝ. vñ dicit. Tu ꝟo hō vnanimis. Quar
ta qꝛ illata sunt ab eis q̇ deberent eū doce
re. Vñ dicit. Dux meus Math. xv. Ceci
sunt ꝛ duces cecoꝝ. Quinta qꝛ a familia
ribꝫ inferūť. vñ addit. Et notus meꝰ. Se
xta qꝛ a ↄsiliaribꝫ. vñ subdit. Qui siꝉ dul-
ces mecū capiebas cibos. ſm qꝺ dicit Jo
seph de fratribꝫ suis Gen. xliij. Occide vi
tulos ꝛ instrue ↄuiuiū. qꝛ mecū sūt come-
sturi. Septīa qꝛ a ↄtubernalibꝫ. vñ dicit.
In domo dñi ambulauimus cū ↄsensu. s.
tu ꝛ ego. ꝛ tñ tu ꝑsecutus es me. Hec In
no. Unde aūt ista ꝓueniūt nisi ex defectu
charitatis quā in se tales falsi xp̄iani nō
hñt. ꝛ in alijs eā destruūt vbi pñt. Propť
qꝺ falsi dicūť. qꝛ nomē hñt xp̄ianū: sed rē
eiꝰ nō hñt. Cōtra q̄s dicit Aug. in lib. de
vita xp̄iana. c. ij. Quid tibi ꝓdest vocari
quod nō es. ꝛ nomē vsurpare alienū. Si
xp̄ianū te eē delectat. q̄ sunt xp̄ianitatꝭ ge
re. ꝛ merito nomen xp̄ianū tibi assume. sꝫ
forsitan nō esse. sed vocari desideras. h̄ sa
tis fedū ꝛ miserū ē. scꝫ velle vocari te qꝺ
nō sis. Nemo em̄ ita trāsit ad xp̄m vt xp̄i
anus appelleť ꝛ nō sit. Qui igiť xp̄ianus
dꝛ. xp̄m hr̄e dñm ꝓfiteť. ꝛ vere hꝫ si in oi-
bus obsequať ꝛ fuiat. Hec ille. Hic dicit
Johēs i canonica. Videte q̄lē dilectionē
dedit nobis pr̄ vt filij dei noiemur ꝛ simꝰ
Qꝺ tractans Aug. Omeľ. iij. sup canōica
ꝑdicta dicit. Nam q̇ vocanť ꝛ nō sunt. q̇d
illis ꝓdest nomē vbi res nō ē. q̄ꝫ multi vo
canť medici q̇ curare nō nouerūt: q̄ꝫ mlťi
vocanť vigiles q̇ tota nocte dormiūt. sic
multi vocanť xp̄iani. ꝛ in rebꝫ nō inueni-
unť. qꝛ hoc qꝺ vocanť nō sunt in vita. in
moribꝫ. in fide. in spe. in charitate. ꝓpť qꝺ
Aug. ibidē paulo sup̄. tales appellat men
daces ꝛ falsos xp̄ianos dicens. Tu noli
esse mēdax vt aliud ꝓfitearꝭ ꝛ aliud agas
Sed q̄reres q̇d ē verus xp̄ianus. Rñdet
Aug. in li. de vita xp̄iana dicēs. Christia
nus ille est q̇ nō noie tm̄: sed etiā ope xp̄ia
nus ē. Ille vicꝫ q̇ exemplo xp̄i nec inimi-
cos nouit odire: sed magis aduersantibꝫ
sibi bñfacere ꝛ ꝓ ꝑsecutoribꝫ suis exorare
Nam quisq̄s est paratus alicui nocere vľ
ledere ille xp̄ianū se esse mētiť. Christianꝰ
ille est q̇ pōt iustissima voce dicere. Nemi
ni hoi nocui. iuste cū oibꝫ vixi. Hec ille.
Nos ergo si volumus esse veri xp̄iani et
nō falsi. studeamus in nobis ꝛ in ꝓximis
nr̄is hr̄e nō ꝑsequi charitatē q̄tenus ve-
lut arbores bone bonoꝝ operū facientes
fructū. fructū eterne beatitudinis in cele-
sti glia cōsequamur. Ad quā nos ꝑducat
pater ꝛ filius ꝛ. s̄. Amen.

Dñica octaua post trinitatis. II.
Sermo. XCIX.

Omnis arbor bo-
na fructus bonos facit. Math.
vij. Sicut dicit Hugo lib. iij. de
archa Noe. c. iiij. Vita pñs fideliū nō est
aliud nisi vinea dñi. vinea fidelis: vinea
iusta quā ipse bonus agricola plantauit.
Imo trāsplantauit. qꝛ de egypto trāstulit
ꝛ eiecit gentes ꝛ plantauit eā. De q̄ alibi
ꝑ ꝓphetā loquiť. plantabo eos sup humū
suā ꝛ nō euellā eos ampliꝰ. Hec ille. Vo
lens igiť saluator suos instruere q̄liter in
ꝑdicta vinea viuere debemus inducit simi
tudinē de arbore bona que fructus bo-
nos facit. ostendens ꝙ exēplo arboris na
turalis q̇libet fidelis hō in vita pñti tāq̄
in estate debet fructificare ꝑ bona opa si-
bi mercedē eternā. Vñ dicit Inno. iiij. su
per ꝑmū ps̄. Et tp̄s vniuscuiusq̄ ad ope
randū est pñs vita. Joh. ix. Me oportet
opari opa eius q̇ misit me donec dies est.
venit nox in q̄ nemo opari pōt. Propter
qꝺ de quolibet iusto dicit Ps̄. Et erit tā-
q̄ꝫ lignuꝫ qꝺ plantatū est secus decursus
aquaꝝ. i. gratiaꝝ. quod fructū suū dabit
in tempore suo. Fructum scꝫ boni operis
in tp̄e suo. scꝫ vite pñtis. ꝛ in tp̄e eterne et
finalis retributōis. Justi em̄ in sup̄na pa
tria quā in hac vita ꝑ amorē semꝑ requi
rūt dona vite postmodū in retributiōe ꝑ-
cipiūt. Inquit Hugo vbi sup̄. Ut igitur
ad bene operandū animemur ostendiť in
verbo ꝓposito magne retributionis copia
in vita futura. quia fructus bonus ei ꝓro
mittiť. Cum diciť. Omis arbor bona fru
ctus bonos facit. In quibꝫ verbis cōmen
datur vita iustoꝝ ꝛ fideliū exemplo bone

arboris. ⁊ ꝑ oppositũ dãnaᷓ vita reprobo
rũ ⁊ maloꝝ exẽplo male arborꝫ. Circa qđ
tria nob occurrũt ꝯsiderãda. Primo nãqꝫ
ꝯsiderare dẽmus arboris cõꝑationẽ gene
ralẽ. cũ đr. Oĩs arbor. Scđo dẽm⁹ ꝯside
rare bone ⁊ male arboris differẽtẽ ꝯditõꝫ
Cũ đr. Bona. Tertio cõsiderare dẽmus
fructuũ earũdẽ arboꝝ diuersaꝫ generatio
nẽ. Arbor bona describiᷓ ꝑ bonitatẽ fru-
ctus ꝗ̃ sunt ficus ⁊ vua. Arbor mala de-
scribiᷓ ꝑ plante naturalẽ ꝓpagationẽ exẽ-
plo spine ⁊ tribuli. Fructus bonus descri
biᷓ ꝑ dulcedinẽ. malus vero ꝑ amaritudinẽ
naturalẽ. ⁊ hoc in ficu respectu tribuli. ⁊ i
vua respectu spine. A

Dixi primo Q primo dẽmus ꝯsiderare arborꝫ
cõꝑationẽ generalẽ. cũ đr. Omnis arbor.
beatis Hieremie. xxx. Edificabit̄ ciuitas
in excelso. et templū iuxta eam. Istud tem
plū debent edificare p̄lati verbo p̄dicatio
nis. j. Esdre. v. Nos serui sumus dei. ꝛ tē-
pli edificatores. ornare exemplis conuer-
satōis. i. Machab. iiij. Ornauerūt faciem
templi coronis aureis. custodire vigilias
sollicitudinis pastoralis. Sicut leuite fe-
cerunt. i. Paralip. ix. Tertiū est templum
materialis ecclesie. in quo dñt subditi ora
re diuinā potētiā. ps̄ Adorabo ad templū
sanctū tuū. Laudare diuinā sapiam ps̄.
In templo eiꝰ oēs dicent gloriam. Offer
re cōfitendo diuinā bonitatem. ps̄ A tem
plo sancto tuo q̄d est in hierusalē. tibi offe
rent reges munera. Debent ergo adorare
corde. laudare ore. offerre ope. In hoc tē-
plum frequenter ingressus ē xp̄s corpora-
liter. sed nunq̄ȝ gratis. Nā ingressus ē i iu
uentute. vt audiret doctores docētes. Lu
ce. ij. Scd̄o ingressus est in etate adulta.
vt corrigeret delinquentes Joh. ij. Facto
funiculo eiecit omnes vendentes colūbas
Tertio ingressus est ad instructionem. vt
erudiret ignorantes Matth. xi. Discite a
me: qꝛ mitis sum. Et de h̄ patet clare Jo-
han. viij. Quarto ingressus est ad absoluē
dum pctā. vbi mulieri dixit Joh. viij. Nec
ego te condēnabo. Quinto ingressus est h̄
post honorem sibi in dñica palmarū a tur
bis exhibitū. Et hoc ad agendū gratias
deo patri ꝑ tanto honore sibi exhibito qui
honor cedebat ad gl'iam deitatis sue ꝛ pa
tris sui. Sexto ad mundādū templū ab
operibus malis. In hoc ergo templo sex
ista nobis hodie fiunt. Nam audiunt̄ ibi
dei p̄cepta. ibi corriguntur delicta nr̄a. ibi
erudiunt̄ nostra errata. ibi absoluūtur no-
stra pctā. ibi agunt̄ actiones grāꝝ pro per
ceptis bñficijs. ꝛ mundat̄ cōscia a vicijs.
Quartū templū est nostre aīe. j. Corinth.
iij. dr̄. Templū dei sanctum est. quod estis
vos. Hoc templū non debet violari pec
catis. Nam. i. Coꝝ. iij. dicitur. Si q̄s tē-
plum dei violauerit. disꝑdet eū dñs deus
qꝛ ergo est locꝰ soliꝰ dei. Jō debet discede
re dyabolus. qꝛ nō est cōuentio xp̄i ad be-
lial. ij. Coꝝ. vi. Sed ꝓh dolor istud tem-
plū sepiꝰ violat̄. ps̄. Deus venerūt gentes
ꝛc̄. polluerunt templū sanctum tuū. potest
tū mūdari ꝑ sacramentū p̄nie. In hoc tem
plū sepius dñs ingredit̄ Apocalip. iij. ca.
Ego sto ad ostiū et pulso. Cum tali hospi
te veniunt omnia bona pariter. Sap. vij.
Quintū tēplū est gl'ie celestis. Apoca. xi. c.
Apertū est tēplum dei in celo. Ps̄. In tē-
plo eius omnes dicent gloriam. Istō tem
plū est desiderabile recordantibus. mira-
bile contemplantibus delectabile intran-
tibus. quia offerentur in leticia et exulta-
tiōe. adducentur in templū regis. Istud
templū ingressus est christus semel. quia

ascendit in celum captiuā duxit captiuitatem. Ad Ephes. iiij. ꝛ ad Hebreos. ix. Introiuit semel in sancta eterna redemptōne inuenta. Et tantum de pmo. B

Dixi secūdo q̄ i verbis premissis describitur expulsio maloꝝ seriosa. Cum dicit. Cepit eijcere. Circa quod sciendū q̄ christus multa obprobria tolerauit a iudeis. que vergebant in propriam personam tanq̄ hominis. vt dicit in Psalmo. Obprobria exprobrantiū tibi ceciderunt sup me. Sed postq̄ vidit obprobriū ꝛ iiuriā dei patris nullo modo tolerare potuit. Unde postq̄ vidit ementes ꝛ vendentes in templo statim eos eiecit cum indignatione ꝛ seriositate. Ista autem eiectio maloꝝ de templo significabat eiectionē oīm peccatoꝝ de ecclesia militante p sententiam. ꝛ a triūphante per penā. Et q̄a fm Horram sup Mattheum de prima eiectione per sententiaꝫ ab ecclesia militante solus loquit Johan. ij. c. Alij vero tres. scꝫ Lucas. Marc⁹. ꝛ Matthe⁹ loquunt de eiectione per penā ab eccl'ia triumphante. Ideo nunc de ista videamus. Significat igit ista eiectio maloꝝ de templo eiectionē finalē omniū peccatorū ā facie dei in extremo iudicio. De qua eiectiōe dicit Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Circa qđ sciendū q̄ eiectio ē mlt' tum miserabilis ꝛ flebilis. q̄ꝛ vt dicit i ps̄. In ignem deijcies eos. in miserijs non subsistent. ꝛ ideo multū est formidabilis auaris. dolosis. cupidis et vsurarijs. q̄ sunt eijciendi de templo curie celestis. Quoꝝ pena est multiplex. Prima quam sustinebūt est fames insatiabilis. Isa. lxv. Serui mei comedent et vos esurietis. Deute. xxxij. c. Consument fame. Scđa erit sitis inextinguibilis. Isa. lxv. Serui mei bibēt et vos sitietis. vnde ꝛ diues epulo ardens ī ligua petijt guttam aque. quā tñ nō habuit Luce. xvi. Tertia est estus seu calor irremediabilis. Apoc. xvi. Estuauerūt homies estu magno. Quarta erit frigiditas intolerabilis. Job. xxiiij. Ad nimium calorem transient ab aquis niuium. Ecce frigiditas siml' et calor. Math. xxij. Ibi erit fletus et stridor dentium. Quinta ignis inextinguibilis. Apocalip. xiiij. Cruciabitur igne ꝛ sulfure in conspectu angelorū sanctoꝝ. Sexta fetor. Isaye. xxx. c. Torrens fetor pulueris et sulfuris succendēs eaꝫ. Psal. Ignis et sulfur pars calicis eorū. Septima fum⁹ Isaye. xxxiiij. Ascendet fumus eorū in generatione ꝛ generationē. Octaua latratio bestiarum. Ecci. xxxix. Omnia hec ad vindictam creata sunt bestiarum dētes ꝛ scorpij et serpētes. Deutero. xxxij. Deuorabūt eos aues morsu amarissimo. Nono dolor vehementissimus. Apoca. xvi. Cōmandu cauerunt linguas suas pre dolore. Isa. xiij Torsiones et dolores tenebunt eos. quasi parturientes dolebunt. Decima horror ex cōspectu demonuꝫ. Job. x. Sempiternus horror inhabitat. Johelis. ij. A facie eius. id est diaboli cruciabuntur populi. Undecima clausio carceris. Math. xxij. Ligatꝫ manibus et pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. Isa. xxiiij. Claudentur ibi in carcere. Duodecima desperatio. Sap. v. Spes impij quasi lanugo que a vento tollitur. Tredecima timor semp impetētis mali ꝛ ira contra ipos. Ecci. xl. Tior mortis et iracūdia perseuerās. Quartadecima inuidia. Psal. Peccator videbit ꝛ irascetur dentibus suis fremet ꝛ tabescet ꝛc. Quintadecima vermis comedens eos. Isaye vltimo. Uermis eorum non morietur ineternum. Ecc̄. x. Cum morietur homo hereditabit serpentes bestias et vermes. Ultio qđ est omnium penarum grauissimum. est eiectio a facie dei et separatio illa perpetua a consorcio sanctoruꝫ. que plus cruciabit q̄ mille inferni pene. Unde Bern̄. in meditationib⁹ suis. Et quis putas meror erit quis luctus que tristicia cum separabuntur mali a consorcio iustorum et a visiōe dei ꝛ tradent in potestatem demonū. Ibunt cum illis in ignem eternū. Ibiq̄ erunt ineternuꝫ sine fine in luctu in gemitu procul religati a beata patria paradisi. ꝛ in gehenna nunq̄ lucem habituri. De hac separatōis ꝛ eiectionis pena dicit Criso. in libro de reparatione lapsi. in hec verba. Nōnulli imperitoꝝ putant sibi satis esse et optabile videre si tm̄modo careant gehenna. Ego autē multo grauiores q̄ gehenne dico esse cruciat⁹ remoueri ꝛ abijci ab illa gl'ia. Nec puto ita esse gehenne supplicia vt sunt illa de quibus dicit petrus. Torquetur is qui arcetur a conspectu christi. hoc cedere mihi omnibus penis grauius est. hoc solum qđ superat et gehennam. Et ibidem Chryso.

sup illud Math. vij. Excidetur. ⁊ in ignez
mittetur. dicit. Intolerabilis res est gehē-
na. quis nescit suppliciū horribile. tamen si
mille quis gehēnas ponat. nihil tale est di
ctur⁹ quale est ab honore illius glie ꝓpelli.
⁊ exosum esse christo. Nā ꝭm Augu. repro-
bi mallēt omē tormentū sustinere: ꝙ̄ vide-
re faciē irati iudicis. Vñ Johel. ij. A facie
eius terra ꝯtremuit. moti sūt celi. sol ⁊ lūa
obtenebrati sunt. Certe tūc peccatores in-
firmabunt ⁊ ꝑibunt a facie dñi. ⁊ hꝰ p dolo-
re nimio. cum viderint eam a se auersam. ⁊
ipsos finaliter ab ea eiectos. Et tantuz de
secundo.

Dixi tertio

ꝙ in verbis premis-
sis describit opera-
tio impiorum scelerosa. cum subiungit. vē-
dentes et ementes in illo. Et certe nō miꝝ
ꝙ eiecit ita sceleratos auaros. Nā put dic
aplꝰs Ephe. v. Auaricia est idolorū serui-
tus. Ex quo igit domus di facta est ad cul
tum dei. Certe filius dei inueniēs i ea cul-
tum diaboli. merito eiecit hmōi ydolatras
scz auaros. cuiusmodi erant tunc sacerdo-
tes iudeorum. De quibus dicit Ozee. viij.
Argentū suum ⁊ aurū suū fecerunt sibi ido
la vt interirēt. Pro quo sciendum ꝙ vt su-
pra dictū est multiplex est templū. ⁊ ita mꝰ
tiplices sunt ementes ⁊ vendentes seu mer
catores. Nam quidam sunt corporales. q̇-
dam spirituales. Corporales sunt q̇ p frau
des ⁊ dolos merces suas faciunt ⁊ vendūt
De quibꝰ dicit Ecci. xxvi. Difficile exuit
negocians a peccato. Et vere difficile. q̇a
multa ad hoc requirunt ꝙ quis sine pec-
cato emptionem ⁊ venditionem exerceat.
De multis tñ pauca ꝯmemorasse sufficiat.
Prio igit requirit ꝙ ille qui emit aut mer-
catur aut negociatur nō faciat hoc ꝓpt aua
riciā ⁊ improbam cupiditatē diuitiaꝝ. sed
ad necessitatē tm̄ ⁊ alioꝝ vtilitatē. Contra
quod faciunt auari mercatores ⁊ vsurarij.
qui solum ad hoc mercant ⁊ vendunt vt p
minori pecunia maius lucruz pecunie ha-
beant. ⁊ hanc mercaturā vocat phs. ij. po-
liticoꝝ campsoriā vituperabilem. q̇a a pe-
cunia incipit. ⁊ pecunia terminat. qđ est cō
tra naturā pecunie. q2 pecunia ꝭm ipm or-
dinata est ad vsum naturaliter. non ad lu-
crum. Scdo reddit illicita emptio vel vē-
ditio ex tempore. vt si fiat diebꝰ festiuis in
quibus ab hmōi operationibus cessandū
est. de conse. di. iij. Rogationes. ⁊ ca. omēs
Et. xv. q. iiij. ca. ij. ⁊. iij. Tertio redditur il-
licita ex persona. vt si clericus vel religio-
sus talia exerceret. ij. Thimo. ij. Nemo mi
litans deo implicet se secularibꝰ negocijs.
Vñ Hieroni. Negociatorē clericū ex pau
pere diuitē. ex ignobili gloriosū q̄si quādā
pestem fuge. Quarto ex loco. vt puta si fiat
in loco sacro. sicut hic patet. Nam ꝙ̄uis es-
sent licite emptiōes si fuissent alibi. tamen
coipo quo fiebant in ecclesia erant illicite.
ꝭm Franciscum Astensem. Quinto reddit
illicita venditio ex supflua ⁊ curiosa rerum
adinuentōne. Nam ꝭm Thom. ij. ij. q. xvi.
Licet artifices facientes ornamenta pro-
dentia status mulierū. vel vt placeant vi-
ris, ꝓpijs vendendo talia nō peccant. tñ si
adinueniunt aliq̄ supflua ⁊ curiosa peccāt.
Vnde Criso. sup Math. dicit. ꝙ ab arte
calceatorū ⁊ textorū multa abscidere opor
tet. etem ad luxuriā deduxerūt necessitatē
eius corrūpentes artem. mala arti bōe cō-
miscentes. Sexto reddit illicita venditio
si res carius vendit ꝙ̄ valet. qđ intelligen
dū est sic. ꝙ carius vendere rem ꝙ̄ valet est
illicitū. nisi res que venditur cederet in de-
trimentū venditoris. qui multum re illa i-
diget. Nam in tali casu iustum preciuz erit
et non solum respiciatur ad rem que vendi
tur. sed etiam ad damnū qđ venditor icur-
rit ex venditione. Vnde licite potest ven-
dere plus ꝙ̄ valeat ꝭm estimationez. ꝙ̄uis
nō vendat plus ꝙ̄ valeat venditori. Q2 si
emptor multū iuuetur ex re quā emit. sz vē-
ditor nō damnificat carendo ista re. nō de-
bet eā supuendere. quia vtilitas que alteri
accrescit nō est ex vendente. sed ex conditi
one ementis. Nullꝰ aūt debet vendere al-
teri quod non est suuz. Sed diceres. tñ
hoc non prohibet lex humana. Rñdeo ꝭm
Thomā. ij. ij. q. lxxvij. Licet lex hūana so-
lum punit ⁊ cogit ad restitutionē qñ quis
est deceptus vltra dimidiū iusti precij. ta-
men lex diuina que nihil impunitum relin-
quit hoc non ꝑmittit. Septimo reddit il-
licita venditio. si quis vendit carius ꝙ̄ so-
lus emit. ⁊ hoc est veꝝ si excessiue cariꝰ vē-
dit. quia moderatum lucrum permittitur
illis qui propter publicū bonum negociā-
tur ne res necessarie perirent. vel quia rem
meliorant. vel quia pericula patiuntur. vl
quia precium mutatum est ex diuersitate

loci vel tpis. vel quia emit in polonia p cō
muni moneta. ⁊ vratislauie vendit pro la
tis grossis. vel emit circa festuʒ michaelis
bladum qñ erit copia. ⁊ vendit circa carnis
priuiū qñ erit penuria ipius. Hec Raimū
dus. Quarto reddit illicita ꝓpter defectuʒ
rei vendite. Nam ſm Thom. ij. ij. q. lxxvij
Circa rem que vendit triplex defectus de
bet considerari. Unus quidem ſm speciē rei
vtputa si vendat auricalcū p auro. aut vi-
num mixtum aqua quasi purū. Alius de-
fectus est ſm quantitatē ponderis vel mē-
sure. vt si quis scienter vtatur deficiente pon
dere vel mensura. Tertius defectus est ex
parte qualitatis. puta si animal infirmū ven
datur quasi sanū. In his tribus casib9 ven
ditor scienter vendēs fraudem cōmittit. et
tenet ad restitutionē. ſm Ambro. in li. de of
ficijs. Sed si ignoranter ita vendit n̄ pec-
cat. Sed postq̄ ad noticiā eius deuenerit
tenet ad restitutionē damni. Et econuerso
si venditor credens aurū impurū vendit le
uius q̄ purū. vel credēs animal morbiduʒ
cū tñ est sanū vēdit facilius. emptor postea
comperta rei veritate tenet ad recompēsa-
tionem. Ex his infert Thomas q venditor
tenet docere viciū rei vendite. alias dat oc-
casionē damni vel periculi ipi emptori. vñ
si talia sunt vicia occulta. ⁊ ipe venditor ea
non dicit. tenet ad damni recompensatio-
nē. Si vero est viciuʒ manifestum. vtputa
equus monoculus. vel si vsus rei nō com-
petit vni. competit tñ alteri ⁊ venditor p-
pter huiusmodi viciū subtrahit de pcio ali
quid quantū oportet. non tenet ad manife
standum viciuʒ rei. quia forte propter hmōi
vicium emptor vellet sibi plus de pcio rei
subtrahi. Unde in tali casu venditor pōt li
cite viciū rei reticere. Nono illicita est ven
ditio si mercatores inter se conueniūt ⁊ sta
tuunt vt certo precio vendant. vel q vnus
solus tales merces vēdat. ⁊ talis debet bo
nis suis spoliari. ⁊ exilio tradi. secunduʒ le
ges. Decimo illicita est emptio vel vendi-
tio si fit cum mendacijs vel periurijs. et h
si scientes dicūt falsum. et tales tenent ad re-
stitutionē. Si quis aūt credens dicere ver.
dicit falsum. vel per h nō intendit ꝓ ꝓcio no
cere scienter. sed se indemnē seruare. nec p-
pter hoc rem carius supuēdit. tale menda-
cium potest dici veniale. si tamen iurat vel
periurat peccat mortaliter. Et tm̄ de istis

emptoribus ⁊ venditorib9 corpalib9. Qui
si ita negociantur: eijcientur de templo ce-
lesti. ¶ Secundi sunt emptores ⁊ vē-
ditores spirituales. Et sunt triplices. scilʒ
auari. symoniaci. ⁊ hypocrite. Primi scili-
cet auari vendunt celum p terra. ⁊ sūt hij q
p pecunia falsa testimonia ferunt. ⁊ alia vi-
cia cōmittūt. de quib9 dicit Beda sup Mat.
Et habent vba. xj. q. iij. Abijt iudas. Mul
ti hodie scelus iude detestant. quia deū ac
magistrū dominūq3 suum pro pecunia vē-
didit velut imane ⁊ nephariū exhorrēt. nec
tamē cauēt. Nam cū p muneribus falsum cō
tra quēlibet testimoniū dicūt. pfecto quia ve-
ritatē pro pecunia negāt. deū pecunia ven
dūt ⁊c. Symoniaci sunt mali mercatores
qui vendunt sacramēta. ⁊ dona spūssancti
pro pecunia. Et hoc dñs hic eijciēdo figu
rauit ſm Origenē. xvi. q. vj. Et hec dixi-
mus. vbi dicit. Hoc verbū euangelij pue
nit illis qui tradunt ecclesias auaris ⁊ tyrā
nis indisciplinatis ⁊ irreligiosis epis ⁊ psl-
byteris. quod cōmunit fit p symoniā. Istis
dicit illud Actuū. viij. a beato petro. Pe-
cunia tua tecum sit in perditionē. Istud est
grauissimū peccatū ⁊ crimen. ita q omnia
crimina in cōparatione sui pro nihilo repu-
tantur. vt dicit. j. q. j. Eos. ⁊ ca. vlt. Sciē-
dum q symoniacus electus ad dignitateʒ
ecclesiasticam est nociuus tribus. scilʒ ele-
ctoribus. ecclesie. et deo. Electorib9. quia est
materia peccati. q contra deum delinquūt
et deum ⁊ legē ei9 transgrediunt in q h phi
betur. Scdo nocet ecclesie. quia ipam de-
cipit. eo q talis fingens se habere executio
nem ordinis. qua caret in suo officio admi
nistrat. cū tñ nihil faciat. vt de symonia. ac
cusatum. Unde dicit Thomas. ij. ij. q. c. ar
ti. vi. Quod episcopus symoniacus ꝓpter pro-
motionem suam si confert ordinem. tam ca
ret ordinatus executione ⁊ indiget dispen
satione. quia sic ille episcopus suspensus ē.
⁊ quo ad se ⁊ q ad alios. Tertio nocet deo.
quia in modum iude recedens ab eo tradi
dit eum in manus peccatorum. de quib9 cō-
queritur dominus Ozee. vij. Ue eis quoni
am recesserunt a me. de pe. dist. iiij. ca. Ue-
rū. Et Isaye. xxxiij. Ue qui predaris. non
ne ⁊ ipe predaberis. scilicet finaliter. Ter-
tij vendentes et ementes spirituales sunt
hypocrite. De quibus dicitur Apocalips.
xviij. c. Mercatores stabunt a longe. Isti

sunt falsi mercatores. quia fingũt se esse in
ecclesia columbas simplices. ꝛ sunt lupi ra
paces Math. vij. Uendunt autem isti pri
mo falsum aurũ. quia ostendunt in se diui/
nam sapientiã. ꝛ habent diaboli astutiam.
Uendunt etiam eloquentie argentũ. quia
ad hoc blandiuntur ꝛ loquunt̃ blande vt
hic sancti videantur. Uendunt lapides p̃
ciosos. i. eminentiã sancte conuersationis.
vt boni ꝛ virtuosi in publico videant̃. Uẽ
dunt margaritas. i. candorẽ sanctitatꝫ. byssum
sum iustificationeꝫ. purpurã martyrij amo
rem. Apparent em̃ multum appetere marty
rium pro christo. vendunt etiam sericũ vir
ginitatis castitatem ostendentes. Coccuꝫ
caritatem ad deum ꝛ proximum. lignũ cipri.
id est constantiã indeficientẽ. qꝛ tale lignũ
est imputribile. Ebur castimonie. q̃a appa/
rent casti. sed in occulto luxuriosi. Es lon
ganimitatis. Ferrum patientie. Marmor
inuicte humilitatis. Cinamomũ palloreꝫ
penitentie. Amomũ opinionis ꝛ fame re/
dolentiã. Ornam̃ta. i. dona spũssctĩ. Mer
ces thuris. i. deuotõis. Uinũ ꝯpunctiõis.
oleum pietatis cõpassionis. merces siligi/
nis puritatis consciẽtie ꝛ tritici. i. infirmi/
tatẽ. frumẽtoꝝ. i. laboꝝ spũalium ꝛ ouium
scꝫ simplicitatẽ innocẽtie. ꝛ equoꝝ. i. forti/
tudinis strennuitatẽ. ꝛ redarum. i. auxilij ꝛ
consilij supportãdo onera infirmoꝝ. manci
pioꝝ. i. mutui seruicij ꝛ animarũ hoĩm. id ẽ
rõnabilitatꝫ. qꝛ oĩa dicũt facere cũ plẽa ra
tione. ꝛ poma. i. odorẽ bone fame. ꝛ omnia
pinguia. i. oẽs deuotiones. Isti mercato/
res ꝛ si hic nõ eijciunt̃. qꝛ nõ discernũt̃ in ec
clesia militanti. tñ finalit̃ eijcient̃ de tẽplo
celesti. Iuxta illud Zacha. vlti. Nõ erit vl
tra negociator. Dicet em̃ dñs demonib⁹
illud Iohis. ij. Auferte ista hinc. i. a cõsor/
cio meo ꝛ beatoꝝ. ꝛ mittite in tenebras ex/
teriores. vbi erit fletus ꝛ stridor dentiũ.

Dñica. XI. post trinitatis. I.

Sermo CIIII.

Wo hoĩes ascen
derũt in templum vt orarẽt. Lu
ce. xviij. Om̃ vt ait btũs Bern̄.
super cantica. Nihil ita efficax est homini
ad gratiã promerendam recipiendãq; ꝛ con/
seruandã q̃; si homo omni tempore inue/
niat̃ nõ alta sape sꝫ timere. Nec immerito.
Quis em̃ ita secur⁹ est de grã acq̃sita q̃ nõ
trepidet ꝛ timeat de ipius amissiõe. Cũ di
cat aplus. Qui se existimat stare videat ne
cadat. Sicut aũt nullus d̃bet esse ita secu
rus de adeptis virtutib⁹ qui eas possit a/
mittere. ita null⁹ debet de ꝯseq̃nda venia
pctõrum desperare q̃n eam possit promereri.
Iuxta illd. Quacũq; hora ingemuerit pec
cator. omniũ iniquitatũ eius non recorda
bor. Ezech. xviij. Quisquis ergo in culmi/
ne virtutũ se stare credit. timeat ne cadat p
supbiã. ꝛ ecõuerso. Quisquis in profundo
peccatoꝝ se iacere cõspicit. speret q̃a p hu/
militatẽ resurget. Ista em̃ sunt occulta iu/
dicia dei abyssus mlta. que considerare ho
mini multũ est vtile. eo q᷑ talis considera/
tio hominẽ ꝛ a tũore supbie reprimit ꝛ ad
confidentiã erigit. Uñ Grego. omel. xviij.
super Ezech. Sepe sanctoꝝ cogitatõib⁹
ipa que hñt bona blandiunt̃ vt eoꝝ mẽtes
in aliqua fiducia sui eleuẽt. sed protin⁹ ad di
occulta iudicia recurrũt quõ alij ex virtu/
tibus ad infernũ p elationeꝫ corruunt. alij
ex vicijs correpti ad celũ p humilitatẽ leuã
tur. Uñ nos ad humilitatẽ reuocans propheta
ta terret ꝛ ammonet dicẽs. Uenite ꝛ vide
te opa dei. q̃; terribilis est in cõsilijs sup fi
lios hominũ. Quis eniꝫ considerare vale
at quantus sup nos terror sit consilioꝝ dei
quãdo ꝛ alter ex virtutib⁹ in finem tendit
ad vicia. ꝛ alter ex vicijs in virtutib⁹ cõclu
dit finem. Uñ Salomon ait. Est via q̃ vi
detur hominibus recta. ꝛ nouissimũ ei⁹ du
cit ad infernuꝫ. Prouer. xiiij. Hec itaq; oc
culti iudicij pfunda cogitare quid est aliũ
q̃; alas deponere. i. de nulla virtute confi
dere. sed sub magno timore trepidare. Hec
ille. Ista duo bñ patuerũt in his duobus
hominibus quoꝝ mentio est in pñti euan/
gelio. Quoꝝ vnus ex virtutib⁹ p elationẽ
deprauat⁹ finaliter corruit ad vicia et de/
mũ ad supplicia. Alter vero ex vicijs p hu/
militatẽ sublimatus ad virtutes peruenit
ad p̃mia. Quoꝝ vita in verbis propositꝫ bre
uiter describitur. Cuꝫ dicit̃. Duo homies
ascenderũt in templũ. vt dicitur in euãge/
lio presenti. In illo tempore. Dixit Ie/
sus ad quosdã qui in se confidebãt tãq; iu/
sti ꝛ aspernabant̃ ceteros ꝛc̃. In quib⁹ ver
bis circa statum humane conditionis de/
scribitur primo humanoꝝ actuum diuersi
tas. Cum dicit̃. Duo homies. Scd̃o sub/
ditur bonoꝝ et malorũ operandi exterior

equalitas. Cum dicit᷑. ascenderũt in tẽplũ. Tertio subdit᷑ intentionis finalis vtilitas quia vt orarent. A

Dixi primo q̄ i verbis premissis describitur primo humanoꝝ actuũ diuersitas. Cuꝫ dicit᷑ Duo hoĩes. Pro quo sciendũ q̄ in vita presenti duo sunt genera hoĩm. ꝭm Aug. in li. de ciuitate dei. scꝫ ciues babylonis. i. vicioꝝ ⁊ inferni. ⁊ ciues hierl̄m. i. virtutũ et paradisi. Primi semꝑ supꝑba loquunt᷑. supꝑba agunt. supꝑba cogitant. ⁊ ecõuerso. Secundi oĩa ista humilit᷑ exercẽt. Primi ꝑ supꝑbiã oĩa bona ꝓus acta destruũt. Scđi ꝑ humilitatẽ oĩa mala ꝓus ꝑpetrata redimũt. Primi apđ hoĩes apparent esse qđ fuerũt. et tñ in dei oculis ceciderũt. Scđi humano iudicio adhuc apparẽt esse qđ fuerũt. ⁊ tamẽ in oculis dei surrexerũt. De quibꝫ loquẽs Isidorus li. ij. de summo bono. c. vij. dicit Nõ q̄dam sunt q̄ iam secrete ꝯuersi sunt. q̄ꝝ cõuersio q̄a nõ ꝓcedit ad publicũ apđ estimationẽ humanã. quales fuerunt tales adhuc esse putant᷑. iaꝫ tñ in oculis dei surrexerunt. multi reprobi apud hoĩes sunt ⁊ apđ deum electi. Atq̄ꝫ item. i. iterum apud homines multi electi putant᷑. ⁊ apud deũ reprobi existuut. Salomone dicẽte. Vidi iniquit impios sepultos q̄ etiã cũ adhuc viuerent in loco sancto erãt. ⁊ laudabant᷑ in ciuitate q̄si iustoꝝ opeꝝ. ꝓpter qđ ammonet idem di. Nullus igit᷑ putet se electũ. ne forte apud deũ sit reprobꝫ. Hec ille. Ista aduertens btũs Augꝰ. in li. Soliloquioꝝ. c. xxix. exclamãdo ⁊ admirãdo diuina ꝯsilia atq̄ꝫ iudicia dicit in hec ꝟba. Magna sũt hec iudicia tua dñe deus iudex iuste ⁊ fortis q̄ iudicas equitatẽ. ⁊ inscrutabilia atq̄ꝫ ꝓfunda. que cuꝫ ꝯsidero cõtremiscũt om̄ia ossa mea. ⁊ post pauca. Vidimꝰ dñe mltos ⁊ audiuimus a patribꝫ nr̄is. qđ vtiq̄ꝫ sine magno timore non recolo. sine magno tremore nõ ꝯfiteor. Ascẽdisse quidem ꝓmitꝰ vsq̄ꝫ ad celos. ⁊ inter sidera nidum suũ collocasse. postmodũ aũt cecidisse vsq̄ꝫ ad abyssos ⁊ aĩas eoꝝ in malis obstupuisse. vidimus stellas cecidisse de celo ab impetu ferientis caude draconis ⁊ eos qui iacebãt inter puluerem a facie subleuantis manus tue mirabiliter ascẽdisse. Vidimus viuos morientes ⁊ mortuos a mortuis resurgentes. ⁊ eos qui inter filios dei ambulabant in medio lapidum ignitoꝝ quasi nihilum defluxisse. vidimus lucem cõtenebrasse et de tenebris lucem ꝓcessisse. quia publicani et pctõres ⁊ meretrices p̄cedent incolas in regnũ celoꝝ. filij aũt regni huiꝰ eijcientur in tenebras exteriores. Quare aũt oĩa ista illi in mortẽ descendũt. isti autẽ ascendunt ad vitam in quã ascendit angelꝰ ⁊ de qua descendit diabolus. nisi q̄a quos p̄destinasti ipos ⁊ vocasti ⁊ mũdasti. Hec ille. Ex q̄bus omnibꝫ patet diuersam esse viã actionum humanarũ in merendo. Nam quidã incipiũt mereri. sed ante finẽ deficiũt. Alij vero icipiũt ⁊ ꝑficiũt. Ex quo ꝯcludit Isidorus li. ij. de summo bono ca. vi. duplicẽ esse p̄destinationẽ scꝫ electoꝝ ad requiem. ⁊ reproboꝝ ad mortẽ. Vtraq̄ꝫ aũt diuino agit᷑ iudicio vt semꝑ electos supꝑna ⁊ interiora ꝯsequi faciat. reprobos vero semꝑ vt infima ⁊ exteriora delectent deserendo ꝑmittat. Et post pauca describens istã diuersitatem dicit. Mira dispositio est supꝑne distributionis ꝑ quã hic iustus amplius iustificat᷑. impius amplius sordidat᷑. malus ad bonum aliq̄ñ conuertitur. bonus ad malũ aliquãdo reflectitur. Vult quis esse bonꝰ ⁊ nõ valet. vult alter esse malus ⁊ nõ ꝑmittitur. Introire datur ei qui vult esse bonꝰ. alius nec vult esse nec ei datur vt sit bonꝰ. Iste nascitur in errore ⁊ moritur. Ille ĩ bono quo cepit vsq̄ꝫ in finẽ perdurat. Tãdiu iste stat quousq̄ꝫ cadat. ille diu male viuendo ĩ fine saluatur repenteq̄ꝫ ꝯuertit᷑. Vult prodesse in bono iustus nec preualet. vult nocere malus ⁊ nõ valet. Iste vult deo vacare ⁊ seculo impedit᷑. ille negocijs implicari cupit nec proficit. Dominat᷑ malus bono. bonus damnatur pro impio. impiꝰ honoratur pro iusto. Hec Isidorꝰ. Ista bene patuerunt in istis duobꝫ hominibꝫ. s. pharisco ⁊ publicano. Quoꝝ ꝓmus scꝫ pharíseus tamdiu stabat ĩ bono quousq̄ꝫ cecidit publicanus vero licet in malo ꝓus stabat tamẽ tamdiu stetit quousq̄ꝫ surrexit ⁊ in finem ꝑdurauit. Sic iudas ceperat quideꝫ hominibus apparere iustus. ⁊ tamdiu stetit q̄usq̄ꝫ ꝑ diabolũ deceptꝰ cecidit. Magdalena vero hominibꝫ apparebat peccatrix et tamdiu stetit in errore quousq̄ꝫ ꝑ gratiã visitata ad bonũ resurrexit ⁊ ꝑdurauit. Ex quibus colliguntur duo esse genera hominuꝫ in ecclesia militanti. Quorum vnũ est

qui et si agūt aliqua de genere bonoꝝ. fina
liter tamen damnant̃. De quibꝰ dic̄ Bern̄.
super Cantica sermõe. xxiij. Est locꝰ apud
deum de q̄ super rationalem reprobā qui-
dem creaturā imobilis vigilat secretissima
⁊ seuerissima animaduersio iusti iudicꝫ dei
terribilis in ꝯsilijs super filios hoīm. vide
tur inquit a timorato contemplatore h̄ lo-
co deus iusto sed occulto iudicio suo repro
boꝝ. nec diluens mala nec acceptans bõa
Insuper ⁊ corda indurans. ne forte doleāt
et resipiscant ⁊ conuertant̃ ⁊ sanet eos. Et
hoc non absq̄ certa ⁊ eterna ratõe. Quod
tanto formidolosius constat esse quāto im
mobilius fixum extat in eternitate. Pauē-
dum est valde quod in ꝓpheta de huiusmo
di legimus. vbi loquens deus ad angelos
sic ait. Misereamur impio. quibꝰ pauētibꝰ
atq̄ q̄rentibꝰ nõ discet facere iusticiā non
inquit. subdens causam. in terra inquit scõ
rū iniqua gessit. non videbit gloriā domi-
ni. Hec ille. B Scdm genus hoīm ē
qui ⁊ si agunt tales aliqua mala. tamē fina
liter saluabunt̃. De quibꝰ idem Bern̄. vbi
supra dicit. Astat ꝓpositum ⁊ distat senten-
tia pacis super timentes. ipsorum ⁊ dissimu
lans mala ⁊ remunerās bona. vt miro mo
do eis nõ bona sed ⁊ mala cooperantur in
bonum. Et per hoc idem inducit illud. j.
Johis. iij. Omnis qui natus est ex deo nõ
peccat. quia generatio celestis. i. eterna pre
destinatio custodit eum. non q̄ tales nūq̄
peccassent. Juxta illud. Beatus vir cui nõ
imputauit dominus pctm̄. Hos ergo dic̄
quasi nunq̄ peccasse. q̄niam ⁊ siqua deliq̄s
se videnť in tempore. nõ tn̄ apparent ī eter-
nitate. quia patris eorum caritas opit mł-
titudinem peccatoꝝ. Hos dicit Ps̄. btõs
quorum remisse sunt iniquitates. ⁊ quoruꝫ
tecta sunt peccata. Ex quo accipi potest q̄
electi ⁊ si q̄nq̄ exorbitant. correcti tn̄ emē-
dantur. Et q̄dam eorū etiā si ab hominibꝰ
corripiuntur in viam quā reliq̄rant redeūt
vt dicit Aug. in li. de correpti. ⁊ grā. de pe
dist. ij. Quicunq̄. Ex quo dicit Augꝰ. ibi-
dem. q̄ in talibus stat immobile ⁊ firmum
fundamentū dei habens signaculum hoc.
Scit deus qui sunt eius. Et horū fides q̄
per dilectionem operať ꝑfecto aut oīno nõ
deficit. aut si q̄ sunt quorū fides deficit. re-
parant̃ anteq̄ vita finiať ista. ⁊ deleta iniq̄
tate q̄ intercurrerat vsq̄ in finem ꝑseuerā-
tie deputant̃. Patet itaq̄ ſm Aug. q̄ nul
lus p̄destinatoꝝ ex bono in malū cõmuta
tus finit hanc vitam. Sicut patꝫ de Pau
lo Petro ⁊ Magdalena ⁊ publicano. imo
ſm Aug. etiam hoc ip̄m q̄ deuiant ⁊ exor-
bitant. scꝫ peccādo mortalit̃. vt dr̄ ad Ro
ma. viij. Deus faciet eis ꝑficere in bonum.
qd̄ intellige occasionaliter. quia fortiores
resurgunt. vt dr̄. xiij. dist. Nerui. in fine. et
dist. l. Cõsiderādū est. ⁊. c. Fidelior. Istud
patꝫ de petro. de q̄ dicit Ambro. in omel.
Fidelior factꝰ est petrus postq̄ fidem se ꝑ-
didisse defleuit. atq̄ ideo maiorē gratiam
reperit q̄ amisit. Qd̄ exponit Archidiac̄. l.
di. Fidelior. i. in fide firmior. ⁊ maiorē graꝫ
reperit. i. digniorē virtutem. Cooperāť er
go eis etiā mala in bonū. Vn̄ dr̄ Rom̄. viij
q̄ occasionaliter faciunt eos ꝑficere vt ha
beant verum bonum. vł illa deuiatio ⁊ ex
orbitatio. i. pena quā subeūt pro deuiatõe
facit eos ꝑficere. q̄ cū affligunt̃ pena se re-
cognoscētes humiliant̃. i. humiliores fiūt.
Ex quo concludit glosa in dicto ca. Qui-
cunq̄. ⁊ can̄. Firmum. tamen alibi habent̃
pro vno. q̄ predestinatos etiā dum sūt ma
li scit eos. i. amat ⁊ defendit deus. Et per
hoc q̄ eos defendit apparet hostibus ⁊ ini
micis q̄ ipi sunt signaculū dei. Habēt em̄
predestinati etiam dum sunt mali quendā
caracterem q̄ distinguunt̃ a dānandis. vn
de ex tribu Juda. xij. milia signati. Iste au
tem caracter est signum amicis ⁊ inimicis.
Amicis vt accedant. inimicis vt territi fu
giant. Quia igiť ista nobis incerta sunt et
dubia. q̄s scꝫ sit p̄destinatꝰ ad vitā. q̄s pre
scitus ad damnationē. Ideo non restat no
bis nisi tremendum et trepidandum in cõ
spectu dei. Nam tota salus nostra in dō est
Unde sicut nullus potest deo deserēte pe-
nitere. ita nullus potest peccata sua cogita
re ⁊ videre ⁊ plangere vnde ceciderit nisi
deo respiciente. ⁊ vtrūq̄ fit iusto dei iudi-
cio. Nam vt dicit Isidorus li. ij. de sūmo
bono cap̄. xv. Quidam reproboꝝ in pote-
state demonum relinquuntur occulto dei
iudicio ⁊ iustissimo. Et quidam electoruꝫ
dimittunt̃ diuina iusticia incidere in erro-
rem peccati. sed tamen miseratione eius re
ducti denuo conuertuntur. Sicut patuit
de istis duobus. scꝫ phariseo ⁊ publicano.
per quos duo significātur duo genera ho
minum.

E

Dixi secundo ꝙ in verbis premissis tan
gitur bonorum ⁊ malorum exterior operā
di equalitas. Cum dicitur. Ascenderūt in
templum. Scd̄m enim Augustinū. tā ma/
li q̄ȝ boni equaliter ecclesiam visitant. equa
liter sacramenta exterius sacramentalit᷑ su
munt. equaliter exterius occurrunt. equa/
liter verbum audiunt. sed non equaliter ex
his interius proficiunt. Quantū ergo ad/
hoc isti duo. scilicet phariseus ⁊ publican⁹
fuerunt equales. quia equaliter in templū
ascenderunt. Circa quod sciendum
est de duplici ascensu cuilibet homī neces/
sario ⁊ vtili ad salutē. Nā ascendere dȝ ho
mo corpaliter in templuȝ materiale ad orā
dum. ꝭm hystoriam euāgelij. Et sic ascen/
dere debȝ homo mentaliter ad templū mē
tale ad contemplandum ꝭm allegoriā my/
sterij. De primo ascensu dicit euangelium
ꝙ duo homines ascenderunt in templum.
Sic Petrus ⁊ Johannes ascenderunt in
templuȝ. Et quia heretici. hussite. ⁊ vickle/
phiste nituntur templum dei reprobare as
serentes non esse orandum in templo. sȝ in
omni loco. Ideo contra istum errorem ali
qua videamus. Primo igitur dicunt pro
sua opinione ⁊ erroris sui fundamento esse
illud Johannis. iiij. cap. Veit temp⁹ quā/
do nec in h̄ monte neq̄ȝ hierosolymis ado/
rabitur dominus deus ⁊c̄. quia spirit⁹ est.
et eos qui adorant. in spiritu ⁊ ꝟitate ado
rare oportet. Item Actuum. vij. dicit᷑. De
us non inhabitat in tēplo manu facto. Itē
Matthei. vj. ca. Tu autem cum oraueris
intra cubiculum tuum ⁊c̄. ergo vt dicunt
sufficit camera. non est necessaria ecclesia.
Ad quod respondeo ꝙ nō edificam⁹ eccle
sias. vt ibi deus localiter contineat᷑. sed vt
decentius colatur ⁊ adoretur. Or autem si
bi hoc placeat. patet per illud quod dixit.
Domus mea domus orationis vocabitur
Matthei. xxj. Luce. xix. ⁊ Johānis. ij. Or
ergo christus dixit. veri adoratores adora
bunt patrem in spiritu. quo ad hoc loquit᷑.
vt reprobet superstitionē gentilitatȝ. q̄ cre/
debant deum localiter ibi sicut quoddam
idolum contineri. ⁊ non alibi. quod tamen
nullus christianoruȝ hodie concipit. Per
hoc tamen nō reprobat fieri ecclesias ⁊ tē/
pla matialia. q̄a n̄ dic̄. veit tp̄s q̄n destruē/
tur ecclesie. sed dicit. quādo nec hic scilicet
apud samaritanos. nec in hierosolymis. s.
tantū. sed etiam apud gentiles conuerten/
das per nomē tuū. adorabunt patrē in spi/
ritu. i. spiritualiter de deo fide credētes. ꝙ
autem dicit de cubiculo. intellige de cubi/
culo mentis quantū ad eius quieteȝ. Qd̄
pȝ eo. quia alias q̄ nō haberet cubiculum
nō diceret᷑ orare ad litteram cū nō h̄ret qd̄
clauderet. Vn̄ ⁊ apl̄i legunt᷑ habuisse eccle
sias ⁊ in eis orasse. Et xp̄s freq̄nter ⁊ oras/
se ⁊ p̄dicasse legit᷑ in templo. vt ħ Math.
xxj. ⁊ Luce. xix. Erat q̄tidie docēs ī tēplo
Et Luce vltimo ħ. ꝙ apl̄i erant in tēplo
laudātes. Et apl̄s. j. Cor. xj. dicit contra
dehonestātes ecclesiam. aut ecclesiam cō/
temnitis. Item Petrus ⁊ Johannes ascē/
derunt in templū. Actuum. iij. Item Act.
ix. Ingressus paulus in templum predica/
bat. Quantum aūt sit vtile ⁊ meritoriū ora
re in ecclesia materiali. patet ex pluribꝫ. di/
cit em̄ Ps̄. In ecclesijs bn̄dicite domīo Et
alibi. Laudate dominū in aula sancta ei⁹.
Prima igit᷑ ratio est quare in ecclesia ē orā
dum. quia ibi oratio ex peregrinatione est
laboriosior. Et cum om̄e meritoriuȝ debȝ
esse penale. sequit᷑ ꝙ taliter laborans maxi
me meretur. Scd̄o q̄a ibi opus ex obediē/
tia est acceptius deo. ⁊ p ɔsequens in merē
do est amplius. Tertio quia in domo plus
elongata ab opere ⁊ sollicitudine seruili. ē
animus purgat⁹ deuotior. Quarto ad pla
candum ⁊ hortandum. Hortans recipere
ex concursu fidelium sese iuuantium quili/
bet est aptior. Quinto quia ex sanctificati/
one templi aliquid sanctitatis remanet in
domibus materialibꝫ. Vnde exercit⁹ dia
boli ad temptādū orātes est debilior. Dia
boli em̄ vbi superant᷑ locuȝ fugiūt. Sexto
quia talis modus visitādi domū dei ⁊ ora
tionis est sensus anagogia figuratior Cuȝ
ecclesia materialis significat tropologice
mentem mundam. Anagogice celestē hie/
rusalem. Et deambulatio ad ecclesiā signi
ficat presentis vite pegrinationem. fideles
aūt limīa sctōꝝ visitādo ɔsiderāt cuȝ aplo
heb. xiij. ꝙ n̄ hn̄t h̄ manētē citatē. ⁊ ꝙ dies
peregrinationis post lapsum limitati sunt
vt in sudore vescantur pane suo in penam
peccati Genesis. iij. c. Et sic significatur ꝙ
homo ad laborem nascitur. Job quinto. c.
Et ꝙ militia est vita hominis super terrā.
Job. vij. capitulo. Potest tam̄ esse efficaci/

oꝛ ratio ad ħ. qꝛ post lapsum peccati opoꝛ-
tet ad ratione͂ op͂is meritoꝛij q͂ sit laboꝛio
sum vel penale vltra statuȝ innoce͂tie. quia
dicit Linconieñ. Opoꝛtet offendenteȝ vl
tra a͂tiquū debitū ad hoc vt satisfaciat ero
gare. i. addere aliquid. Ideo no͂ supest qͦ
vltra statū innoce͂tie superogemus nisi pe
nalitas. Optet ergo q͂ oꝛatio placida deo
sit. cū pena ieiunij vel laboꝛis aut elemosy
ne. qͦ xp̄s Math. v. videt̃ dicere. Si dili
gitis eos qui diligunt vos qua͂ mercedem
habebitis. Nõne publicani hoc faciūt. q͂si
di. Opoꝛtet lapsos ad ratione͂ op͂is meri-
toꝛij supaddere aliquid superogabilis ĩ ra
tione difficultatis ꝛ penalitatꝫ publicano
rū ꝛ gentiliū ad ratione͂ cõmodi tp͂al. Un-
de Actuū. xiiij. Per multas tribulationes
opoꝛtet vos intrare in regnum celoꝝ. Et
hac puto ratione deus in veteri testame͂to
vnicum solum templum hierosolymis fie-
ri pꝛecepit. Ad illud omnes iudei de lo͂gin
quissimis partibus peregrinari debebant
ter in anno sub ratione pꝛecepti. Unde no͂
licuit alibi pasca celebꝛare nec offerre pꝛo
peccato nisi ibidem. Sexta ratio est. qꝛ de
uota oꝛatio ꝓximi assistentis exe͂plificat et
excitat aliunde desides ad oꝛa͂dū. Math.
v. Sic luceat lux vestra. vnde ex ista causa
alterna͂t clerici nūc cū nota. nūc cū musicꝫ
instrumentis. nunc sine talibꝫ. vt ex oꝛõnis
alternatione fiat laicis ꝛ clericis oꝛõ sapi-
dioꝛ. Et vt hec vtiliter fiere͂t. expediret ta
lia facere cū magna dilige͂tia. ꝛ attentione
et deuotione qua potest fieri maioꝛi. ne fru
ctus oꝛõnis tam in ip̄is q͂ȝ in laicis frustra
retur ex dissolutõne cantus. Unñ. ij. Esdre
vel Neemie. viij. dicit̃. Qꝛ Esdras legit in
libꝛo legis dei distincte ꝛ aperte. scȝ ad ĩtel
ligendū. D Postq͂ȝ aūt vt dictuȝ est p-
suasum est fidelibꝫ templum materiale con
gruum foꝛe locū laudis diuine. Restat bꝛe
uiter videre de ascensu ad templū p̄dictuȝ
Ascendendū est igit̃ ad illud quattuoꝛ gra
dibus. q͂uis octo gradibus ascendebatur
ad templū hierosolymitanū. Nos tñ quat
tuoꝛ ponam⁹ geminando que͂libet ad du-
os. Primus gradus est lectio. sc͂d͂s medita
tio. tertius oꝛatio. q͂rtus ꝯte͂platio. Hec e͂
aūt scala fideliū qua de terra ad celū eleua͂
tur. s͂m Bern͂. in li. de quattuoꝛ gradibꝫ spi
ritualibꝫ. Lectio fit in pꝛedicatione. cū scri
ptura aperitur nobis vel per nos vel p ali

os. Meditatio cum studiosa mente occul
te veritatis noticia͂ per ratione͂ ĩuestigam⁹
Oratio vero est deuota coꝛdis intentio. et
pꝛo bonis adipiscendis ꝛ malis amouen-
dis supplicatio. Conte͂platio est mentis in
deum suspe͂se supꝛa se queda͂ eleuatio eter-
ne beatitudis gaudia degustando. Lectio
ergo querit. meditatio inuenit. oꝛatio po-
stulat. contemplatio degustat. Uñ querite
legendo. ꝛ inuenietis meditando. pulsate
oꝛando. ꝛ aperietur vobis contemplando
Spūaliter aūt loquendo debemus ascen
dere tripliciter. Primo a statu culpe ad pe
nitentia͂. sc͂d͂o a pn͂ia ad iusticia͂. tertio a iu-
sticia ad ꝯtemplationis eminentia͂. De pri
mo ascensu dicit̃. ij. Regū. xv. Dauid ascen
debat cliuum oliuarū flens ꝛ operto capi-
te ꝛ nudis pedibus incede͂s. Per qͦ signi-
ficatur ascensus pctõꝛis ad sinū diuine iu-
sticie. misericoꝛdie ꝛ pietatis per eius con-
sideratione͂ q͂ fleuit per contritione͂. ꝛ op̄to
capite p exterioꝛe͂ ꝯfusione͂. nudat pedes. i.
reuelat affect⁹ suos ꝛ desideria p ꝯfessione͂
Ita ascendit sanct⁹ iste publicanus q͂ cõsi-
derata pietate diuı͂e misericoꝛdie. dixit. de
us ꝓpicius esto mihi peccatoꝛi. Bene mun
dauit pedes affectuū qui se dixit peccato-
re͂. operto aūt capite. qꝛ post ꝯfessione͂ non
audebat oculos in celuȝ leuare. Et signifi
cat statū incipientiū quoꝝ est erubescere p
peccatis. De sc͂d͂o ascensu dꝛ Isaye. lvij. c.
Sup monte͂ excelsum ꝛ sublimem posuisti
cubile tuū. i. ꝓpositū tuū in op͂ibꝫ iusticie. et
illuc ascendisti vt imolares victimas. vin-
cendo auaricia͂ p largitate͂. supbiam p hūi-
litatem. ꝯcupiam p castitate͂ ꝛ sobꝛietatem
Iste est asce͂sus ꝓficientiū quoꝝ est intende
re op͂ibus iusticie satisfacie͂tis. De t͂tio asce͂
su dicit̃ Cant. viij. Que est ista que asce͂dit
de deserto. qꝛ verus contemplatiuus dese-
rit mundū ꝛ seip̄m. delicijs affluens. p pre-
libatione͂ gaudioꝝ internoꝝ ꝛ eternoꝝ
innixa sup dilectū suū. qꝛ nihil inter ipsum
ꝛ xp̄m. nihil appetit p̄ter xp̄ȝ. Asce͂de igit̃ a
delicijs ad castitate͂. a diuitijs ad caritate͂.
ab honoꝛibus et excellentijs ad humilita-
tem. Et sic ascenditur a statu culpe ad pe-
nitentiam. De ascensu a delicijs ad castita-
tem habetur figura Actuum. viij. Asce͂de-
bat eunuchus. p quem figuratur vir iustus
et cõtine͂s ꝛ fluxa cõcupisce͂tiarū in se exti-
guens. Unͦ Hieremie. iiij. c. dꝛ. Ecce q͂li

nubes ascendet. quia castitas est refrigeriū
et vmbraculum temptationum. De ascēsu
a diuitijs ad caritatē habet figura Judicū
xiij. Ascendit flamma altaris in celū. ꝛ an
gelus domini pariter in flamma ascendit.
Quod fit quando cor inflammatur ꝑ amo
rem. tunc enim ascendit per caritatem. De
ascensu ab honoribus ad humilitatem ha
bet figura Jsa. liij. Ascendet sicut radix de
terra sitiēti. Radix que terra tegitur signi-
ficat humilitatē. qm̄ se semꝑ occultat ꝛ abie
ctam ꝛ vilem reputat. ꝛ tm̄ arborem susten-
tat ꝛ ramos viuificat. Jlle etiā qui ascen-
dit a penitentia ad iusticiam debet ascēde
re ad tria. Primo in cor suum. vt recogitet
peccata Genes. ij. Fons ascendebat e terra
irrigans vniuersam suꝑficiē terre. qꝛ ex re-
cogitatione peccatoꝝ sequitur effusio lacri-
marū. Scdo debet ascendere in deum vt
recogitet eius mandata. Jsaye. ij. Ascēda-
mus in mōtē dñi. Et sequitur. Docebit nos
vias suas. id est mādata. Tertio debꝫ ascē
dere in proximū vt omnia inter ipm ꝛ illū
sint pacifica. Apocalip. vij. Vidi alterum
angelū ascendentē ab ortu solis. habentē
signū dei viui. Alter angelus est pacificus
xpianus. qꝛ angelus nunꝗ irascitur. qui ha-
bet signum dei. id est signū crucis ꝛ recon-
ciliationis fraterne. qꝛ per crucē nos recō-
ciliauit. Sic ꝛ nos debem⁹ fratrib⁹ recon
ciliari. Luce. vi. Vade pri⁹ recōciliari ꝛc.
Jlle etiā qui ascendit a iusticia ad ꝯtēplati
onis eminētiā dꝫ ascēdere ad tria. Primo
debet ascendere ad ꝯtemplandū pr̄is potē-
tē. Hieremie. xlix. Ascendet quasi aquila
ꝛ volabit. Aquila significat contemplantē
qui ꝑpter visum limpidiorem ꝛ volatū alti
orem debet considerare diuinā potestatē
in creaturis. oīa sua oꝑa referendo in deū
vt cognoscat suū defectū. Scdo debꝫ ascē
dere ad contemplandū filij veritatē. Exo.
xix. Ascendit in montē. vbi ꝓhibetur ꝓmiscu
um vulg⁹ ascēdere. Moyses significat vi-
rū a fluxu mūdi seꝑatū. Jnterꝑtatur enī assū-
ptus ex aquis. ad significandū ꝙ null⁹ ha
bet veritatē melius cognoscere nisi qui flu
xum mundi deserit. Tertio debet ascende-
re ad contēplandū spūsctī bonitatē. Can
ticoꝝ vltimo. Ascendam in palmā ꝛ appre
hendam fruct⁹ eius. Palma significat spi
ritum sctm̄ ꝑpter dulcedinē fructus donoꝝ
et gratiarum ipius. Eccl. xxiiij. Spūs me

us super mel dulcis Jsti ascensus sunt mul
tum vtiles. qa patris potestas cōsiderata i
ducit timorē. Filij veritas inducit dolorē.
Spūssancti bonitas inducit amorem. Et
tantū de secūdo. E

Dixi tertio ꝙ in verbis premis
sis subiungitur intē
tionis finalis vtilitas. cū dicitur. vt orarēt.
Ad hoc nanꝗ debet esse totum nostrū pro
positum ꝛ studium vt oremus pro defecti-
bus nostris deū amouēdis ꝛ donis suis lar
giēdis. Nec imerito. Dic enī Henricus de
vrmaria libro. ix. de ꝑfectione interioris ho
minis cap. j. ꝙ ad oratōis ꝑfectionē omni
um tendit structura virtutū. ꝛ ipe virtutes
absꝗ orōnis iugitate nō possunt comple-
ri. Circa qd ꝯsideranda sunt tria. Prio q̄-
lis debet esse orans. Secundo qualis de-
bet esse oratio ad formam verborum. Ter-
tio de mō orandi. Prio igitur dꝫ esse orās be
ne dispositus. scꝫ contritus ꝛ humilis. et h̄
nō solum in oratione. sed etiā ante orōnem
debet se homo disponere. Quia dicit Eu-
sebi⁹ Cesariensis. in quadā epistola. Vnus-
quisꝗ anteꝗ in orōne procūbat oēs co-
gitationes suꝑfluas ab animi sui intentio-
ne repellat. Et Jsido. li. ij. de summo bono
ca. vij. dicit. Purgādus est pri⁹ anim⁹ tem
poraliū rerū cogitatiōib⁹. vt pura acies cor
dis ad deū vere ꝛ simpliciter dirigatur Et
Henric⁹ li. ix. vbi supra. c. ij. dic. Quales i
orōne volum⁹ inueniri. tales nos oportet
ante tps orōnis ꝑparare. Ex ꝑcedenti enī
statu mens in supplicatione formatur. Et id-
circo qcq̄d volum⁹ vt nob orantib⁹ nō sur
repat. an orōnē de nr̄o pectore debemus il
lud euellere. Que sūt aūt remouēda an ora
tionē ondit idē ibid di. Primo sollicitudo
rerū tꝑaliū est penit⁹ abscindēda. Scdo vt
nulli⁹ negocij curā nec memoriā admitta-
mus. Tertio vt detractiōes ꝛ vaniloquia
ꝛ oēs scurrilitates sil' amputem⁹. Quarto
ire ꝛ tristicie ꝑturbatio funditus est eruen-
da. Quinto vt fomitē carnal' ꝯcupie a cor-
de nr̄o radicit⁹ euellam⁹. ꝛ ita q̄buslibꝫ vi-
cijs penitus abscissis iacienda sunt primū
ꝓfunde humilitatis incōcussa fundamēta.
Hec ille. De scdo scꝫ de forma ꝟboꝝ orati
onis sciendū. ꝙ orō nr̄a debꝫ eē ad silitudi
nē orōnis isti⁹ publicani ꝛ iuxta ꝯsiliū sal-
uatoris. Mat. vj. Orātes nolite mltū loq̄
ꝛ iuxta suasum apl'i dicē. Volo vos i eccīa

quin𝔮ꝫ verba loqui. Ista quin𝔮ꝫ verba sūt
verba publicani. scꝫ. deus ꝓpicius esto mi-
hi peccatori. Vñ Salomon dicit. ꝙ talis
breuis oratio penetrat celum. Sꝫ diceres
si sic. igitur nō est diutine orādū. sic hodie
dicunt heretici. qui omnibꝫ officiis diuis
⁊ ecclesiasticis dimissis. paucis vtunť ver-
bis ī missa ⁊ aliis hoꝝ. allegātes illď Mat
thei. vi. Orantes nolite multuꝫ loqui. Ad
qď respōdeť ꝙ xp̄s nō intendit prohibere
diuturnitatē orationis. Nā ip̄e solus erat
pernoctās in oratione. vt ďr Luce. vi. sed
per illa verba elidit quendā errorē gentili
um q̄ credebant orōnes vocales q̄nto pli-
xiores tanto esse meliores. Sic etiaꝫ puta
bant ⁊ pharisei. qꝛ sicut oblatio quanto est
maior. tāto est melior. Destruens igiť hūc
errorē xp̄s. ponit exemplū de vidua pauꝑ
cula. q̄ nō ex magnitudine oblationis. sed
intentionis cōmendata est Marcii. xii. ca.
Et Luce. xii. Videte ⁊ cauete ab omī aua
ricia. q. d. q̄a nō in abūdantia diuitiarū. sꝫ
virtutum consistit honor iustoꝝ. Nō ergo
xp̄s ꝓhibet simpliciter ꝓlixitatē orationis
sed eo modo q̄ ethnici faciunt et gentiles
Populus em̄ gentilis erat in errore q̄dru-
plici in hac parte. Primo enī arguebant si
oratio aliqualiť diuturna est bona. tūc ora
tio in duplo diuturnior est melior. Et sic ī
infinitū. Sed nesciūt quia virtus ꝯsistit ī
medio. ideo nō potest excedere mediū sibi
a ratione determinatū. Oratio ergo voca
lis de q̄nto excitat deuotionē interioꝛꝫ ho
minis orantis. tantū est vtilis. Si autē di
strahit tunc est nociua. Ita dicit tho. ii. ii.
q. ii. Scďo putabant isti ꝙ oratio vocalis
potest per se esse meritoria. sicut hodie pu-
tant fatui xp̄iani. Sed constat ꝙ oratio fa
cta indebite. scꝫ in mortali peccato vel sine
deuotione mentali est nociua. Vñ Aug. in
ep̄la. iiii. ad Probā viduā. q̄ fuit vxor adel
phi consulis. ꝙ xp̄s nō ꝓhibet diuturnum
affectū. cū ip̄emet in hmōi orōne pernocta
uit. Sed ꝓhibet multa loqui sup̄flua. Vñ
dicit Aug⁹. Absit ab oratione multa locu
tio. sed nō desit multa precatio si feruēs ꝑ-
seuerat intentio. Vñ patet ꝙ multa loqui
in orando est rem necessariā sup̄fluis agere
verbis. Multum enim orare est multum
eum quem precamur diuturna cordis in-
tentione pulsare. Nam plerū𝔮ꝫ hoc nego-
cium plus gemitibꝫ q̄ꝫ sermōibꝫ agiť. plus
fletu q̄ꝫ affatu. Et ex hoc vult Aug⁹. ꝙ so-
lum illa oratio est meritoria que ꝓcedit ex
diuturnitate affectus ďuotōis. lꝫ v̄ba sint
breuia vel interdū nulla. sicut patet ď moy
se Exodi. xvii. ⁊ xiiii. Et de anna. i. Regū
i. q̄ ambo quasi tacendo orabāt. ⁊ tū in cō
spectu dei dicebanť clamare. Tertio puta
uerunt isti gentiles sup̄stitiose adorātes ꝙ
dn̄s verbis cōpositis aut ꝑsuasiuis ⁊ colo
ratis potius moueretur q̄ꝫ aliis ad exaudien
dū vel ꝙ absens vocibꝫ altioribꝫ ꝓuocareť
vel quasi ignorans verborum ambagibus
doceatur. Cui opinioni illudit helyas. iii.
Regū. xviii. dicens gentilibꝫ ꝓphetiꝫ Baal
Clamate voce maiori. Deus em̄ vester est
et forsitan cū alio loquiť. aut in diuersorio
aut in itinere aut certe dormit vt excitetur.
Que verba loquiť ꝓpheta ꝫm eoꝝ falsā opi
nionem in eorū ꝑsona vt experiētia operis
error eorum destruatur. Vnď seq̄tur. Cla
mabant ergo voce magna. ⁊ incidebant se
iuxta ritum suum cultris et lanceolis do-
nec ꝑfunderenť sanguie. Et istū errorem re
citat Criso. sup̄ Mattheū omel. ii. Quar-
to errabant in hoc q̄a non credebant suffi-
cere vnā orationē ad omia imperrāda. Et
ideo multiplicabant orōnes ꝫm multipli-
cationē temporaliū orantes prolixe. Sed
xp̄s ꝑ oppositū dixit. Primū querite regnū
dei ⁊c. ⁊ omīa hec adiicieť vobis. Et ī ora
tione sua solū docet petere panem nostruꝫ
quotidianuꝫ ꝓ oībus tp̄alibus. Quo ꝗ ad
hanc ꝑfectionē forma verboꝝ orōnis isti⁹
publicani fuit multū cōmendabilis. qꝛ bre
uis in verbis et in sensu vtilis. q̄a petit re-
missionē peccatoꝝ. ¶ Quantum ergo
ad formam diuersoꝝ negocioꝝ pro quib⁹
formať et regulať nostra intentio est scien-
dum ꝙ ap̄lus ponit quattuor species sup̄-
plicationū. Prima est obsecratio que fit ꝓ
peccatis vel p̄teritis vel p̄sentibꝫ. per quaꝫ
venia postulatur. et pertinet ad incipiētes
Et hanc christus in se exemplificauit cum
orauit dicens. Pater si fieri potest trāseat
a me calix iste. Scďa est oratio in qua ali-
quid deo offerim⁹ vel vouem⁹. quod fit cū
quasi spreto mundo spondemus nos tota
intentione domino seruituros. Et ista re-
spicit illos qui iam sunt in profectu sp̄ua-
li ⁊ appetitu virtutū ⁊ q̄dā mētis sublimita
te. Et hāc xp̄s in se ostēdit Cum dicit. Pa
ter ego te clarificaui super terram. opus

consummaui quod dedisti mihi. Joh.xvij
Tertia est postulatio quam ꝓ caris nostris
vel pro pace totius mundi solem⁹ emitte-
re. Et ista respicit illos qui ꝑfecti existẽtes
in se ꝓ alijs intercedunt. Et hanc xp̃s etiã
in se ostendit cum dixit. Pater quos dedi-
sti mihi volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint me-
cũ. Quarta ẽ grãꝫactio quã pro beneficijs
diuinis vel etiã eternaliter ꝑparatis anĩa
deo ꝑ ineffabiles excessus refert. Et perti-
nent ista ad contemplatiuos. quã etiã xp̃s
habuit cum dixit Math.xj. Confiteor ti
bi pater domine celi ⁊ terre. i. grãs ago ti-
bi ꝺm Hieronymũ. Licꝫ aũt xp̃s istas spe
cies singulariter ⁊ seorsum ostendit. tñ pos
sunt omnes simul in vnã misceri ꝺm Hen
ricũ de vrimaria li.ix. de ꝑfectione interio-
ris hominis cap̃. viij. De tertio scꝫ de mo-
do orandi est sciendũ ꝙ modus orandi de
bet esse ordinat⁹ ⁊ regulatus tam in mente
q̃ꝫ in corpore. In mẽte quidẽ debet habere
octo ꝯditiones ꝺm Jsido. li. iij. de summo
bono ca. vij. Primo nãqꝫ debet esse oratio
cum gemitu ⁊ recordatõne ꝓrioꝝ defectu
um. sicut iste publicanus fecit percutiẽdo
pectus suũ ⁊ recognoscendo se peccatorẽ.
Ps. Rugiebam a gemitu cordis mei. Et
iteꝝ. Gemit⁹ me⁹ a te nõ est absconditus.
Et Jsaye. xxxviij. Recogitabo tibi om̃es
annos meos. Gemitus iste ex duobꝫ oritur
scꝫ vt ꝯsiderem⁹ q̃ꝫ grauia sũt peccata que
cõmisimus. ⁊ q̃ꝫ dira inferni supplicia que
timemus. Scd̃o ꝓpositũ abstinẽdi a pctĩs
cõmissis. Nam ꝺm Jsido. nihil ꝓficit ora-
tio si denuo cõmittit vnde iteꝝ venia po-
stulat. Tertio cogitationũ segregatio. vn-
de dicit Jsido. Tunc veraciter oram⁹ qñ
aliunde nõ cogitamus. Unde Apl̃s. Ora
bo spiritu. orabo ⁊ mente. Quarto dꝫ offẽ-
denti ꝓximo mala dimittere. Naꝫ ille qui
habet rancorẽ cõtra ꝓximũ similis est illi q̇
vult mederi. ⁊ ferrũ non vult deponere de
vulnere. Unde dicit Ecc̃i. Remitte prius
nocenti te. ⁊ tunc tibi depc̃ãti peccata sol-
uentur. Uñ iuxta sentẽtiam xp̃i peccat q̇ ꝓ
inimicis nõ orat. Sꝫ quid de illis qui eti-
am contra inimicos persone orant. ⁊ ama-
ros fundunt gemit⁹. quoꝝ oratio in pctm̃
conuertit. ꝺm Bedã in quadã omel'. Quin
to debet hr̃e ꝯfidentiã. vt non desperet de
eo obtinẽdo pro quo orat. Nam dicit Jsi-
do. Inanit orat qui spei fiduciã nõ hꝫ. vn-
de Jaco. j. dr̃. Postulet aũt in fide nihil he
sitans. Uñ aũt ꝓcedit ista diffidentia ⁊ du
bitatio. dicit Jsido. ꝙ ex eo qñ hõ se sentit
circa affectionẽ peccandi versari. Nõ eniꝫ
põt hr̃e preces certas ⁊ fiduciã q̇ adhuc in
p̃ceptis dei pigritat. ⁊ peccati recordatiõe
delectat. Qui a p̃ceptis dei auertit qd̃ po-
stulat in oratione nõ meretur. Sexto req̇-
rit vt habeat bõa opa q̃liacũqꝫ. Uñ Treñ.
Leuemus corda nostra cum manibus ad
deum. Qd̃ exponit Jsid̃. di. Cor cum ma-
nibus leuat q̇ or̃onem cuꝫ opere subleuat.
Nam quisquis orat ⁊ nõ operat. cor leuat
⁊ manus nõ leuat. Sed certe ꝺm ip̃m cul-
pabiliter manus ad deuꝫ expandit q̇ facta
sua orando iactanter prodit. sicut pharise-
us in templo iactãter orabat. seqꝫ magis q̃ꝫ
deum de operibꝫ iustis laudare volebat. ⁊
talis oratio conuertit in pctm̃. quia ꝺm Jsi
do. Qui iactant orat laudem appetẽdo hu
manã. non solũ eius oratio nõ delet pctm̃
sed ip̃a conuertit in pctm̃. Septimo requi
ritur vt habeatur ꝑseuerantia in aduersis.
Differt autẽ deus exaudire preces iustorũ
in tribulationibus ꝓpter tria ꝺm Jsidorũ.
Primo vt ꝯsiderantes ꝙ non cito exaudi
mur. nobis facta nr̃a in oculis nostris pro
ponamus. vt hoc ip̃m qd̃ differt diuine de
putetur iusticie ⁊ culpe nr̃e. Scd̃o id̃ quia
dñs sic nõ exaudiẽdo eos ad volũtatẽ. di-
sponit exaudire ad vtilitatẽ ⁊ saluteꝫ. Sic
contigit apl̃o paulo. q̇ licet ter petijt amoti
onẽ stimuli. ñ tñ impetrauit. q̇a impediuit
talis exauditio ad ꝑfectum. Tertio differt
deus exauditionẽ. vt impioꝝ ꝑuersitas au
geat. Uerumtñ qñqꝫ iusti tp̃aliter audiunt
pro eoꝝ salute q̇ eos affligunt. vt duꝫ illis
tp̃ali remedio subuenitur. prauoꝝ ocl'i ad
conuersionẽ aperiant. De hoc habet exem
plũ ꝺm Jsido. in tribus pueris. quoꝝ ignis
frigidus fuit ideo. vt nabuchodonosor de
um verũ agnosceret. Sicut ⁊ ꝓpha in Ps.
ait. Propter inimicos meos eripe me dñe.
Quarto ideo cito nõ exaudiunt. vt dũ dif
feruntur or̃ones excitate maioribꝫ premijs
cumulent. de q̇ ponit exemplũ Jsidorus de
messe. q̇ q̃nto plus differt repssione frigoꝝ
tanto plus fruges cumulatiores crescunt.
Octauo requirit vt habeat recta intentio.
scꝫ vt nõ oret q̇s ꝓpter hoc vt videat ab ho
minibꝫ. sed tm̃ a deo. Nã ꝓpriũ est hypocri-
tarũ offerre se in or̃one cunctis videntib⁹.

quoꝝ̄ fructus est nõ deo placere. sed gl'iaȝ
ab hominib' ꝯpare. Hec Isidorus. H
De modo vero regulato ⁊ ordiato ĩ cor-
pore qui habendus est in orõne. Sciendũ
est ꝙ septuplex est modus orandi. Primus
extendendo manus ⁊ brachia trãs caput
versus celum non sedendo nec appodiãdo
sed erectus stando. Juxta illud Psal. Ex-
audi dñe vocem meam dum oro ad te. dũ
extollo manus meas ad templũ sanctũ tu-
um. Item Ps. In noctib' extollite man'
vestras. Item in alio. Eleuatio manuum
meaꝝ sacrificium vespertinũ. Sic orabat
sanctus Martinus. de quo dr. Hic oclis
ac manibus in celum ĩtentus ⁊c. Sic ora-
bat Moyses contra Amalechitas Exodi
xvij. Secundus modus orandi est mani-
bus vlnis expansis in modũ crucis eleua-
tis. Ps. Clamaui ad te domĩe tota die ex-
pandi manus meas ad te. Sic orauit sal-
uator in cruce. Sic helyas orauit suscitan-
do filium vidue. iiij. Regũ. iiij. vbi dic. Ex-
pandit se ⁊ mensus est sup̄ puerũ trib' vici-
bus dicẽs. Domine deus obsecro reuertat'
anima pueri huius in corpus suum. Ter-
tius modus orãdi est stando cõplosis ma-
nibus ante faciẽ suam. Sic orauit phine-
es. sicut dr in Ps. Stetit finees ⁊ placauit
et cessauit quassatio. Quart' modus oran-
di est positis genibus in terrã. Sic orauit
leprosus de quo dicit' Marci. ꝙ genu fle-
xo dixit. Domine si vis potes me munda-
re. Sic orabat stephan' positꝫ genib' Act.
vij. Sic orabat Paulus q̄ de se dicit. Fle-
cto genua mea ad patrẽ dñi nr̄i Jhesu xp̄i
Sic orauit Jacob' frater dñi. q̄ centum vi-
cibus per diẽ ⁊ centũ ꝑ noctẽ curuauit ge-
nua. Quintus modus orandi est qñ orans
proijcit se in terra. Sic adorauerũt magi:
proijcientes se in terram. De qb' dr. Veni-
te adorem' ⁊ ꝓcidam' ante deũ. Et Mat-
thei. ij. Et procidentes adorauerunt eum
Sextus modus orandi est cũ quis stando
incuruat se ⁊ oculos suos defigit in terraȝ
erubescendo. Sic fecit hic publicanus di-
cens illud. Non sum dign' videre altitu-
dinẽ celi p̄ multitudine iniquitatũ mearuȝ
Et iste est optim' modus orãdi ꝓ simplici-
bus ⁊ p̄uatis ꝑsonis. Sic Magdalena re-
tro secus pedes dñi stãs rigabat eos lacri-
mis. Sic Petrus non veniens in faciẽ do-
mini: sed exiẽs foras fleuit amare. Ut igit'
oratio nostra exaudiri mereat' vt pctã nob'
cum publicano remittant'. ascendam' ho-
die deuotionis affectu in templum nr̄e cõ-
scientie. contemplantes ibi diuine iusticie
seueritatẽ ⁊ eius miscdie pietatem. q̄tinus
sic exorãdo descendam' iustificati ĩ domũ
nostrã. ⁊ tandẽ suscipi mereamur in domũ
sempiterne glorie. Ad quã nos ꝑducere di-
gnet' pr̄ ⁊ fi. ⁊ sſ. H Sed diceret aliq̇s
Ex quo dei p̄destinatio est ĩmutabilis. non
oportet hominem laborare pro salute. Si
enim est ad vitam p̄destinatus. saluabitur.
si autẽ ad mortem. damnabit'. Item ex q̄ p̄-
sciuit ad damnationeȝ. non debuit creare.
Item nõ est imputandũ homini. q2 si esset
p̄destinatus ad salutẽ saluaret'. Itẽ si deus
p̄uidit. cũ sua prouidentia non possit falli.
de necessario erit. Ad p̄mũ respondendũ ẽ
s'm Augu. li. iiij. cõtra Julianũ. vbi querit
Cur istum elegit deus ⁊ aliuȝ damnat. Et
rñdet. Figulus habet potestateȝ formandi
vas. aliud in honorẽ. aliud in contumeliã.
Roma. ix. Sed si queris quare nõ vtrũq3
in honorẽ. Rñdet. Ne existimet homo me-
ruisse tanq3 ex natura. Sed diceres quare
nõ vtrũq3 ĩ cõtumeliã. Rñdȝ. Ex eo ꝙ mi-
sericordia exaltat iudiciũ vt ꝑ hoc nec dã-
natus ex debito iusticie cõquereretur. nec
liberatus gratis. de meritis superbiendo
gloriaret'. Hec ille. Ex misericordia ĝ sunt
predestinati ad gloriã. ⁊ ex iusticia ad mor-
tem. vt dicit Aug'. li. iij. cõtra Julianum.
Per hoc iã patet. ꝙ licȝ p̄destinatio dei est
ĩmutabilis. tñ optet hoĩem ꝓ salute labora-
re. Quia dicit Grego. in li. dyalogoruȝ. ꝙ
etiam obtineri nõ pñt que p̄destinata non
fuerunt. sed ea que sancti viri efficiunt. ita
predestinata sunt vt p̄cib' obtineantur. Et
ex hoc ptȝ ꝙ in homine est magna pars sa-
lutis sue. Patet. q2 ꝑ liberũ arbitriũ p̄t eli-
gere bonũ. Et ideo sibi imputaret' si ꝓ isto
nõ laboraret. Et ptȝ ꝙ licȝ hõ nõ possit sci-
re an sit in gratia. tñ cõiecturari põt. j. Jo-
han. iij. In hoc cognoscim' ꝙ ex veritate
sumus. si cor nostrũ nõ rep̄hendit nos. Ex
hoc patet ꝙ orõ adiuuat predestinationẽ.
Itẽ de templo in euãgelio dicit'. Vñ tem-
plũ consecrat' ꝓpter q̄nq3 rationes. Prima
vt inde diabolus expellatur. Sicut refert
Grego. in dyalogo de quadã ecclesia Arri-
anoꝝ. in quã posite erant reliquie scti seba-
stiani. vbi porcum intra pedes senserunt.

Scdo vt ad eã fugiẽtes saluent. Tertio
vt ibi orãtes exaudiant.iij.Regũ.viij. vbi
Salomõ ait. Quicũqꝫ rogauerit in loco
isto.exaudies in celo dñe.Unde adoram⁹
ibi ad orientẽ ꝓpt tria ſm Damasce.li.iiij
c.v.Primo vt p̃riam nos q̃rere ibi oñdam⁹
Scdo vt ad xp̃m crucifixũ respiciamus.
q̇ ad occidentẽ respiciebat. Tertio vt ve-
nientẽ iudicẽ nos expectare ostẽdamus.
Quarto ꝯsecrat vt ibi laudes deo ꝑsolua
mus.qd fit in septẽ horis canonicis.Quin-
to vt ibi sacra eccl'iastica ministrent. Unde p̃
ter necessitatẽ nõ lꝫ alibi baptizare. de ba
ptismo.ca.j.in Clemẽtinis.Quõ ꝯsecrat
Ad qd plura ꝯcurrunt.de q̇ in sexto.q̃ ibi
patent.Sed de spũali scꝫ de aĩa. Primo
xp̃s aĩam circuit ter.dũ pctã cordis oris
⁊ oꝑis ad mẽoriã reducit. de q̇ Esa.xxiij.
Circui ciuitatẽ.scꝫ cordis. meretrix obli-
uioni tradita. Scdo ostiũ clausũ ꝑcutit
vt sibi aꝑiat.ictu bñficij cõsilij ⁊ flagelli.
Prouer.j.Extẽdi manũ ⁊ despexisti om̃e
ꝯsiliũ.⁊ icrepatiões meas neglexisti.Ter
tio ter aq̃ intus ⁊ extra irrigat.qd fit ꝑ ir-
rigationẽ lachrymaꝝ interioꝝ ⁊ exterioꝝ.
qd fit ſm Greg.ex recordatiõe pctõꝝ.ꝯsi
derãdo vbi fuit.q̄ in pctõ.vbi ẽ.q̄ in mi
seria.vbi non est.q̄ in glia.vbi erit. q̄ in
iudicio. Sꝫ nõ simplex aqua sed cũ sale
discretõis.cinere ꝓfũde hũilitatis.Quar
to scribũt in h̃ tẽplo cordis tria.scꝫ dicta-
mina faciendoꝝ.testimonia diuinoꝝ bñfi
cioꝝ.accusatio ꝓprioꝝ delictorum.Et ista
scriptura valde cõis est oĩbꝫ etiã paganis
Roꝝ.ij.Cũ em̃ gentes q̃ legẽ nõ hñt.na-
turaliter ea que legis sunt faciũt.Quinto
pingunt cruces.i.asperitates pñie.Et de
bent esse vncte.q̄ nõ solũ patiẽter. sꝫ etiã
libenter ⁊ ardenter portari debent. Ergo
q̇ hec habebit vere templũ dei erit.in quo
deus hic ꝑ gratiam habitat.

Dñica.XI.post trinitatis.II.
Sermo.QV.

o
Omnis qui se exal
tat hũiliabit.⁊ oĩs q̇ se hũilat ex
altabit.Luc.xviij.Om̃ vt ait be
atus Aug.epl'a.xxxviij.ad Dioscoꝝ.Nõ
est alia via ad capescendũ ⁊ obtinendũ
summã veritatẽ:q̃ est vita eterna:q̃ꝫ hũili
tas.Et q̇tiens interrogares dicerẽ ꝙ hec
est via.scꝫ hũilitas.Nõ ita ꝙ nõ sint alia
p̃cepta dei.sed nisi hũilitas oĩa q̃cũqꝫ bñ
fecerimus ⁊ p̃cesserit ⁊ comitata fuerit et
ꝯsecuta ⁊ postposita.totũ suꝑbia de mãu
extorquet.Hec Aug⁹.Hic est ꝙ saluator
veniẽs in mũdũ iniciauit nob nouã viam
vt dicit apl's Heb.x.Uiã inquã hũilitatis
ꝑ quã exinaniuit semetip̃m for. ſui acci.
ad Phil.ij.Hanc q̇ꝫ oĩbꝫ diebꝫ suis in se
imitandã docuit di.Math.xj. Discite in
q̇t a me: q̄ mitis sum ⁊ hũilis corde. Qd
tractãs Aug.in li.de ṽbis dñi dicit.Disci
te inq̇t a me.nõ mũdũ fabricare.nõ cũcta
visibilia ⁊ inuisibilia creare.nõ in ip̃o mũ
do miracl'a facere ⁊ mortuos suscitare. sꝫ
q̄m mitis sum ⁊ hũilis corde.Et recte xp̃s
incipit ab hũilitate.q̄ Aug.ibid dic.hec
est fundamẽtũ totius fabrice ⁊ celsitudis
celestis.Excelsa nãqꝫ est p̃ria:sed hũilis ẽ
via.vt dicit idem Aug.suꝑ Johem.Et lꝫ
hũilitas sic appareat.tñ ea nihil est excel-
sius.vt dicit Amb.suꝑ Lucã.Hanc viaꝫ
xp̃s se appellans dicit.Ego suꝫ via ṽitas
⁊ vita.Qd tractãs Berñ.in li.de.xij.gra-
dibꝫ hũilitatis dicit.Uiã dicit hũilitateꝫ
q̃ ducit ad veritatẽ.Se ergo ꝓponit exem
plũ hũilitatis ⁊ mãsuetudinis formã.hic
est legislator q̇ legem dedit delinquentibꝫ
in via.Uiam inq̇t Ber.hũilitatis ꝑ quã
ad cognitionẽ redeant ṽitatis.Hec ẽ sca
la illa quã Jacob vidit.de cui⁹ sũmitate
dñs ꝓspiciebat super filios hoĩm.Bona
via hũilitatis in q̃ veritas inq̇rit. chari-
tas acq̇rit.generationes sapĩe ꝑticipant.
Hec Ber.Cũ igit nõ sit alia via ꝑuenien
di ad patriã celestẽ p̃ter hũilitatẽ. nõ ĩme
rito nullus exaltat sine illa. Statuit igit
dĩna iusticia vt nisi efficiamini sicut par-
uuli nõ intrabitis in regnũ celoꝝ.Math
xviij.Et q̇d miꝝ si nullus sctõꝝ exaltat si
ne ea cũ etiã nec ip̃e filius dei exaltari vo
luit sine illa.Hũiliauit em̃ seip̃m.formaꝫ
ſui accipiens ꝓpt qd.s.meritũ hũilitatis ⁊
obedientie ſm Gorrã.deus pr̃ exaltauit il
lũ.⁊ donauit illi nomẽ qd est suꝑ om̃e no
men.ad phil'.ij. Sed nunq̇d alia via nõ
fuit ad celũ ꝑueniẽdi.Certe nõ.ſm dĩnaꝫ
iusticiã ⁊ ꝯgruentiã.licet potuit fieri alia
ſm oĩpotentiã. Nã iustũ ẽ ꝙ q̄ diabolus
rex suꝑbie.ꝑ viã suꝑbie venerat ĩ ꝑadisũ.
⁊ de paradiso p̃mũ hoĩem eadem via eie-

cit in mundū. ⁊ tandē de mūdo traxit ge-
nus hūanū suū eadē via ad infernū. Sic
q₃ altus ⁊ supbus q̇ se exaltauit iuste hūi-
liatus est. venit tandē filius dei rex regū.
⁊ dn̄s dn̄antiū coeternus ⁊ coequalis deo
prī in potentia. sapiā ⁊ bonitate. atq₃ ita
sublimis in maiestate ⁊ excelsus terribilis
rex magnus sup oēm terrā. q̇ existens alt⁹
imo altissimus solus in omī terra: nō solū
mortalium sed etiam viuentiū in secula. ⁊
humilis factus se hūiliauit volūtate non
necessitate coactus. eo ꝙ oblatus ē. q₂ ipe
voluit: vt p humilitatis viam celsam con
scenderet patriā ac p hoc nos doceret exē
plo suo. q₂ om̄is q̇ se exaltat hūiliabit. sic
diabolus. ⁊ om̄is q̇ se humiliat exaltabit.
sicut xp̄us dn̄s noster dei filius. Itaq₃ re-
cte dicit. q₂ om̄is q̇ se exaltat hūiliabit. et
q̇ se humiliat ⁊c̄. In quib₉ verbis ꝯsiderā
da occurrūt. Primo nāq₃ describit viciū
destabile elationis. Cū dicit. Omnis qui
se exaltat. Secūdo p̄coniū laudabile hu
militatis. cū d₂. Et om̄is qui se humiliat.
Et tertio vtriusq₃ meritū p̄miabile ratio-
ne diuerse mercedis. quia illud humilia-
bitur istud exaltabit. A

Dixi primo qd describit vitiū detestabile elatio-
nis. cū d₂. Om̄is q̇ se exaltat humiliabit.
Circa qd̓ tria sunt consideranda. Primo
nāq₃ ꝯsiderandū est q̄ntū malū est elatio-
nis seu supbie. Scd̓o quō agnoscit eius
malicia. Tertio q̄liter figurat eius nequi
cia. De p̄mo dicit Ambro. ꝙ supbia est p-
uerse celsitudinis appetitus. quā puersita
tem describit Aug⁹. di. q₂ supb₉ inferiorē
ꝯtemnit. despicit parem. ⁊ superiori appe
tit dn̄ari. Ecce puersitas. Unde q̄si omi-
bus ꝯtemptis quib₉ subesse debuit se exal
tat supra alios. Cuius maliciā describēs
Isido. lib. ij. de sūmo bono ca. xxxviij. di-
cit. Omni vicio deterior est supbia. Nec
mirū si dicit eam Isido. omī vicio deterio
rē. cū s̓m Aug. alia quecūq₃ iniquitas ma
lis opib₉ exercet vt fiant. Supbia v̓o in
bonis insidiat vt pereant. Hinc Ps̄. dic̄
supbiā delictū maximū in Psal. Et emun
dabor a delicto maximo. vbi Aug⁹. dicit.
A q̄ alio nisi a peccato supbie. q̄ nō ē ma
ius peccatū. eo ꝙ facit hoiem apostatare
a deo. Uere g̓ ille imaculatus est qui hoc
vitio caret. Hec ille. Et ꝓpter hoc s̓m In
no. iiij. in glosa Psalmi p̄dicti dicit maxi
mū delictū. q₂ p̄mo diabolus q̇ eo pecca-
uit crimine deliquit. Et ideo dicit delictū
q̄si a delinquēte factū. Et d₂ maximū: q₂
directe opponit deo Esa. xlij. Gl'iam meā
alteri nō dabo. Et ꝓpter hoc deus directe
sibi resistit Jaco. iiij. Et. j. Petri. iiij. Est
igit hoc peccatū maximū. q₂ ceteris gene
rosum nascendo. sicut rex maximus est in
ter nobiles ꝓpter generositatē. Scd̓o ma
ximū: quia ceteris animosius in inuadē-
do. sicut leo maximus bestiarū ꝓpter ani-
mositatē. Tertio maximū. q₂ ceteris cau-
telosius in alliciendo. sicut mel d₂ maxi-
mū inter dulcia: q₂ maxīe allicit gustum.
De p̄mo quō hoc viciū est generosum na
scendo. ptz. quia est natura sp̄ūale. ⁊ inter
angelicos sp̄ūs p̄mū adinuentū. Et ideo
nobiles mentes p̄mū impetit. Unde Hie
ro. in ep̄l'a. Supbia natione celestis sub-
limiū appetit mētes. ⁊ q̄si ad ꝓprios reuo-
lans ortus appetit gl'iam. ⁊ puritatē hoim
vult rumpere. que de gl'ia ⁊ puritate ange
loꝝ erupit siue orta est. ⁊ quos inuenit p̄ri
cipes nature facit cōsortes ruine. Sic tn̄
fatua ē ꝙ ad domū nescit redire. scʒ in ce-
lum. Et huic ꝯcordans Hugo lib. suo de
aīa dicit. Supbia in celo nata est. sed ve
lut imemor q̄ via inde ceciderit. illuc post
ea redire nō potuit. Scd̓o supbia ē vitiū
animosius in inuadendo. q₂ nō parcit nec
psone nec tēpori nec statui. nō parcit loco
q₂ q̄nto locus solēnior: tanto supbia p̄m-
ptior. in ꝯgregationib₉. in p̄dicatiōib₉. in
q̇buscūq₃ publicis negocijs statim supbia
se imiscet. q₂ in ecclesia. in loco sacro vali
de lucrat. sicut ptz hic de phariseo: quem
sibi lucrata est. Ibi em̄ vtriusq₃ sexus pso
ne in ornatu in gestu maxīe in eccl'ia vbi
ꝯtritioni ⁊ hūilitati se dare deberēt. osten
tatiōi ac supbie magis student q̄₃ deuotio
nib₉. Supbia non pepercit psone. q₂ xp̄o
Ip̄m em̄ sp̄ūs supbie inuasit Math. iiij.
angelū p̄mū ⁊ hoiem p̄mū. nec est qui se
abscondat ab ea. Quia dicit Hiero. Diffi
cilius arrogantia q̄₃ auro ⁊ argento care-
mus. Un̄ Aug⁹. in ep̄l'a ad dioscoꝝ. Ali
cia cetera in peccatis. supbia v̓o in recte fa
ctis cauēda est. ne illa q̄ laudabilit facta
sūt. ipsi⁹ laudis cupiditate amittāt. Nō p

cit tpi.imo q̄nto dies sanctior. vt in nata
li ꝛ in pasca ꝛc̄. tāto magꝭ infestat minus
de nocte q̄ȝ de die. amat semꝑ lucē. qꝛ de
pria lucis orta est. scȝ de celo. Non parcit
statui. qꝛ tā senes q̄ȝ iuuenes: tā religiosos
q̄ȝ seculares inuadit. diuites paupes infe
riores supiores. Et iō metrice dꝛ. Cuȝ bñ
pugnatis cūcta subiecta putatis. Que pꝰ
ꝑbia est viciū ceterꝭ cautelosius in allicie
do. Facile em̄ est declinare gulā: ꝛ vitare
luxuriā. furta homicidia. nō sic aūt supbi
am. Vñ dicit Greg. xxxiiij. li. moral. Su
ꝑbia eo ꝙ minus turpis credit̄ minus vi
taẗ. luxuriā ꝟo eo magis hoīes erubescūt
q̊ simul oēs turpem nouerūt. B De
scdo scȝ quō cognoscit̄ eius malicia dicit
Henricus de vrimaria lib. j. de ꝑfectione
interioris hoīs cap. viij. ꝙ duo sunt eius
genera. Vnū corꝑale. qd̄ carnales inseqt̄
Aliud spūale: qd̄ ꝑniciosius est. qꝛ illos
specialius impugnat q̊s nouit in ꝟtutibꝫ
ꝑfecisse. sicut patȝ hic de pharisco. quē de
spūalibꝫ donis spoliauit. Sed qꝛ istud vi
ciū vt cōmuniter de bonis actibꝫ ꝛ virtu
tibꝫ nascit̄. ideo difficile cognoscit̄. Occul
tat em̄ se sicut serpens sub folijs arborꝫ vi
rentiū. ita illud sub triplici specie virtutū.
Et ꝓmo sub specie simulate iusticie. Et hꝫ
maxime apparet in illis q̊ sub specie zeli ꝛ
rectitudinis aliorꝫ dicta ꝛ facta temere re
ꝓhendūt. Tales em̄ in se ꝯfidentes tanq̄ȝ
iusti ceteros aspernant̄ more pharisei qui
publicanū reprehendit ꝛ seipm̄ false iusti
ficauit. Secūdo occultat se sub fallacia
spūalis ꝓfectus ꝓximi. Et ista species est
longe ꝑniciosior q̄ȝ ꝓma. Sicut dicit Au
gu. lib. x. Confessionū. Hic pene nulla da
tur facultas hoī seipm̄ explorādi. vicȝ in
illis actibꝫ quos quis ꝓ salute aliorꝫ exer
cet q̊n in eis se aliqua elatio vanitatis im
misceat. quod fit in ꝑ̄dicatione ꝛ alijs bo
nis actibus. Tertio se occultat sub specie
humilitatis ꝛ ficte sanctitatis. sicut patet
de illis q̊ de mūdi ꝯtemptu ꝛ de sordidis
vestibꝫ in seipis gloriant̄. Et de hac dicit
Hiero. super Marcum. Multo illa dete
rior est supbia que sub q̊busdā humilitatꝭ
signis latet. Nescio em̄ q̄ȝ turpia sunt vi
cia cū virtutū specie celant̄. Sunt tamen
aliqua signa q̊bꝫ ipsa supbia cognoscitur

Nam tales supbi s̄m Henricū in libro. j.
de ꝑfectione interioris hominis cap̄. viij
sunt in loquela clamorosi. in taciturnita
te amari. in leticia effusi seu dissoluti. exꝑ
tes patientie. audaces ad ꝯtumelias irro
gandas. ad tolerandas pusillanimes. ad
obediendū difficiles. in suis ꝯceptibꝫ ꝑti
naces. aliorꝫ ꝯsilijs nō acquiescentes. suo
potius q̄ȝ seniorꝫ ꝯsilio credētes. Hec ille
Sed qꝛ de supbia nascit̄ arrogātia. eo ꝙ
s̄m Isid. lib. ij. de sūmo bono ca. xxxviij.
Occulta mentis elatio apertā gignit suꝑ
biam. Ideo superbia melius cognoscitur
ꝑ vanam gloriam seu arrogantiam. Vn
de vana gloria cognoscit̄ ꝑ septem. Pri
mo em̄ vanegloriosus est inobediens. re
fugit nāq̄ȝ inferior videri. Secūdo ꝯten
dit cū clamore. Tertio qꝛ iactat se vt lau
dabilis appareat. enūerando bona sicut
iste phariseus. Quarto qꝛ ꝑ hypocrisim q̄
rit hoībꝫ exterius apparere. Quinto qꝛ ꝑ
tinacit̄ facta mala defendit. ne errasse vi
deatur. Sexto qꝛ discordat a cōmunita
te. ita videlicet qꝛ ꝯtra cōmune dictū assu
mit ꝯtrariū. ꝓpter vanā gl'iam. Septimo
quia nouitates inuenit vt laudetur. Vn
de autē ꝓcedit presumptio vane glorie in
nobis dicit Robertus Holgoth suꝑ librꝫ
Sapientie cap̄. xiiij. Ex ex ꝑ̄sumptione ꝓ
prie ꝑfectionis. Ex quo ꝓcedit ꝙ gratias
nobis a deo collatas magnificamus ni
mis. ꝛ culpas nostras attenuamus. Et iō
vix est aliquis qui bene iudicat de seipso
Unde terentius in quadā comedia. Ita
vere corrupta est oīm hominū natura vt
aliena melius iudicāt q̄ȝ sua. Et idē Tul
lius in oratore ponit dicens. Ex arrogan
tes ꝛ vanegloriosi ita sua facta reputant
ac si ꝑ ea omnes alij supportarentur. sicut
exēplificat de imagine picta sculpta sub
aliquo edificio que putatur totum edifi
cium portare. cum tamen sine ea edificiū
ita bene stat sicut cuȝ ea. Isti sunt similes
cuidaȝ amenti seu frenetico qui noluit in
trare domū. Et cuȝ quereret̄ quare. respō
dit ꝙ ipse supportabat celum. Et si ad ho
ram dimisisset celum. esset casurum. Con
tra istos dicit̄ Esa. xlvij. Sapientia tua
ꝛ scientia tua hec decepit te. Unde auteȝ
hec ignorantia sui in talibus ꝓcedit dicit
Holgoth super librum Sapientie ca. ij.

Ex hoc qꝛ tota ꝯsideratio eoꝝ qua debuerūt celestia ꝯsiderare transiuit in pennas ambitionis. sicut vespertilionib⁹. q̄ ideo habent oculos debiles. qꝛ humoꝛ oculoꝝ trāsiuit in pennas alaꝝ. Et ideo saluatoꝛ dicit Marci. xiij. Uidete vosmetipsos.

C De tertio quō scꝫ est istud vicium fugandū dicit Henricus de vrimaria tria esse remedia ad fugandū supbiā. Primū est exemplū hūilitatis xp̄i q̄ dicit. Discite a me qꝛ mitis sum Math. xj. De q̄ Aug. dicit sup eplam ad Phil. ij. Ecce habes hūilitatis exemplū. supbie medicamentū. q̄d ergo itumescis o hō. pellis morticinia quid tenderis. sanies fetida quid inflamaris. pnceps tuus humulis. ꝛ tu supb⁹. caput humile ꝛ mēbꝝ supbum. Secūdū remedium est recognitio ꝓprie fragilitatꝭ. Primo attendendo vilitatē sue cōplexionis q̄ꝫ viliter sit conceptus. Scdo breuitatē sue durationis: q̄ꝫ breuiter sit hic moraturus. Ista bene ꝯsiderans Salomon Sap. vij. dicit. Sum q̄dem ꝛ ego mortalis hō similis omnib⁹. ꝛ ex genere terreno illius q̄ ꝑoꝛ factus est. Ubi ſm Robertū Holgot tria de se ꝓfitet. scꝫ infirmitatem ꝓprie nature. ꝯformitatē aliene. ꝛ diffitet generositatē. īfirmitatē cōfitet. qꝛ dicit se mortalem: Hec em̄ consideratio est sūma phia oim sapientū. vt dicit Hiero. ad Eliodoꝝ. Pauo q̄ꝫdiu videt pennaꝝ pulchritudinē tamdiu gl'iat. sed visa pedum deformitate cōfundit ꝛ erubescit. Sic nos ꝯsiderantes finem nostrū debemus erubescere. Ex hoc infero istud corrrelarium singulare. ꝙ ꝑma radix supbie est ignorātia sui. vt dicit Ber. sup Cant. ſmone. xxxvij vbi sic ait. De ignorātia tui venit in te supbia Sic em̄ supbia parit ignorantiā tui cuꝫ meliorē q̄ꝫ sis decepta ꝛ deceptrix tua cogitatio te esse mentit. Tertiū remediuꝫ est ꝯsideratio damni ex supbia ꝓcedentis Nā supbia est sicut bestia pessima ꝛ ferocissima: oim virtutū dissipatrix. Nullum em̄ est viciū. qd̄ oēs ꝟtutes exhauriat vt supbie malū. Et iō est generalis ꝛ pestifer morb⁹. oēm structurā ꝟtutū sil' deijciens. q̄ nullo mō depelli pōt melius q̄ꝫ ꝑ timorē dei ꝛ ꝑ verā hūilitatē que de mansuetudine cordis ꝛ eius simplicitate descendit. Hec Henricus.

Dixi secundo qr in ꝓbis ꝑmissis describit ꝑconiū laudabile hūilitatis. cū dr. Omis q̄ se exaltat. Uere magnū ꝑconiū de q̄ oēs ꝓphe ꝛ scripture sctōꝝ testimoniū ꝓhibent. Uñ dicit Aug. in lib. ad matrē suā. ꝙ hūilitas est eximia virtus q̄ de terrenis facit celestes. Est aūt humilitas ſm Berñ. in li. de duodecim gradib⁹ hūilitatꝭ ꝟtus qua hō verissima sui cognitione sibiipsi vilescit. Circa qd̄ tria sunt ꝯsiderāda. Prio q̄ꝫta sit ꝟtutis h⁹ efficacia. Scdo quō acquirit ei⁹ gr̄a. Tertio quō habet eius noticia. De ꝑmo dr̄ Esa. vlti. Ad quē respiciā nisi ad humilē ꝛ quietuꝫ ꝛ trementem ſmones meos. O q̄ꝫ felix ad quē tantus dñs respicit. cuius respectus fecundat omi genere ꝟtutū. Sic respexit matrē suā benedictaꝫ que de se ait. Respexit hūilitatem ancille sue. Et quid inde ꝑuenit sibi subdit. Ecce em̄ ex hoc beatam me dicent oēs generationes. Ecce efficacia ꝛ vtilitas. Uñ qꝛ hūiliū oratio semꝑ placꝫ deo. Judith. ix. Humiliū tibi semꝑ placuit oꝛ̄o. Ipsis dat faciliter ꝓpiciatio. ij. Paral. xij. Quia humiliati sunt nō dispendam eos. daboq̄ꝫ eis pauxillū auxilij ꝛ nō stillabit furoꝛ me⁹ sup hierl'm. Ipsis dat intelligentia ꝛ sapiētia. Ps̄. Intellectū dat ꝑuulis. Ipsis reuelant secreta celestia Math. xj. Reuelasti ea ꝑuul. Ipsa etiā custodit tētatos in ꝑiculis. Sicut dicit Aug. sup eplam ad Corint. Ipsa omia bona ꝛ merita custodit ꝛ ꝯgregat ſm Grego. Ipsa meret gratiā. j. Pet. iiij. ꝛ Jaco. iiij. Deus supbis resistit. hūilib⁹ autē dat gratiā. Ipsa acq̄rit gl'iam Job. xxij. Qui hūiliatus fuerit erit in gl'ia. De secūdo scꝫ quō acq̄rit eius gratia. Sciendū ꝙ btūs Ber. ponit q̄nq̄ꝫ q̄b⁹ acquirit ꝟtus hūilitatis. Primū est amoꝛ ꝓprie vilitatꝭ. Istō pꝫ in saluatore q̄ nō attenta gl'ia diuine maiestatis in se lauit pedes discipuloꝝ Joh. xiij. Et dauid oblitus regie celsitudis luſit corā archa discooꝑtus. ij. Reg. vj. Uñ Aug. multū damnat illas viduas q̄ delicatis manib⁹ hoꝛrent tangere pedes infirmoꝝ. Iste aūt amoꝛ ꝓprie vilitatis surgit ex cognitione sui. Nam hō ꝯsiderās se vilem nō multū ponderat suā ꝯditionem. ꝛ ita humilia de se sentit. Propter qd̄ dicit

Bern̄.sup Cant.ſmone.xxxvj. Q cogni
tio ꝛ ſcīetia ſui nō inflat ſed hūiliat. Uñ
ꝛ Iſaac de diffinitionib9 dicit. Q ſumma
phia eſt cognitio ſuiipſius. Et apud gen/
tiles ex rñſo appollinis ydoli ſcriptū erat
ꝙ nulla eſſet ꝑueniendi via ad beatitudi/
nē ꝙ̄ cognoſcere ſeipm̄.put ait Macrobi
us li.j. Et Policrat9 li.iiij.c.ij. Et Iohes
Galiē.in ſuo cōiloquio.ꝑte.vj.diſ.v. Uñ
ꝛ Iuuenalis ꝯcordans dicit. De celo de/
ſcendit gnotoſolitos.i. cognoſce teipm̄.
Hinc Aug.dicit.iiij.de ciuita.dei.c.j. Q
vltra oēs ſcientias melior eſt cognitio ſui
Iſta ſcientia q̄ntū ꝓfuit abrae ad humili
tatē ptꝫ Geñ.xviij. vbi legit̄ dixiſſe. Loq̄r
ad dñm cuꝫ ſim puluis ꝛ cinis. Scdo ac
q̄rit̄ ꝑ exercitiū ꝓprie ſubiectiōis. vt hō ſit
ſemꝑ cum aliquo maioris ꝯditionis. quē
revereat̄ ꝛ timeat. vt dicit Seneca. Ter/
tio acquirit̄ ꝑ comꝑationē alicui9 melio/
ris. hoc eſt vt hō ſemꝑ in corde ſuo collo/
cet hoīem ſuo iudicio meliorē. ad cui9 vi/
te ꝯſiderationē totiens in oculis ſuis hūi
liet̄ quotiens eius fuerit recordatus. ſm
Bern̄. Uñ Greg. ait. Magna que agim9
q̄ſi minima reputamus. cū fortioꝝ exem/
pla penſamus. Quarto acquirit̄ ꝑ ꝯſide/
rationē ſue opatiōis: que eſt facilitas ca/
dendi. difficilitas reſurgendi. aſſiduitas
deficiēdi. impoſſibilitas ſtandi ſm Aug.
Quinto acquirit̄ per ꝯſiderationē occulti
iudicij inſpectoris dei. Uñ Boecius.v.d̄
ꝯſol. Magna nobis ſi diſſimulare nolu/
mus indicta eſt neceſſitas ꝓbitatis. cū an
te oculos agimus iudicis cūcta cernētis.

E Sunt aūt duodecim gradus hūi
litatis. Primus in corde ꝛ corꝑe ſemꝑ hu
militatē oſtendere defixis in terrā aſpecti
bus. Secūdus pauca ꝛ rōnabilia loqui
ṽba nō clamoroſa voce. Tertius nō eſſe
ꝓmptū ad riſum. Quartus tacere vſqꝫ ad
interrogationē. Quintus tenere quod cō
munis regula ſeruat. Sextus credere ꝛ ꝓ
nūciare ſe omīb9 viliorē. ſicut hic publica
nus. Septimus ad omīa ſe indignū ꝛ in
utilē ꝓfiteri ꝛ credere. Octauus confiteri
peccata. Nonus ꝓ obedientia in duris ꝛ
aſperis ad patientiā amplecti. Decimus
cū omī obedientia ſe ſubdere maiori. Un
decimus volūtatē ꝓpriam nō delectari im
plere. Duodecimus vt memor ſit oīm. ꝛ ti

meat de omīb9 que perceperit. Illa ḡ aīa/
que hꝫ hos ḡdus: pōt dici ṽe hūilis. Quā
tū aūt ſancti ſtuduerūt adamare hanc vir
tutem refert Grego. li.j. dialogoꝝ. ca.xv.
de Conſtantio manſionario. ad quē cū q̄
dam audiens eius famā: veniſſet vt vide/
ret eū. aſpiciens eius ꝑſonam ꝯtemptibi/
lem ait. Ego grandē hoīem credidi. Iſte
nihil habet de hoīe. Quod ille audiens.
grās egit ei dicēs. Tu ſolus es qui in me
aꝑtos oculos habuiſti. ꝛ ita deſpicientē
ſe amplius amauit. Sic xp̄s cū honora/
ret̄ a turbis in ramiſpalmaꝝ fleuit Luce.
xix. Et Math.xxj. Cū vero contemneret̄
dixit. Nolite flere ſuꝑ me. Uera ergo hūi
litas eſt eſtimare ſe nihil eſſe. ſm Aug. ſu/
per Iohem. Et lib.iij. de vera innocentia
legitur etiam de q̄dam abbate in vitis pa
trū li.ij.c.xv. Q cū eſſet queſitū quō acq̄/
ſierit hanc virtutem: vt cuꝫ emergeret tri
bulatio in clauſtro nō loqueret̄. Reſpon/
dit. Quādo intraui clauſtrū ꝓpoſui in aīo
meo dicens. Tu ꝛ aſinus vnū eſtote. Si
cut ergo ille ꝑcutitur ꝛ nō loquit̄. iniuriā
patit̄ ꝛ nō reſpōdet. Sic ꝛ tu facias: put
ait Pſalmiſta. Ut iumentum factus ſum
apud te. Exemplū ibidem de alio refertur
Qui expulſus de domo exibat. reuocatus
redibat. Qui interrogatus cur ita fecerit.
Reſpondit ſe ſimilē cani q̄ ita facit. Ideꝫ
narrat de paſuncio abbate. Iohes Caſſi
anus li.iiij. collationū. qui cum eſſet hono
rabilis in q̄dam clauſtro magno videns
humilitatem nō poſſe exercere fugit inde
ad aliud monaſteriū diſtans. ibiqꝫ hume
ris ſuis fimū portabat. Siliter narrat de
Machario q̄ fugit ad pachomiū. Et cuꝫ
ei diceret̄ ꝙ nō poſſet ſuſtinere labores ſicͭ
alij. rñdit. Si me inferiorē videris. expel
le. Et cū ibi eſſent mille quadringenti vi/
ri ieiunantens. abſtinentes. orantes. ipſe
in vno angulo ſtabat vſqꝫ ad finē quadra
geſime nō panē guſtans. nō aquā bibens
nō genua flectens. nō in terra iacens: ſed
tm̄ folia cruda die dñico ſumens. non os
aꝑiens. nō labijs loquens. ſed tm̄ iugiter
orans. ꝛ manib9 ſuis opus faciēs. Iſtis ꝛ
alijs modis ꝛ ſanctoꝝ exēplis acq̄ri pōt
humilitatis virtus. ꝛ ꝑcipue exemplo xp̄i
q̄ tantū humiliatus eſt ꝙ deſcendit de ce/
lis. put ait Aug9. ſuꝑ Iohem Omelia.iij

Ut oīm morboꝝ culpas curaret descēdit filius dei ꝛ humilis factus est. Si ḡ pu-det imitari humilē hoīem. saltem imitare humilē deū. vt dicit idem Omelia. ij. Pro pter hanc em̄ edocendā magnus deus fa ctus est puus hō. vt dicit Greg. xxx. lib. moral. in fine. Et li. v. Registri sui. De ter tio quō scʒ habet hūilitatis vera noticia. Sciendū ꝙ q̄nqꝫ sunt signa pfecte humi litatis. Primū est amor ꝛ familiaritas hu miliū psonaꝝ Ecci. xiij. Om̄e aīal sibi si-mile diligit. Secundum est. Si q̄s hūi-lia exercitia ꝛ vilia seruitia exercet volun tarie ꝛ libenter. sicut xp̄us qui dicit de se. Ego in medio vr̄m sum sicut q̄ ministrat Sic Abigail assumpta in reginā a dauid ꝛ dixit. Ecce famula tua sit tibi in ancillā vt lauet pedes seruoꝝ tuoꝝ. Et glīosa v-go regina celi de se dixit Ecce ancilla dn̄i Tertiū est qn̄ hō modicuʒ de se p̄sumens alioꝝ querit ↄsilia ꝛ eisdem faciliter acqe scit. Quartū est si correctiones mansuete accipit: vt christus Johis. viij. Qui post multas ↄtumelias verboꝝ: patiēter ꝛ hūi liter rn̄dit. Ego demoniū nō habeo. Qui tum signū est si hō ꝓmpte ꝛ hūiliter ad q̄ cūqꝫ mandata obedit. sicut xp̄us dicit de seipso. Non veni facere volūtatem meã: sed eius qui misit me. F

Dixi tertio Ꝯ in verbis p̄missis subdit meritū vtriusqꝫ p̄miabile ex diuersitate mercedis Cū dr̄. Hic hūiliabit. ille exaltabit. Cir-ce qd̄ sciendū ꝙ humiliatio maloꝝ nō est aliud nisi deiectio ad statū ignominie. et ecōuerso exaltatio bonoꝝ nō est aliud ni-si erectio a statu ↄtemptibili ad statū glīe De primo sciendū ꝙ hūiliatio maloꝝ seu deiectio eoꝝ multū erit ignominiosa defe ctuosa ꝛ dolorosa. qꝛ erit cū maxima con-fusione ꝛ abominatione oīm videntium Job. xx. Si ascenderit vsqꝫ ad celū sup-bia ei9. ꝛ caput eius nubet tetigerit quasi sterquiliniū in fine pdet. Ecce ignominia abominabilis. Quid em̄ sterquilinio abo minabilius. Istud figuratū ē. ij. Mach. v. In antiocho supbo q̄ tante supbie fuit ꝙ reputauit sibi terrā ad nauigādū ꝛ ma re ad ambulandū. q̄ tn̄ fuit ita obomina-biliter fetore pcussus ꝙ scaturiens vermi bus fordebat vt canis. ꝛ tandē ꝓpter into lerabilē fetorē fuit de exercitu suo eiectus miserabilr. Sic eijcient a cōspectu sctōꝝ oms supbi in die iudicij. O q̄ʒ magna cō-fusio cadere in ↄspectu dei ꝛ sctōꝝ angel loꝝ q̄ eos deridebūt. Ps. Et tu dn̄e deri-debis eos. Et Prouer. j. Ego q̄ʒ in interi tu vestro ridebo. Et de iustis dr̄. Letabit iustus cū viderit vindictā. Ista ignomi-nia etiā bn̄ ptʒ in rege Joab q̄ ꝓpter sup-biā suā qua se adorari fecit vt deus a prin-cipib9 Juda. p q̄ pctō ipse ignomiose fuit plagatus ꝛ in captiuitatem regis syrie du ctus. Scd̄o deiectio supboꝝ erit defectu osa. qꝛ ab omib9 delicis ꝛ voluptatibus ꝛ omi glīa ꝛ decore spoliabunt: ꝛ nudi ꝛ mi seri deijcient. Ps. Diues cū dormierit ni hil secū affert. Et iteꝝ. Cū interierit nō su met oia neqꝫ descendet cū eo glīa domus eius. Vn̄ merito compant fumo deficiēti Ps. Inimici dn̄i mox vt honorati fuerint scʒ honorib9 ꝛ potētijs: ꝛ exaltati glīa. de ficientes queādmodū fumus deficiēt. vbi dicit Inno. iiij. Ꝯ geminatio defectionis duplicē defectū denotat. qꝛ deficiēt in tpa lib9. affligenturqꝫ in corpe: ꝛ deficient in spūalib9. ꝛ deficient in mente. Vn̄ Greg. Erit miseris mors sine morte. defectus si ne defectu. Dicit ergo notāter. queādmo dū fumus. Congrua est silitudo. Fumus em̄ q̄nto magis ascendit: tanto magis eua nescit. Sic ꝛ ipi in seculo q̄nto magis ex tollunt: tanto magis euanescūt ꝛ mergūt in inferno. Ps. Eiecisti eos dū alleuarent Job. xxiiij. Eleuati sunt ad modicū ꝛ nō subsistēt Osee. xiij. Erūt quasi nubes ma tutina: ꝛ quasi ros matutinus ptransiēs. sicut puluis turbine rapt9 ex area: ꝛ sicut fumus de fumario. Tertio ista eiectio erit dolorosa. qꝛ ad locū plenū dolorib9 ꝛ cru-ciatib9. sicut ptʒ de supbo diuite Luc. xvj. q̄ de se dic. Crucior in hac flāma. Ibi em̄ vermis coꝝ nō moriet. ꝛ ignis coꝝ nō ex-tinguet Esa. vlt. Job. xxiiij. Ibūt ab aqs niuiū ad calorē nimiū. et Esa. xxxiiij. Hu mus ei9 ↄuertet in sulfur. Sed quib9 ista parata sunt in loco horroris infernal. cer te supbis ꝛ vaneglīosis. Iuxta illud Esa. v. Dilatauit infernus aīam suā ꝛ aperuit os suū absqꝫ vllo termio. ꝛ descendēt for-tes ei9 ꝛ ppls ei9 ꝛ sublimes glīosiqꝫ ei9 ad eū. Nec solū descēdēt ad iferni supficiē vt

mediũ vt ceteri pctõres: sꝫ in ꝓfũdũ inferni. Iuxta illd Esa.xiiij. Verũ tñ ad infernũ detraheris in ꝓfundũ laci. Nec mirũ. ꝫ eñ exigit iusticia diuina vt q̃ se extulerũt altius. cadãt grauius ꝛ mergant ꝓfundius Lu.vj. Qua mẽsura mẽsi fueritis. in pñti seculo. eadeꝫ remetiet vob in futuro. Ps. Ascendũt vsqꝫ ad celos: ꝛ descendũt vsqꝫ ad abyssos. De scdo scꝫ de exaltatiõe hũiliũ sciendũ ꝙ eoꝝ exaltatio seu erectio erit tripl'r sublimis. Primo eñ erit multũ honorabilis ꝛ gl'iosa. Scdo sufficiẽs ꝛ copiosa. Tertio delectabilis ꝛ solaciosa. De pmo ꝙ erit honorabilis ꝛ gl'iosa. ptꝫ. qꝛ erit in ꝯspectu totius curie celestis. Ps. Cuꝫ gl'ia suscepisti me. Et q̃ sit illa gl'ia oñdit in Ps.xxx. vbi sic dꝛ. q̃ꝫ magna mltitudo dulcedinis tue dñe. quã abscondisti timẽtibꝫ te. Perfecisti eis q̃ sperant in te in cõspectu filioꝝ hoĩm. Qd exponit Inno.iiij dicẽs. q.d. Tu reddes eis. Ecce oñdit vbi erit hec gl'ia. qꝛ in ꝯspectu ꝑncipal'r deitatis. Iuxta illud. Omis qui ꝯfitebit me corã hoibꝫ. nõ dicit se. sicut fecerunt supbi ꝛ gl'ificantes. sequit. Confitebor ꝛ ego euꝫ corã patre meo. nec solũ corã patre: sꝫ etiã corã oĩbꝫ electis. qꝛ in ꝯspectu filioꝝ hominũ. Qd exponit Inno.iiij. q.d. Tu reddes eis ꝛ ꝑficies illã dulcedinẽ cũctis videntibꝫ. qñ dices in die iudicij. Venite benedicti pr̃is mei possidete paratũ vob regnũ Matth.xxv. Hoc eñ erit in ꝯspectu filioꝝ hoĩm tã bonoꝝ q̃ꝫ maloꝝ. De bonis in Ps. Videbũt iusti ꝛ letabũt. De mal' in Ps. Pctõr videbit ꝛ irascet. Sap.v. Videntes turbabũt timore horribili ꝛ mirabunt in subitatiõe insperate salut'. Tũc eñ videbũt sctõs exaltari. ꝛ ꝫ ad maiorẽ suã ꝯfusionem: sed vltra eos nõ videbũt. Vñ Esa.xxvj. Dñe exaltet manus tua vt nõ videãt. videãt ꝛ ꝯfundant. Istud ptꝫ in exaltatiõe mardochei q̃ facta fuit in cõspectu oĩm ciuiũ in susis. Et etiaꝫ vidente inimico suo Aman. Sed visa gl'ia ꝛ honore mardochei: aman de cetero eũ nõ vidit. qꝛ suspensus ẽ in patibulo Hester.vij Scdo hec exaltatio erit sufficiẽs ꝛ copiosa. qꝛ oĩbꝫ delicijs ꝛ voluptatibꝫ referta q̃ tãto erit amenior q̃ꝫto a loco a q̃ eleuabũt electi erit altior. Locus eñ hũiliũ ẽ hic oĩ miseria plen⁹: a q̃ tũc eleuabũt ad sũmas diuitias ꝛ delicias. Iuxta illud Esa. Tũc afflues delicijs ꝛ mirabit ꝛ dilatabit cor tuũ. Vnd dicit Crit. Hũilitatẽ assume. ꝛ regnabis sup oĩa q̃ desiderat aĩa tua. Tũc aĩa exaltati poterit dicere. In loco pascue ibi me collocauit. Et vij. de lacu miserie ꝛ de luto fecis transferendo ad locũ deliciarũ ꝛ totius ꝯsolatiõis. Tertio illa exaltatio erit delectabilis ꝛ solaciosa. qꝛ oĩni iubilo plena. Et ab oĩ dolore extranea Apocal'.vlti. Iam nõ erit luctus neqꝫ clamor nec vllus dolor. Quid ꝫ certe vt dic Esa. Gaudiũ ꝛ leticia inueniet in ea. co ꝙ leticia sempiterna sup capita eoꝝ. qꝛ eñ hũiles erant hic in dolorib ꝛ in penalitatib in lachrymis ꝛ gemitib. ideo cõsolabunt vt dꝛ Math.v. Tunc poterit xpus dicere supbo ꝛ humili simul. Tu recepisti bona in vita tua: ꝛ iste sil'iter mala. Nunc vero iste ꝯsolat. tu vero cruciaris. Nos igit fratres humiliemur sub potenti manu dei vt nos exaltet in tpe visitationis: vt dꝛ.j. Petri.v. Cuius exaltatiõis nos ꝑticipes faciat caput hũilitat' dñs iesus xps. Amẽ.

Dñica.XII.post trinitatis. I.
Sermo. CVI.

Adducunt ei sur-
dũ ꝛ mutũ. Mar.vij. Sicut dicit Hugo li.iiij. de archa Noe c.v. Primi hoĩs natura ita a deo ordinata ꝛ instituta fuerat vt aĩa q̃ corpori ꝑerat ꝑ sensus q̃dẽ misteria corpis foris ipleret intus aũt ꝑ rõnẽ ad creatorẽ suũ sp intenderet. Hoc ẽ vt mẽbra corpis sensificãdo foris ad agẽdũ moueret. sꝫ intẽtiõnẽ ꝛ desideriũ intus ad solũ creatorẽ dirigeret. et nihil foris ageret qd ex ei⁹ dilectiõe nõ ꝓcederet. ꝛ ad ei⁹ dilectiõnẽ nõ ꝑtineret. ita vt oẽs actũ ꝛ charitas iperaret ꝛ rõ dispõneret ꝛ sensus ipleret ꝛ ꝑficeret. q̃ꝫdiu ꝫ ordinẽ nature sue tenuit q̃ꝫuis foris ꝑ actionẽ variaret. int⁹ tñ ꝑ intẽtiõnẽ ꝛ amorẽ stabilis ꝑmãsit. qꝛ vnũ intẽdebat. ꝛ ꝓpt vnũ oĩa faciebat. vnũ diligebat. ꝛ oĩm volũtatũ atqꝫ actõnũ suaꝝ finẽ ad vnũ referebat ꝛ indefessa mẽtis acie ad vnũ iugit respiciebat creatorẽ. Hec hugo. Ex q̃b ꝓbis ptꝫ dignitas hũane ꝯditiõis q̃ sic creata erat vt per sensus exteriores officia ipsoꝝ foris impleret ad corporis necessitatem: ꝛ ꝑ

sensus interiores soli deo vacaret. Verū-
tñ nõ licuit homini in statu hmõi per sen
sus exteriores quicq̄ȝ facere ꝑ qd ab inten
tione desideratio dilectionis diuine posset i
pediri. Unde licȝ sibi ꝯcessum fuit audire
vtilia. nõ tñ inutilia. nõ tñ vana aut ꝓba
na ⁊ multo minus nociua ⁊ ꝑniciosa. Ha
buit itaqȝ tantā ꝑfectionē in auditu vt nõ
opus habuit vt ei extrinsecus deus loq̄re
tur: qꝛ aurē cordis intrinsecus sic ꝑfectam
habuit qua vocē dei spūaliter audire pos
sit. Sȝ postq̄ȝ vt dicit Hugo. li. iiij. de ar
cha Noe. c. iiij. foris ad suasionē serpen-
tis aurē cordis aperuit. aurē ad vocē dei
clausit. Siīliter qꝛ ad loquendū cū antiq̄
serpente os aperuit ⁊ attraxit spm̄ iniqui
tatis. colloquēdo de periculo sue salutis.
merito os ei clausum fuit vt cū dō nec ad
deum loqui potuisset. Factus est itaqȝ ex
eo tpe hõ surdus ⁊ mutus. ita vt nec deū
sibi p̄cipientē audiret. nec eū ꝓ beneficijs
ꝓut merito debuit laudaret. Quapropter
filius dei venit in mūdū vt hoīem tantis
defectibꝫ laborantē misericordit̄ curaret.
veniens nāqȝ cepit facere ⁊ docere vt sur-
di audirent: ⁊ muti loquerent̄. Ad h̄ signi
ficandū docuit vt ꝑ verbū suum exterius
aurē cordis aperiret. Unde aperuit audi
entibꝫ sensum vt intelligerent scripturas.
Luc. vlt. Quia eñ hõ auditū intus perdi
dit q̄ deū loquentē audiret. reuocans nos
ad se deus foris clamat. inquit Hug. vbi
sup̄. c. iiij. Ad hoc etiā venit vt miraculis
⁊ factis suis tacentia ora ad laudē suam
aperiret. Istud ptȝ Luce. xviij. de ceco il-
lūinato. Quo facto oīs plebs vt vidit.
dedit laudē dō. Ad hoc igit̄ significandū
spūaliter. qꝛ venerat in mundū ad vtrūqȝ
defectū p̄dictū amouendū ab hoīe. scȝ vt
eū p̄ceptis dñicis obedire doceret p̄dica-
re voluit. vt surdi corde audirent Esa. xlij
Surdi audite. ⁊ vt eum ad laudādū deū
incitaret miracula fecit. vt muti corde loq̄
rent̄ ore. In cuius figura factum est vt eo
veniente ad mare galilee corporalr̄. addu
cūt ei quendā surdū ⁊ mutū vt dicit euan
geliū. In illo tēꝑe. Exiens iesus de finibꝫ
tyri venit ꝑ sydonem ad mare galilee int̄
medios fines decapoleos. Et adducunt
ei surdū ⁊ mutū ⁊c̄. In quibꝫ verbis iuxta
triplices ꝑsonas describunt̄ tria. Primo
nāqȝ describunt̄ ꝑsone adducentiū hoīem
Cum dicit̄. Adducunt. Secūdo persona
saluatoris ad quē adducebat̄. Cum dicit
Ei. Tertio persona adducti. Cuȝ dicitur
Surdum ⁊ mutuȝ. Scōm hec ergo tria
capit̄ in verbis thematis notanter. Pri-
mo in persona adducentiū tangitur vera
compassio. quia adducunt. Secundo in
christo benigna miseratio. quia ei scȝ cui
ꝓprium est misereri. Tertio in adducto ho
minis defectuosa ⁊ miserabilis passio. qꝛ
surdum ⁊ mutum. A

Dixi primo Q in v̄bis p̄mis-
sis describunt̄ ꝑ-
sone homimē adducentiū. in quibus erat
vera ꝯpassio. Cū dꝛ. Adducūt. vera nāqȝ
ꝯpassio est malis ꝓximoꝝ ꝯdolere. Iuxta
illud aplī. Quis infirmat̄ ⁊ ego non infir
mor. In hoc ergo ꝯdolere ⁊ cōpati se de-
monstrabant isti adducentes. quia eū ad
christū verū medicū sanandū adducebāt
Circa qd sciendū. Q licet hõ peccator ꝑ
se potest cadere in peccatū. ꝑ se tamen re-
surgere nõ potest. vt dicit Isidorus de sū
mo bono. Et hoc ꝓpter tres causas. Pri-
mo quia est grauis ex ꝑte corporis: quod
semꝑ aggrauat animā Sapie. ix. Corpꝰ
quod corrūpit̄ aggrauat animā. Et Job
vij. Factus sum mihi metipsi grauis. Et
Esa. xxiiij. Grauabit eum iniquitas sua ⁊
corruet. Et in Psal. Sicut onus graue
grauate sunt suꝑ me. Secūdo ex ꝑte vie.
quia via qua debet ad deū redire est diffi
cilis Math. vij. Arta est via que ducit ad
vitam. Tertio quia virtus hominis ꝑ se
est debilis Joh. xv. Sine me nihil pote-
stis facere. Et Joh. ibidē. Sicut palmes
nõ pōt facere fructū sine vite. sic vos sine
me. Et ideo necesse est vt pctōꝛ adducat̄ ꝑ
aliū ad xp̄m. Adducit̄ autē pctōꝛ ad xp̄m
multiplr̄. Primo ꝑ gratiā p̄uenientē. Se
cūdo ꝑ eccl'iam subuenientē. Tertio ꝑ ad
uersitatē impellentē. De p̄mo quō addu-
cit̄ pctōꝛ ꝑ grām p̄uenientē dicit Grego.
xvij. lib. moral. Dei grā si in nr̄o corde ne
quaq̄ȝ gratuite surgeret. ꝑfecto mens nr̄a
in pctōꝝ suoꝝ tenebris obscura remane-
ret. Et licet vt dicit Hugo li. iiij. de archa
Noe. c. iiij. Ordinatissimū est de nr̄a repa
tione dispensationis ꝯsiliū. vt qui sponte
cecidit: nõ coactus: sed sponte surgat. ⁊ q̄

ꝑ libeꝝ arbitriū infirmatus est. nō sanita⸗
tē recuperet donec ꝑ libeꝝ arbitriū sanari
velit. tñ h̄ nō est ex nobis vt velimus. sed
deus in nobis hoc opat̄. Gratia eñ dei p̄
uenit ⁊ excitat libeꝝ arbitriū nr̄m vt pos⸗
sit velle sanari qui ꝑ se potuit infirmari.
Hoc igit̄ nunc agitur in electis vt vicȝ in
p̄nti vita ad futuraȝ beatitudinē p̄parent̄
vt hō in hac felicitate positus mereat̄ ad
illam felicitatē ascendere. sicut p̄mus hō
in hac felicitate positus meruit ad hāc in
felicitatē deuenire: sed illud meritum quo
hō infelix esse meruit tantūmodo ex hoīe
fuit. hoc ꝓo meritū q̄ hō eternā felicitateȝ
meret̄ nō ex hoīe: sed gr̄a dei hoc in hoīe
opatur. Hec ille. De scđo quō hō adduci
tur ad xp̄m ꝑ eccl'iam subueniente m. dicit
Amb. lib. iij. de penitentia. Cuius verba
ponunt̄ in decreto de penitē. dis. j. Fleat.
vbi sic habet̄. Fleat ꝓ te mater ecclesia et
culpā tuā lachrymis lauet. Videat xp̄us
merētē: ⁊ dicat. Beati estis tristes. q̄ꝛ gau
debitis. Amat vt ꝓ vno multi rogent. De
niqȝ in euāgelio motus lachrymis vidue.
q̄ꝛ ꝓ ea multi flebāt filiū eius resuscitauit
Hec ille. Vñ magister sentē. lib. iiij. di. iij
dicit. Nisi vnitas eccl'ie succurrat. nisi qđ
deest peccatori sua oꝛone cōpleat de mani
bus inimici non eripiet̄ mera infirmitas.
Hec ille. In cuius figura legit̄. iij. Regū.
xiij. Et cū hieroboam regi manus aruissȝ
ꝓ eo q̄ ꝓphaȝ dñi capi mādasset. vidēs q̄ꝛ
aliter sanari nō posset. dixit ad ꝓphaȝ. De
p̄care faciem dñi dei tui ⁊ oꝛa ꝓ me vt re⸗
stituat̄ manus mea mihi. Oꝛauitqȝ vir dī
facieȝ dñi: ⁊ reuersa est manus eius ad eū
sicut p̄us. Itē Saul dixit samueli ꝓphete
Poꝛta queso iniquitatē meam. j. Regum
xv. Simile habet̄ Geñ. xx. vbi oꝛāte abꝛa
ham deus sanauit abimelech regē gerare
Ibidem habet̄ in nouo testamento de pl'i
bus. Nam cultoꝛ vinee impetrauit de fi⸗
culnea ne succideret̄ Luc. xiij. Item ad fi⸗
dem alioꝝ sanatus est paraliticus Math
ix. Iteȝ p̄cib⁹ reguli sanat̄ filius. Joh. iiij.
Item ad p̄ces archisinagogi sanata est fi
lia ⁊ resuscitata Math. ix. Mar. v. Luc.
vij. Ad petitionē centurionis curat̄ puus.
Math. viij. Mar. j. Luc. v. Ad petitionē
mulieris chananee sanat̄ filia a demonio
Math. xv. Ex q̄b⁹ oīb⁹ pateȝ q̄ intercessio
eccl'ie necessaria est pctōꝛi ad interp̄tatio⸗
nē salutis sp̄ūalis ad xp̄m. Quib⁹ aūt mo
dis adducit eccl'ia pctōꝛem ad xp̄m. certe
multis. scȝ p̄dicatione. Vnđ Act. ij. His
auditis cōpuncte sunt turbe. ⁊ Petrus au
dita voce galli fleuit amare Math. xxvj.
Itē absolutiōe a pctis Math. xxj. Sol⸗
uite ⁊ adducite mihi. Itē exemploꝝ osten
siōe. sicut exēplo magdalene adducūt̄ ad
xp̄m luxuriosi. Exēplo petri ꝑiuri. Exem
plo pauli ꝑsecutoꝛes. Exēplo Mathei vsu
rarij. Exemplo ȝachei defreudatoꝛes ⁊c̄.
Ad h̄ eñ in eccl'ia recitant̄ vt exēplo eoꝝ
pctōꝛes ad pn̄iaȝ inducāt̄. De tertio quō
adducit̄ pctōꝛ ꝑ aduersitatē impellentem
pꝫ in filio ꝓdigo. q̄ cōpulsus nimia fame
rediit ad patrē Luc. xv. Sic paul⁹ ꝑ amis
sionē visus adducit̄ ad xp̄m. Act. ix. Hic
Berñ. dicit tractans illud Canti. Trahe
me post te. Trahimur cū aduersitatib⁹ ex⸗
ercemur. Multis eñ ꝓdest aduersitas: q̄
bus obest ꝓsperitas. Vñ sicut ꝑ ꝓsperita
tē elongant̄ a deo. ita ꝑ aduersitatē appꝛo
pinquāt ad deū. Et ideo sancti viri legūt̄
multū amasse tribulatiōes ⁊ aduersitates
⁊ infirmitates. ⁊ qñ sine illis erāt putabāt
se a deo derelictos. Sicut narrat̄ de q̄dā
sene q̄ frequēter egrotabat. Contigit autē
vno anno cū nō egrotare q̄ affligebatur ⁊
ploꝛabat dicens. Dereliq̄t me deus: ⁊ nō
visitauit me. scȝ q̄ꝛ nō fuit infirm⁹. Sil'i⸗
ter narrat̄ de quodā alio q̄ noluit comede
re in infirmitate dicens: q̄ volebat esse in
illa infirmitate ꝑ tres annos vt amplius
mereret̄. ꝑ ista ḡ hō adducit̄ ad xp̄m si ea
patienter tolerauerit. B

Dixi secūdo Et in verbis p̄⸗
missis tangit̄ ꝑ⸗
sona saluatoꝛis ad quē adducit̄ iste surd⁹
Cū dꝛ ei scȝ xp̄o de q̄ p̄us p̄mittit̄. cū dicit̄
Exiens iesus đ finib⁹ tyri. ⁊ in h̄ describit̄
magna ⁊ benigna ipsius miseratio. Circa
curā aūt isti⁹ infirmi xp̄s triplicē ostendit
grām. Primo q̄ꝛ digitū imisit. Scđo sali
ua liniuit. Tertio celū suspexit ⁊ ingemuit
Digitus hic intelligit̄ sp̄ūsctūs p̄m Oꝛig.
⁊ Bedā. q̄ mittit̄ in auriculā hoīs cū gr̄a
sp̄ūsscti coꝛ visitat ⁊ aperit vt ꝟbū dei effi
caciter audire possit Et q̄ꝛ dꝛ plural'r. Di
sit digitos. per quod significatur q̄ varijs
donis ⁊ virtutibus deus visitat hominez

quē curat a peccato. De q̄bus digitis in
Psal. dr̄. Qm̄ videbo celos tuos. opa di⸗
gitoꝝ tuoꝝ. Primus digitus est pollex q̄
hꝫ duos articulos siue duas iuncturas: ꝑ
qd̄ significatᷣ fortitudo. que ꝯsistit in duo
bus. scꝫ in patientia aduersoꝝ. ⁊ in ꝯstan
ti aggressione arduoꝝ. qꝛ ista sunt necessa
ria penitenti q̄ sine gratia spūssancti habe
ri non possunt. Scd̄s est index. q̄ hꝫ tres
articulos. ꝑ quē prudentia designatᷣ. q̄ cō
sistit in trib. scꝫ in mēoria p̄teritoꝝ: ⁊ cir⸗
cūspectione p̄sentiū. ⁊ in ꝓuidentia futu⸗
roꝝ. Apoc. iiij. Animalia in circuitu ⁊ in
tus erant plena oculis ante ⁊ retro. Ter⸗
tius est medius hn̄s tres articulos. ꝑ quē
designatᷣ iusticia. q̄ ꝯsistit in trib. in obe⸗
dientia p̄latoꝝ. in subsidio pariū. in casti
gatione inferioꝝ. Quart⁹ est fidius. hn̄s
tres articulos. ꝑ quē signatᷣ tꝑantia. q̄ ꝯsi
stit in trib. scꝫ in sobrietate victus ⁊ habi
tus. ⁊ in ꝯtinentia affectus. ⁊ in modestia
incessus ⁊ gestus. Quintus est auricula⸗
ris. habēs tres articulos. ⁊ significat hūi
litatem: que consistit in trib. scꝫ in intelle
ctu in affectu ⁊ in exteriori cōuersatione.
Hic digitus humilitatis dicitᷣ auricularis
qꝛ aperit intellectū. Prouerb. xj. Ubi hūi
litas ibi sapientia. Et qꝛ aperit aures dei
vt nos exaudiat. Ecci. xxxv. Oro hūilian
tis se nubes penetrat. Scd̄o xp̄s ostēdit
benignā miseratione circa curā istius sur
di. saliua liniendo. Saliua autē hic s̄m
Orige. significat sapiam dei p̄ris scꝫ eius
filiū vnicū q̄ a deo patre tanq̄ȝ a capite ꝓ
cessit. sicut ip̄e de se dicit Joh. xvj. Exiui
a patre ⁊ veni in mundū. Ecci. xxiiij. Ego
ex ore altissimi ꝓdij. Saliua ergo liniuit
lingua q̄n dei filius descendens a p̄re no
strā mortalitatē visitare dignatus est. cu⸗
ius humanitate deitati ꝯiuncta. sicut sa⸗
liua luto ꝯiuncta n̄ra infirmitas est sana
ta. Juxta illud Esa. liij. Cuius liuore sa⸗
nati sumus. Tertio xp̄s ōndit benignam
miseratione circa curatione istius surdi. i
celū suspiciens ⁊ ingemiscēs. Suspectio
s̄m Orige. significat oīa bona petenda
esse a deo. Inde surdis auditus. inde mu
tis redditᷣ loquela. qꝛ Jaco. j. dr̄. Oīe da
tū optimū: ⁊ oīe donū ꝑfectū de sursum
est. Suspexit ergo in celū. ac si dicat. quisq̄s
curationē aīe a pctō req̄rit. postulet eaȝ a
deo. q̄ dat oībus affluēter Jaco. j. Eo q̄
nō est salus nisi a deo. Nam ab eo est oīs
salus a quo est oīe bonū. sed oīe bonū
ex deo est. Salus ergo oībus ex deo. inq̄t
Aug. in li. de vera religione ca. xx. Hoc ē
cōtra sortilegos. magos. incantatores. ni
gromanticos. q̄ aliunde querūt sanitatē
corꝑalē q̄ȝ a deo. nō desursum postulātes
a deo. sed deorsum inq̄rentes a diabolo.
cū tn̄ dn̄s dicit de se. Salus ꝑpl'i ego sum
Quod aūt ingemuit significat ꝓ pctō esse in⸗
gemiscēdū. Juxta illud Ezech. xviij. Qua
cūq̄ȝ hora pctōr ingemuerit. oīm iniq̄tatū
eius nō recordabor amplius. Utrūq̄ȝ isto
rū habuit publicanus Luc. xviij. De q̄ dr̄
Noluit ocl'os suos in celū leuare. scꝫ ocu⸗
los corꝑales. sed tn̄ mētales multū erexe⸗
rat ad deū q̄bus penetrauit celum. ⁊ ꝑcutie
bat pectus suū. ecce gemitus. dicēs. Deus
ꝓpicius esto mihi peccatori.

Dixi tertio Quod in ꝟbis p̄missis tangitᷣ persona ad⸗
ducti. Cū dicitᷣ. Surdū ⁊ mutum. Circa
qd̄ sciendū q̄ ꝑ istum surdum ⁊ mutū de⸗
signatᷣ hō peccator. q̄ vt curetᷣ debet addu
ci ad xp̄m. Sed vt magis ordinate ꝓceda
mus. Primo videamus de surditate isti⁹
hoīs. Secūdo de eius auditione. Ter
tio de eius curatione. Dixi p̄mo q̄ viden⸗
dum est de istius hoīs surditate ⁊ mutita
te. Pro quo sciendū q̄ homo peccator fit
surdus multipliciter. Primo ergo fit sur⸗
dus homo ex opilatione maloꝝ humorū
in auribus. ⁊ tunc fit ꝓprie surditas s̄m Cō
stantinū. ⁊ magistrū libro. vij. de ꝓprieta⸗
tibus rerum. Mali humores sunt carna⸗
les luxurie quibus homo infectus nō audit
deum vocantem se. ⁊ hic comparatur dor
mienti qui omnino nihil audit. Ecci. xxij.
Cum dormiente loquitur qui narrat stul
to sapientiā. Uere stultus est luxuriosus
qui ꝓpter breuissimā morulā vnius dele⸗
ctationis carnalis dimittit infinitos an⸗
nos celestis consolationis ⁊ non percipit
infinitas penas perpetue damnationis.
Refert Ambrosius in Exameron de quo
daȝ fluuio qui dicitᷣ Nilus. q̄ hoīes terre
illius vbi idem fluuius oritᷣ circa montes
illū habitantes nō audiūt sonū illius de⸗
scensus ⁊ defluxus. cū tn̄ fi[...]cū maximo stre
pitu ⁊ horrore. quod facit [...]s cōsuetudo.

Et vere pessime sunt vie pctōꝝ. Nam vie pessime vulgariter dicūt: qñ sunt montose. spinose. lutose. Sic vie pctōꝝ montose sunt in sugbis. qui semꝑ alta querūt. sed nō attendūt: quia quanto gradus altior. tanto casus grauior. De istis est sicut de lepore q̇ facilius ꝛ citius currit contra montē q3 de monte. Cuius ratio est. q2 habet pedes anteriores breuiores posterioribus. Sic sugbi ꝛ vani habentes affectiones ad deū breues vel nullas. difficile ad deū vadūt. Sed affectiōes habentes ad mundū longas. facile alta mūdi ascendūt Patet hoc ad sensum ꝙ semꝑ ita est. quia dilectorib9 mundi omnia difficilia faciliora vident p mūdo q3 sanctis p deo: Nam facilius videt militi hastiludere ferro nudo ꝛ grauissimos ictus imo mortē sufferre quādoq3 p mundo q3 complere vnum pater noster p deo. Et hoc facile est videre ī omi genere secularium. Quanta em̄ sufferūt seruientes p honoribus seculi circa curias cum remorsu conscientie. cum obiurgationibus dñoꝝ. cum inuidia socioꝝ. cū omni infortunio corporali. Quoꝝ omniū decimam partem vix sanctus aliquis monachus p deo sustineret. Vie spinose sūt in auaroꝝ cupiditate. eo ꝙ spine sunt diuitie Luce.viij. Quia habent punctioneꝫ laboris in acquirendo. timorē in custodiēdo: ꝛ dolorem in amittendo. Et iste etiam vie sunt multū difficiles. sicut experiunt mercatores eundo ꝛ sulcando in terra et in mari. faciendo naufragia. latronum pericula patiendo ꝛ pdonū insidias ꝛc̄. que tamen omia videntur eis facilia. Vie lutose sunt luxurioso ꝝ. de quibus dicit. Cōputruerūt iumenta in stercore suo. que licet etiaꝫ sunt difficiles: tamen eis apparēt faciles. Nam quanta difficultas sit quis dubitet. constringi iopulis. caligis. sotularibus. pcinctis in ꝯplacentiā amasiaꝝ stare pluribꝰ horis corā illa. rotare capillos. desudare in coreis. exhaurire patrimonia ꝛc̄. tñ amantib9 omnia ista facilia apparēt quia amanti nihil est difficile. vt dicit hystoria de sancto Nonio epo. qui Anthiochie visa quadaꝫ dña multū ornata. dixit ad socios. In veritate dico vobis qm̄ deus hanc nobis ꝯstituturus est ante ꝯspectū tremende sedis sue vt nos ꝛ nostrū sacerdotiū iudicet. Nam quantas putatis horaꝝ moras intra cubiculū suum exegit abluens faciem. ꝛ depingens se. vngentꝭ diuersis liniens ꝛ ad speculum diligenter exornans. vt in p̄senti seculo placeat. ꝛ oībus desiderabilis videat. nec cuiq3 amatoꝝ suoꝝ turpis videat. q̇ tñ hodie videntur esse. ꝛ cras pleriq3 nō parent. Nos ꝟo habentes patrem in celis eternū. in secula ꝑmanentē. ꝛ sponsum īmortalē deū. donantē sibi bene ꝟuientib9 ꝑmanentes diuitias: que estimari nullatenus possūt: que nec oculus vidit ꝛc̄. Quid plura. hñtes pmissionē certā. vt celestis sponsi faciem videamus. quē cherubin ꝛ seraphin nō satiant pspicere. nō nos ornamus nec detrahimus īmūdicijs nr̄is. q̇ p creatoris exēplo in ꝟtutis culmine semꝑ stare debuim9 Et sic veniēs domū sctūs ille ep̄s de ecclesia. pruens in pauimentū. faciē suā feriebat. ꝛ terrā lachrymis rigabat. dicens. O altissime deus ignosce mihi peccatori: q2 vnius diei meretricis ornatus totius vite mee industrie superauit ornamēta. Quo vultu te dñe respiciā. vel q̇b9 verbis me coram tuis aspectib9 p̄sentabo. Illa p terrenis ꝛ caducꝭ sūmo studio se ornauit. Ego tibi placere ꝓposui ꝛ ꝑ meā negligentiam nō impleui. Ecce quō iste vie peccatorum sunt oms pessime. ita vt peccatores aliqñ conuersi dicant ꝛ soli recognoscant. illud confitentes Sapie.v. Lassati sumus in via iniquitatis ꝛ perditionis. Viam aūt dñi ignorauimus. Ne igitur peccator ambulet vlterius vias istas pessimas iubet a saluatore ire ꝑ viam bonā ꝛ rectam ꝛ immaculatam. Nam de eterna sapiētia que est filius dei dicit Prouerb.iij. Vie eius vie pulchre. ꝛ omes semite eius pacifice. Talem ergo viam hic suadet saluator peccatorib9 dicendo. Ite. sc3 viam mandatorū relinquentes viā peccatoꝝ Esa.lv. De

relinquat ĩpius viã suã. ⁊ vir iniqu⁹ cogitatões suas. Et Hiere. vj. c. State sup̱ vias ⁊ videte ⁊ interrogate de semitis antiq̈s: que sit via bona: ambulate in ea ⁊ inuenietis refrigeriũ aĩabꝫ vr̃is. ℭ

Dixi secũdo Qꝫ in verbis premissis hortat̃ saluator pctõres ad manifestandũ ꝯscientie reatum damnabilẽ. Cuꝫ dicit. Ostendite vos. Ac si dicat. Si operã medicãtis expectatis. oportꝫ vt vulnera vestra detegatis ſm Boeciũ. Vñ poeta dicit. Non intellecti nulla curatio morbi. Ostendite ꝰ vos. scꝫ peccatores in confessione. q̇ hucusq̧ latuistis in culpaꝝ occultatiõe. Vñ ꝯfessio nõ est aliud q̃ꝫ ostensio defectuum ꝓprioꝝ. Nam ſm Jsidoꝝ libro. iij. ethimologiaꝝ. Confessio est p̱ quã anime morbꝫ latens spe consequende venie in laudem dei aperit̃. Ex quo pꝫ ꝙ ad perfecte curandũ conscientie vulnera. necessaria est confessio peccatoꝝ ⁊ ostensio eoꝝ aperta Vñ Seneca epl'a. lviij. dicit. Omĩa vulnera in aperto leuiora sunt. Morbi quoq̧ ad sanitateꝫ tunc inclinant: cũ ex abdito erumpunt ⁊ viam suam ꝓferunt. Et sequit̃. Et auariciã ⁊ ambitionem ⁊ cetera mẽtis humane vicia tunc periculosa scias esse cum simulata sanitate subsistũt. Et Grego. in pastorali. c. xxxviij. Vulnera clausa plus cruciant. Nam cuꝫ putredo que interius feruet eijcitur ad salutem dolor aperitur.

Sed diceres. Quare debeo ꝯfiteri peccata ore vt exterius appareant in ꝯfessiõe Nõne deus nouit abscondita cordis mei melius q̃ꝫ ego possum dicere. Ad quod respondet Aug⁹. libro. iiij. Omeliaꝝ. Omelia. xij. in ꝑncipio. Non vult deus vt ꝯfiteamur pctã nostra ideo ꝙ ea ĩpe scire nõ possit. Sed qꝛ diabolus hoc desiderat vt inueniat qđ nobis ante tribunal iudicis eterni obijciat. ideo vult vt magis defendere q̃ꝫ accusare nostra peccata velimus. Econtrario aũt deus noster: quia pius ⁊ misericors est vult vt ea confiteamur in ħ seculo. ne ꝓ illis ꝯfundamur postmodum in futuro. Si eñ confitemur. ille parcit. Si agnoscimus. ille ignoscit. Et põit ibi pulchꝝ exemplũ de serpente illo q̇ ꝑmos parentes p̱ supbiam deiecit. ⁊ nos om̃es similiter infecit. Quando ergo videt nos ad deũ redire in ꝯfessione p̱ hũilitatẽ valde impedit: ne xp̄m hũilẽ ducẽ ipso ꝯtempto sequamur. Hec ille. Non est ꝰ putandũ ꝙ deus velit aperiri occulta cordiũ nostroꝝ vt ea sciat. sed ideo vt cũ sic aperiendo ⁊ nostros defectus exponẽdo coraꝫ eo hũiliamur a pctĩs nostris curemur. Vñ Aug. lib. x. Confessionũ ait. Manifestus sum tibi dñe quicũq̧ sum. Neq̧ eñ ago ꝟbis carnis ⁊ vocibꝫ sed ꝟbis aĩe ⁊ clamore cogitationis qm̃ nouit auris tua. Et sequit̃. Cum eñ malus sum nihil aliud est cõfiteri tibi q̃ꝫ displicere mihi. qm̃ tu dñe benedicis iustum. sed prius euꝫ iustificas impium. Hec ille. Ex quibus patet ꝙ cõfessio peccati a deo instituta est maxiẽ ꝓpt humilitatẽ nostrã. Unde Aug⁹. sup̱ Ps. lxvj. dicit. Ad hoc deus exigit cõfessionẽ vt liberet humilẽ. ad hoc damnat nõ confitentẽ vt puniat supbuꝫ. Ex ħ patꝫ ꝙ ad ꝯfessionẽ maxime requirit̃ humilitas. per quã hõ se ostendit peccatorẽ fragilẽ ⁊ defectuosum corã deo. Unde Aug. sup̱ Canonicã Johis. Omelia. j. Si te ꝯfessus fueris peccatorem. erit in te veritas. Et sequit̃ post pauca. Humilitas p̱tinet ad cõfessionẽ. qꝛ dũ confitemur nos peccatores esse. ipa est humilitas. Hec ille. Ex his ꝰ infero ꝙ q̄nto plus homo ꝓprios defectus cognoscere nõ curat. tanto minus p̱ humilitatẽ deo se esse reũ ostendit. Vñ Aug⁹. lib. iij. de verbis dñi ſmone. xij. dicit. Nõ dr̃ tibi. Esto minus q̃ꝫ es. sed cognosce qđ es. Cognosce te infirmũ. coğsce te hoiem cognosce te peccatorẽ. Cognosce illũ q̇ te iustificat. Cognosce qꝛ maculosus es. appareãt in ꝯfessione tua macule cordis tui ⁊ p̱ penitentiã p̱tinebis ad gregem christi Hec ille. Et post hoc dicit idem Aug⁹. in lib. de dñica oratione. ⁊ lib. v. de p̄destinatione sanctoꝝ. Qꝫ in cõfessione deus vult vt recordemur peccatoꝝ nostroꝝ. ne quis quasi innocens sibi placeat ⁊ se extollẽdo plus pereat. Nam ait Grego. xxij. moral. Vere hũilitatis insignia sunt iniq̄tatẽ suam quãq̧ veraciter cognoscere: ⁊ cognitã voce ꝯfessionis apire. Et ex his pꝫ r̃nsio ad illaꝫ questionẽ q̃ querit̃. Quare hoies seculares raro ꝯfitent̃. ħ eñ nõ ꝓuenit nisi ex ig̃rantia ḡuitatꝭ pctĩ. Ex q̄ eñ nõ cognoscunt se pctõres. ⁊ ꝓpter supbiam coꝝ

pessimam dedignant̄ humiliari sepius in
confessione ne ꝓ talibus habeant̄ quales
sūt. sed volūt potius vt habeant̄ ꝓ bonis
ac iustis ⁊ virtuosis quales nō sunt. De q̄
bus dicit Seneca ep̄la. liiij. Quare vicia
sua nemo ꝯfitet̄ nisi quia ea ignorat. Vñ
ꝭm ip̄m ep̄la. xxix. Qui peccare se nescit:
corrigi nō vult. Et Grego. sup illud Job
xlij. Idcirco meip̄m rep̄hēdo. dicit. Quā
to minus quisq; se videt. tanto minus si
bi displicet. ⁊ quāto maioris gratie lumē
ꝑcipit. tanto amplius rep̄hensibilē se esse
cognoscit. Taliū hoīm conscientiā Berñ
in libro de cognitione sui cap̄. xxiij. vocat
vulpinam. ⁊ per consequēs hypocriticam
⁊ simulatam. eo ꝙ ꝭm ip̄m exteriorem su-
ꝑficiem intuētes salua eis oīa arbitran
tur. nō sentientes vermē interiorē qui inte
riora corrodit. Propter hoc idem Berñ.
ibidem cap̄. xxvj. dicit. Sicut membrum
quod dolorem nō sentit. mortuū esse dicit̄
Morbus autē insensibilis incurabilis est
Patet ergo ꝙ ante oīa necessaria est co
gnitio peccatoꝝ in homine. si debet sequi
apertio ⁊ ostensio conscientie in ꝯfessione
Apertio autē ista ꝯscientie debet esse non
qualiscūq; aut qualitercūq; sed lachrymo
sa ⁊ flebilis. Dicit enim Crisost. in fine libri
sui. de reparatione lapsi. Condemnare se
metip̄m ⁊ peccatorē dicere. cōmune hoc ē
oīm etiam pene infidelium. Multi enim
de scena seu de prostibulo viri ⁊ precipue
mľieres impudice peccatores semetipsos
⁊ sceleratos ostendūt. sed non eo ꝓspectu
hoc dicūt ꝙ cupiant emendari. ideo non
est ista dicenda confessio. nō em̄ est hec ex
corde compunctio. nec in amaritudine la
chrymaꝝ talia ꝓferūt. nec eo affectu qua-
si qui oderūt ea que accusant. Unde Gre
go. super Job. vij. dicit. Sepe ⁊ reprobi
peccata sua confitent̄. sed deflere contem
nunt. Electi vero suas culpas quas voci
bus cōfessionis aperiūt. districte animad
uersionis fletibus insequunt̄. Hec ille Et
tantū de secūdo.

D

Dixi tertio Q in verbis ꝑmis
sis christus cōmen
dat p̄latoꝝ seu ministroꝝ ecclesie dignita
tem honorabilem. Remisit namq; ad illos
leprosos ꝓpter manifestandum miraculum
mundationis ipsoꝝ. ⁊ ꝓpter preceptum le
gis. ⁊ ꝓpter humilitatis virtutem: ⁊ ꝓpter
mysticam significationem. Significauit
em̄ xp̄s ꝑ hoc ꝙ post mundationē interio
ris peccati ꝑ contritionē. necessaria est ad
huc oris ꝯfessio coram sacerdote Merito
igitur isti ad sacerdotes mittunt̄. quoꝝ ē
discernere inter leprā ⁊ lepram. inter mor
bū ⁊ morbum: ⁊ hos admittere. illos abij
cere. Ipsi em̄ habent claues ligandi ⁊ sol
uendi in terra: sine his nō potest peccator
ad deū accedere. nec gratiam obtinere nec
veniam mereri peccatoꝝ saltem extra ca-
sum necessitatis. Unde Aug°. de vera et
falsa penitentia cap̄. x. Qui confiteri vult
peccata vt inueniat gatiam. querat sacer-
dotem scientem soluere ⁊ ligare. ne cū ne-
gligens circa se fuerit negligat̄ ab illo qui
eū misericorditer monet ne ambo in foue
am cadant quā stultus euitare noluit. Ec
ce hic duo innuit Aug°. Primo vt pecca
tor inueniat gratiā debet accedere sacerdo
tem. Secūdo vt talis querat sacerdotem
nō qualēcūq; sed scientificū. Per p̄mū ar
guit̄ error hussitaꝝ dicentiū sufficere solā
contritionē ꝓ peccatis deo factā. Contra
quos est Aug°. libro de visitatione infir-
moꝝ. dicens. Sunt q̄dam q̄ sufficere sibi
ad salutem annūciant si soli deo cui nihil
occultū est ⁊ quem nullius ꝯscientia latet
sua ꝯfiteant̄ crimina. Nolūt em̄ siue eru-
bescunt siue dedignant̄ suis ostendere sa-
cerdotib;. quos tamen inter leprā ⁊ leprā
discernere ꝑ legislatorē constituit dñs Et
sequit̄. Nolo vt tali decipiaris opinione
quatinus ꝯfundaris ꝯfiteri coram dei vi
cario. ⁊ habescens ꝑ rubore vel ceruicosus
ꝑ dedignatione. Nam ipsius hūiliter sub
eundū est iudiciū quem deus sibi nō dedi
gnat̄ esse vicariū. Ergo ad te roges veni-
re sacerdotē si infirmus es. ⁊ fac ip̄m ꝯsci
entie tue plenissime ꝑticipē. nō seducat te
illa somniantiū supstitio. que musitando
seu titubando ꝯfirmat ꝙ incōsulto sacer-
dote saluet ad deū sola confessio. Hec ille
Nos aūt nō abnegamus q̄n sit ad deum
frequēter deferenda pctōꝝ ꝯfessio. Btūs
em̄ q̄ tenebit ⁊ allidet paruulos suos. vel
maximos. ad petrā. Petra aūt xp̄s ē. Sz
detestamur ⁊ detestat̄ illud sacra doctrīa.
Uade inquit ostende te sacerdotib;. Re-
sponsum est diuinū. ⁊ ꝯfitemini alterutrū

peccata vestra. inquit apl'us Jacob. Ci-
catricū ergo tuaꝝ arbiter vice dei adhibe
atur pſbyter. ⁊ reuela ei vias tuas: ⁊ ipſe
exhibebit tibi antidotū reconciliationis.
Hec ille. Per ſecundū arguunt mundani
⁊ ſeculares vani. q̄ querūt ſacerdotē igna
rū indoctū ⁊ minus ꝓ audienda cōfeſſiōe
idoneū: qui cum eis mite ⁊ leniter ꝓcedit
⁊ eis paruam vel nullam penitentiā impo
nit. Contra quos dicit Aug'. in libro de
vera ⁊ falſa penitentia cap̄. x. Qui confi-
tetur om̄ino ſacerdoti meliori quē habere
poteſt confiteat. Talem vt dicit ipſe libro
de ſalutaribus documentis. ſequamur et
ꝑquiramus qui ſciat curare peccata ꝓpria
⁊ poſtea vulnera aliena vt ꝑfectus medi-
cus. cū talibus ꝯſilium ſalutis noſtre ine-
amus vt nō ꝑdamus hereditatē celeſtem
quā nobis ab initio mundi deus ꝓmiſit.
Hec ille. ¶ Ex his infero duo. Pri-
mū ꝙ magne vtilitatꝭ eſt ſacerdoti doctio
ri ⁊ magis ſcientifico q̄ꝫ ſimplici ⁊ indo-
cto licꝫ ſanctiori confiteri. Iſtud patet ex
eo quia ſm̄ Bonauenturam in quodam
ſermone de penitentia. Sacramentū con
feſſionis vocalis inter cetera a deo eſt in-
ſtitutū ad peccatoꝝ patrociniū acquiren-
dum. quia ſicut videmus in cauſis ciuili
bus ꝙ cōmuniter hoīes indigēt patronis
q̄ ſint periti in iure vt penas iuris poſſint
vitare ⁊ tales oportet in ſua cauſa ordina
te ꝓcedere. Ita multo magis ſm̄ ipſum in
ſpiritualibus eſt. ⁊ ideo ſm̄ ip̄m expediēs
eſt ſacerdoti ſua reuelare peccata. qui de
vitandis ſanum ꝯſilium poſſit dare. ꝓpter
quod eſt eligendus ſacerdos doctus qui
poſſit ⁊ ſciat diſcernere inter lepram ⁊ le-
pram ſicut ad eius officium ſpectat. vt pa
tet in Leuitico. Secūdo ex hoc infero ꝙ
magna eſt dignitas ſacerdotum quos ſic
deus honorauit vt eis vices ſuas in terrꝭ
cōmitteret: ⁊ per eos nos a peccatis pur-
garet. Unde Grego. libro. v. regiſtri ſui
hortans Mauriciū imperatorē ad debi-
tam reuerentiā ſacerdotib' exhibendam.
Non indignetur inquit dn̄s meus ſacer-
dotib' ꝓpter eum cuius ſerui ſunt. vt eis
debitam reuerentiam impendat: quia illi
aliquādo in diuinis eloquijs dij. aliquan
do angeli noīantur. Exodi eñ. xxij. dicit.
Dijs nō detrahes. Et Malachie. ij. dicit

Ꝙ angelus dn̄i exercituū eſt. Hoc eſt con
tra illos qui deturpāt ſacerdoteſ. Legitur
de Conſtantino imꝑatore ꝙ cum fuiſſent
ſibi qnedam accuſationes contra epiſco-
pos in ſacra ſinodo Nicena porrecte. Ipe
omnes combuſſit dicens. Uos dij eſtis.
a ſolo deo iudicari debetis. ⁊ dignum nō
eſt vt nos iudicemus deoſ. Et ſimiliter ħ
habetur libro q̄nto tripartite hyſtorie vbi
ſil'es accuſationes refutauit dicens. Iſta
habebūt tempus ſuū in die iudicij coram
illo qui iudicaturus eſt om̄es. Mihi hoī
iudicare nō licet de vobis. Ibi etiaꝫ legit
quō locatis epiſcopis in loco ſuꝑiori. ipſe
reſedit in loco inferiori. Propter quam re
uerentiā ſacerdotibus recte ꝑ ipſum impē
ſam. deus ſibi in om̄ib' aſtitit ⁊ ſibi ſignū
ſancte crucis in ſomno oſtendit. dicens.
Conſtantine in hoc vinces. Hec ibi. Re-
fert etiam Grego. ꝙ pagani principes ve
rum deum neſcientes. deos ligneos vel la
pideos colebant. ⁊ tamen eoꝝ ſacerdoti-
bus maximū honorē impendebāt. Quid
ergo mirū ſm̄ ip̄m. Si imperator chriſti-
anus vel princeps vel quilibet dn̄s veri
dei ſacerdotes honoret. dum pagani prin-
cipes vt prediximus honorem impendere
ſacerdotibus ſuis nouerunt qui ligneis ⁊
lapideis dijs ſeruiebant. Ex hoc patet ꝙ
inhonorantes ſacerdotes aut deteſtantes
eos perturbantes aut grauātes ſiue in eo
rū perſonis ſiue in rebus: deteriores ſunt
paganis ⁊ ſaracenis aut tartaris qui pro
prios ſacerdotes honorant. Ac ꝑ hoc cō-
uincunt fideles etiaꝫ deum verū minime
honorare aut curare. Iuxta illud ſaluato
ris. Qui vos ſpernit me ſpernit. Et q̄ vos
tāgit. tāgit pupillā oculi mei. De Alexan-
dro magno legit ꝙ cū ꝓceſſiſſꝫ ꝯtra hieru
ſalem ⁊ epiſcopus iudeoꝝ ſibi obuiam ꝓ-
ceſſionaliter ꝓceſſiſſet. mox de equo deſcē
dit ⁊ ei reuerentiā exhibuit. Pharao q̄uis
īmaniſſimi ⁊ duriſſimi cordis fuerit: ipſe
tamen ſic honorauit ſacerdotes ꝙ etiam
tempe maxime famis ip̄is de regalib' hor
reis ſufficientem alimoniā ꝓcurauit. ¶
Sed diceres. Uere dn̄e dignū ⁊ iuſtū
eſt bonos ſacerdotes honorare. q̄s nos.
vt ait Hiero. ſcimus chriſtiani ꝙ nobis
deus poſuit iudices in terris. qui etiam
ante illum diem iudicij iudicant ⁊ habēt

clauem vite ⁊ mortis. Sed quis estimat honore dignos illos sacerdotes qui se exhibent in vita ⁊ morib⁹ ꝑ omnia indignos vacantes potib⁹. comesationib⁹ ⁊ ceteris secularib⁹ vanitatib⁹. ꝙs tales nisi stultus iudicare possit nō p̄mio honoris sed potius supplicio pudoris esse dignos. Ad qđ ego:imo nō ego sed ille magnus Grego. lib.v. Registri sui r̄ñdens ait. ꝙ ea q̄ dicta sunt de honore sacerdotū aut alia q̄ legūt in scripturis. nō tm̄ specialr̄ ꝓ bonis. sed etiā generaliter ꝓ malis sunt interp̄tanda qm̄ adhuc nescimus qualis sit futurus. Etem̄ paulus dicit. Nolite ante tēpus iudicare. scꝫ de occultis: quoadusqꝫ veniet dñs. Nam sunt multa que de illius iudicio hoīes ignorāt. quia fortasse quod vos laudatis ille rep̄hendet. Et que vos rep̄hendītis ille laudabit. Hec Grego. Hoc est contra illos qui ꝓpter leuem suspitionē. vt forte quia sacerdos descendit ad inuitatam. vel locutus est cum femina. statim iudicant eum ꝑuersum ⁊ indignū: ⁊ dedignant̄ eius missam. Contra ꝙs dicit Lucius papa de cohabitatione clericoꝝ ⁊ mulierū. Vestra. Non pōt ꝙs q̄ntūcūqꝫ pollutus diuina polluere sacramēta. que purgatoria cunctaꝝ ꝯtagionū existunt. Qualiscūqꝫ em̄ sacerdos sit: que sancta sunt coinquinari ab eo nō possūt. Sumite ḡ ab omni sacerdote xp̄i mysteria. qꝛ omnia in fide xp̄i purgant̄. Hec ille. Et idem vult canon Nicolai pape. xv. q. viij. c. fi. Sciscitantib⁹. ꝙ a tali sacerdote cōio recipiatur ꝙusqꝫ iudicio epoꝝ reprobetur. Qm̄ mali bona ministrando tm̄modo se ledūt. ⁊ cerea fax accensa sibi q̄dem detrimentū prestat. alijs ꝓo lumen in tenebris ām̄inistrat ⁊ vnde alijs cōmodū exhibet. inde sibi dispendiū prebet. Et sequit̄. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepidi xp̄i misteria. quia om̄ia in fide xp̄i purgant̄. Fides em̄ est que vincit huncmūdū: ⁊ qꝛ nō dantis sed accipientis. sic dicente beato Hiero. ad credendū om̄i aīe baptismus est p̄fect⁹ ⁊ in oī sacerdote corpus xp̄i ꝑfectū. Hec Canon. Quādiu ergo quis tolerat̄ ab ecclesia in officio suo. nō debet a quoqꝫ vitari. Vñ licꝫ dep̄hensus in adulterio sit infamatus de crimine. tamen nō sufficit ad h̄ vt abstineat̄ ab eius officio ⁊ sacramentis suis nisi infamet̄ ꝑ sn̄iam. vt dicit glosa dicti cap̄li. Sciscitantib⁹. ⁊. xxxij. di. §. Verum. Requirit̄ ergo ꝙ sit dep̄hensus ⁊ ꝯuictus. vt de iudicijs. Cū nō ab hoīe. Bene tm̄ ꝯceditur. ꝙ oīs sacerdos in peccato mortali existēs est suspensus quo ad se. scꝫ vt nō celebret: qꝛ alias peccat mortaliter. j. q. j. Sacerdotes. Sꝫ talis nō ē suspēsus q̄ ad alios nisi sit ꝑ sn̄iaꝫ p̄cisus vel notori⁹ fornicator aut simoniacus aut scismaticus. vt. xxxij. di. §. Verū. Quādo ergo dicit̄ ꝙ nullus audiat missam p̄sbyteri quē scit indubitāter habere concubinā. xxxij. di. c. Nullus. Dicendū ꝙ loquit̄ de illo cuius crimen est notoriū ꝑ sententiaꝫ vel ꝓpriam confessionem vel ꝑ facti euidētiam. Talis em̄ p̄mo a subditis vitari debet ad confusionem ipsius vt a tali peccato desistat. vt in ca. Vestra. de cohabitatione clericoꝝ ⁊ mulierū. Ex quo infero ꝙ nō obstante malicia sacerdotū q̄diu tolerant̄ ab ecclesia. p̄sertim si nō sunt notorij fornicatores debent a subditis honorari. ⁊ xp̄s honorauit sacerdotem quē sciebat sacrilegum. xciij. di. Dñs. Per quod ſm Ciprianū docuit malos sacerdotes etiaꝫ honorare nos. Pro quo honore nobis tribuat honorem celestis curie dñs noster iesus christus qui viuit ⁊ regnat per secula seculoꝝ. Amen.

Dñica. XIIII. post trinitatis. II. Sermo. CXI.

Nonne decē mundati sunt. ⁊ nouem vbi sunt Luce. xvij. Sicut ait Petr⁹ rauañ. in q̄daꝫ epistola. Nihil est quod adeo ad indignationem ꝓuocet altissimū sicut ingratitudo. Ipsa em̄ est maloꝝ ꝓuocatio. beneficioꝝ exinanitio. meritoꝝ extermīatio. Hec ille. Et Berñ. sermone. lij. dicit. O ingratitudo hostis est gratie ⁊ inimica salutis. Unde ſm ipsum nihil sic displicet deo presertim in filijs gratie quēadmodum ingratitudo. Propter quod ſm Bernhar. sermone. xxxv. super Cantica. Nihil auget̄ ingrato. sꝫ quod accipit. vertit̄ ei in ꝑniciem. Istud patet hic in euangelio de nouem leprosis. qui ꝓ eo ꝙ de cura lepre a qua fuerūt ꝑ christum mundati

regratiari noluerūt. nec ad eum fuerūt re-
uersi tanq̄ indigni. obliuiosi: ⁊ ingrati vo
ce saluatoris arguunt. quasi ab eo ignorē
tur vbi sint. Magna quippe superbia est
ſm Bern̄. in lib. de diligendo deū. ca. ij. ⁊
delictū maximū. vti datis tanq̄ innatis.
⁊ in acceptis bn̄ficijs gl'iam vsurpare. nō
reddere. Tales plinius in ꝓlogo natural'
hystorie vocat merito fures ⁊ infelices q̄
bn̄ficia recepta nō recognoscunt. aut mu-
tuo nō reddunt. Et Seneca ep'la. lxxxiij.
appellat tales peiores serpētib᷑. Nā serpē
tes venenū ī alienā ꝑniciē ꝓferūt. sine sua
ꝑuant. Ingrati vero sine ꝓpria ꝑnicie nō
possunt in se viciū ingratitudinis ꝯserua
re. Ex quib᷑ patet ꝙ valde iniquū ⁊ iniu-
stum est. si creatura nō reddet grates suo
creatori pro beneficijs acceptis. Cum di
cat Seneca ep'la. xviij. Hoc certe iniusti
cie ꝯuenit suā cuiq̄ ꝓ bn̄ficio nō reddere
grām. Merito igit̄ isti nouē leprosi mun-
dati ꝑ xp̄m rep̄hendunt̄ tanq̄ iniusti. q̄
ꝓ bn̄ficio mūdationis. suū nesciuerūt vel
noluerūt laudare curatorē. de quib᷑ incre
patorie dicit̄. Nōne decem mūdati sunt.
⁊ nouem vbi sunt. In quib᷑ verbis argui
tur hūana ingratitudo ꝑ deū. Per qd̄ no
bis suadet ⁊ ꝯsulit̄ virtus gratitudinis di
uinoꝝ bn̄ficioꝝ. Ad quam merito poteri-
mus induci si triplicem ꝯsiderationē cir-
ca hoc attēdamus. Nam si ponderemus
gratitudinis necessitatē. Si ꝯsideremus
gratitudinis vtilitatē. ⁊ si deniq̄ cogno-
uerimus ingratitudinis deformitatē abs
dubio sufficient̄ moueri poterimus. vt dō
gratias melius q̄ isti nouē leprosi ꝓ bn̄fi-
cijs suis ꝯtinue reddamus. A

Dixi primo ꝙ si ponderemus gratitudinis ne-
cessitatem. sufficienter moueri poterimus
vt deo gratias ꝓ beneficijs suis continue
reddamus. Magna q̄dem necessitas in-
ducit hoīem ad reddendā gratiarūactio-
nē illi scʒ deo suo. sine q̄ nihil boni potest
facere. Johis. xv. Sine me nihil potestis
facere. Quicq̄d em̄ homo habet. a deo ha
bet. Sicut Ap'lus dicit. Quid habes qd̄
nō accepisti. Nam ſm Ber. sup Cantica
ſmone. xiij. Sicut origo fluminū ⁊ fon-
tiū est mare. Sic oīm virtutū ⁊ graꝝ p̄n-
cipiū est xp̄s. Jō ap'lus de se ait. j. Coꝝ. j.

Gratias ago deo meo semꝑ ꝓ vob̄ in gra-
tia q̄ data est mihi. q̄ in oīb᷑ diuites fa
cti estis in illo. Cū ḡ tota sufficientia nr̄a
ex dō est: vt dr̄. ij. Coꝝ. iij. Merito ad deū
debet semꝑ recurrere nr̄a laudatio: vt me
reamur iteꝝ accipe. Juxta illud Eccs. j.
Ad locū vn̄ exeūt flumia: reuertunt̄ vt ite
rū fluant. Astringit̄ autē hō ad agendum
gr̄as deo quadruplici necessitate. Primo
q̄ ip̄a gr̄arūactio est q̄dāmodo ꝓpria fide
liū operatio. Secūdo q̄ ipsa est receptoꝝ
augmentatio. Tertio q̄ est diuinitatis ꝓ
testatio. Et q̄rto q̄ nr̄e necessitatis ⁊ de-
fectuositatis demonstratio. De p̄mo patʒ
quō ip̄a est ꝓpria bonoꝝ ⁊ seruoꝝ xp̄i fide
lium oꝑatio. Fideles nāq̄ serui ad nihil
aliud vacant nisi ad dilatandum gl'iaʒ ⁊
honorē dn̄i sui. Et ideo sancti viri sciētes
hanc ꝓpriam esse oꝑationē ipsoꝝ. eo ꝙ ad
hoc quisq̄ natus est vt deū laudet oīb᷑
postpositis. insistunt laudib᷑ diuinis agē
tes gratias ꝓ beneficijs acceptis. Est au
tem ita ꝓprium hoc seruis dei. scilicet deū
laudare pro beneficijs: vt etiaʒ in celo ne-
quaq̄ ab eis possit auferri. q̄. Beati qui
habitant in domo tua dn̄e. Nihil aliud fa
ciūt. nisi in secula seculorum laudabūt te
De quibus dicit̄ Esa. lj. Gaudium ⁊ leti-
cia inuenietur in ea. gratiarūactio ⁊ vox
laudis. Unde istud artificium bonum est
nobis in presenti addiscere quod credi-
mus indubie nos sine fine in celo operari
Ex quo infero ꝙ nihil sic christianum de
bet delectari sicut gratiarumactio diuine
maiestati. patet. quia in omnibus sacrifi-
cijs. oblationib᷑. elemosinis. ieiunijs ⁊ a-
lijs quibuscūq̄ siue actionibus siue passi
onibus ad que christiani tenentur. deus
nihil requirit nisi laudem ꝓpriam ⁊ gl'iaʒ.
Juxta illud. Sacrificium laudis honori
ficabit me. Et ex hoc secūdo infero ꝙ gra
tiarūactio excedit oīa holocausta victi
mas. sacrificia. oblationes. thurificatio-
nes. incensa ⁊ quecūq̄ alia. Istud patet.
q̄ ista omnia ordinant̄ ad gratiarūactio
nes tanq̄ ad finē. ptʒ igit̄ ꝙ gr̄arūactōes
sunt p̄cipue. Cū finis sit melior ordinatis
in finē. Propter qd̄ deus offerentibus si-
bi sacrificia sine intentione hm̄ōi redden
di gratias. dixisse legitur in Psalmo. Si
esuriero nō dicam tibi. meus est em̄ orbis

terre. Et sequit̃. Nunq̇d manducabo car
nes thauroꝝ: aut sanguinem hircoꝝ pota
bo.q.d. Ista nõ sunt accepta nisi inquan
tũ sunt laudis materia. Ideo statim sub/
dit. Imola deo sacrifiũ laudis. Propt̃ qd̾
hermes termegistus in libro suo de natu/
ra deoꝝ q̇ logos Cileos appellat̃: versus
finem dixit. ꝙ nõ est cõueniens deo thus
vel mirram offerre ꝛ incendere. estimãdo
ꝙ deus in hoc delectet̃ principaliter. ꝛ sic
eũ sicut ydolũ adorare. Sed nos inquit
gratias agendo deũ adoremus. He sunt
em̃ sũme incẽsiones cuꝫ gratie agunt̃ deo
a mortalibꝫ. Et Aug. in epl'a ad Marcel
linũ ait. ꝙ nihil gratius animo vel meliꝰ
ore ꝑmimus aut calamo scribimus q̃ꝫ d̾o
gr̃as. Nihil ei breuius dici nec audiri po
tius potest nec fructuosius quicq̃ꝫ agi po
test. Hec ille. B De secũdo quõ gra
tiarũactio ẽ bonoꝝ a deo receptoꝝ augmẽ
tatio. ptꝫ. Sicut em̃ agricola illam terrã
libentius seminat que sibi fructũ reddit.
sic deus ipsos sepius beneficijs visitat q̇
eum ꝓ acceptis laudant. Unde Cassiod̾.
lib. iiij. epistolaꝝ dicit. Inuitat ad magna
qui gratãter accipit modica. ꝛ spem de fu
turis recipit q̇ trãsacta beneficia recogno
scit. Legit̃ de elephante ꝙ quãdo infirmi
tatẽ incurrit q̃ndam herbam ꝓ recuperan
da salute colligit. sed anteq̃ꝫ eaꝫ in cibum
accipiat ad flumen accedẽs se lauat ꝛ her
bam versus celũ eleuat quasi gratias deo
agat: ꝛ ab eo salutẽ deposcat. Turpe est ḡ
nõ facere hoĩ quod facit bestia. Et si non
mouent hominẽ ad hoc beneficia futura
que a deo expectat. debent maxime moue
re p̃terita que iam ei ꝓfuerũt. vt dicit Se
neca in quadam epistola. alioq̇n meretur
priuari datis qui non agit gratias ꝓ eis.
Sicut Apostolus ostẽdit de philosophis
Roꝝ. j. dicens. Qui cum deum cognouis
sent. nõ sicut deum glorificauerũt. nec gra
tias egerunt. sed euanuerũt in cogitatio/
nibus suis. ꝛ obscuratũ est insipiens cor
coꝝ. Ubi augꝰ. ait. Quod deus dedit gra
tis. tollit ingratis. Sicut patet etiam de
Ezechia Esa. xxxviij. ꝛ. xxxix. Qui priua
tus ꝓ ingratitudine fuit ꝛ punitus. eo ꝙ
nõ laudauit deum ꝓ victoria facta de sen
nacherib. Sicut late habet̃. iiij. Reg. xx.
De tertio quõ gratiarũactio est diuine
maiestatis ꝓstatio. ptꝫ. In hoc em̃ ꝙ d̾o
de suis beneficijs regratiamur eũ deũ no
strũ ꝓstamur. Et h̾ fecit filius dei Mar
ci. viij. Qui volens de septem panibꝫ sati/
are quinq̃ꝫ milia hoĩm: ꝑmo gratias egit.
Idem legit̃ fecisse cũ sacratissimũ suũ cor
pus ꝛ sanguinẽ fert̃ in cena vltĩa ꝯsecras/
se ꝛ discipulis tradidisse. In om̃ibꝫ docẽs
ad deũ nostra beneficia esse referenda tã/
q̃ꝫ ad illũ a quo om̃e datũ optimũ ꝛ omne
donũ ꝑfectum desursum est Jaco. j. De
quarto quõ gratiarũactio est nostre neces
sitatis demonstratio Qui em̃ regratiat̃ su
am indigentiaꝫ ꝓstat̃. Unde hec est rõ
moralis quare decime dant̃ ꝛ q̃re deo sũt
specialiter dedicate. Sic em̃ dicit Rober
tus Holgoth sup̱ libꝝ Sapie. c. xviij. De
cem est nũerus ꝑfectus. nouẽ vero impfe
ctus. ꝛ ideo dũ nobis nouẽ retinemus. de
cimũ deo damus. nobismetipis impfecti/
onẽ ascribimus. ꝛ oẽm ꝑfectionẽ soli deo
attribuimus. Eodẽ modo dũ gratias agi
mus ꝓstamur ꝙ nihil nisi de eius mune
re possidemus. Patet ḡ ꝙ necessario deo
gratias agere debemus. C

Dixi secundo Q si ꝯsidere/
mus gr̃arum
actionis vtilitatem abs dubio moueri po
terimus vt gr̃as deo agamus. Sunt aũt
multa beneficia ad nostrã vtilitateꝫ data
a deo. ꝓ quibus si gratias agemus d̾o ma
gnam vtilitatem reportabimus. quia vi/
tã eternã. Sunt aũt ista bñficia inter cete
ra p̃cipua. scꝫ nostre beneficiũ creationis.
redemptionis. expectatiõis. iustificatiõis
ꝯseruationis. ꝛ p̃miationis. De opere cre
ationis dicit Bern̄. in s̾mone q̇dam. Cõ/
sidera deum in bñficio creationis ꝙ crea
uit te sine merito tuo. Juxta illd̾ Ps̄. Bo
noꝝ meoꝝ nõ indiges. qꝛ nihil ante ꝓme
ruit q̇ nihil penitus fuit. Cogita qualẽ te
fecit creaturã. s̾m corpus egregiã. s̾m ani
mã magis egregiã. vtpote imaginẽ crea/
toris insignẽ. rõnis ꝑticipẽ. beatitudinis
sempiterne capacẽ. Considera ꝛ tui noĩs
potestatẽ. Terror em̃ hoĩs sup̱ om̃ia aĩan
tia ĩminere decernit̃. Considera ḡ largita
tis administrationẽ: q̃nta tibi largitus est
ad sustentationẽ: q̃nta ad eruditionẽ. q̃ꝫta
ad cõsolationem. q̃nta ad correptionem.
quãta ad delectationem. Pro his ergo ni

hil facias nisi gratias agas. Hec Bern.
De ope redemptiõis dicit idem Bern. in
smone alio. O bone iesu q̃d tibi ꝛ morti.
Nos mori debuim⁹ ꝛ tu soluis. Nos pec
cauimus ꝛ tu tollis. Opus sine exemplo.
gr̃a sine merito. charitas sine mõ. De bñ-
ficio expectatiõis q̃ nos peccantes expe-
ctat ad pniam. patz. Nam q̃tiens peccat
hõ mortal'r. totiens indignus est vita. Et
ideo totiens est in statu mortis ꝛ meretur
statim detrudi de mũdo ad infernũ. Vñ
si illi tenemur ad regratiãdũ q̃ nos de pe-
riculo mortis corpalis vel a mutilatione
mẽbroꝝ liberat. Multo magis deo. qui a
morte vtriusqꝫ corporis vicꝫ ꝛ aĩe sepissi-
me liberat. Ideo. ij. Mach. j. dr̃. De ma-
gnis piculis a deo liberati. magnifice gra
tias agimus ipi deo. Narrat Cassiod. de
elephante. q̃ cuꝫ se arbori appodiauerit se-
misecte. id est ad medium incise. ꝛ arbore
fracta ceciderit. p se resurgere nequit. Si
ergo fuerit p hominẽ eleuatus magnã illi
refert gratiã. quia os suũ in manus hoĩs
porrigit. nec cibum nisi ab eo econtra ca-
pit. nec pgreditur nisi quo ille iusserit. Re
fert Petrus de lapiaria in tractatu de o-
culo morali. Inter alias ppietates ocu-
li corporalis sextam esse istam: ꝙ in capi-
te est collocatus. ad significandũ ꝙ oculi
nostri semp debẽt ad deum intendere. Iu
xta illud Psal. Sicut oculi seruoꝝ in ma
nibus dñoꝝ suoꝝ. Unde de sapiente dici
tur Ecclesiastes. ij. Oculi sapientis in ca
pite eius. Caput nostrũ christus est. in q̃
semp debent esse oculi mentis nostre p cõ
siderationem suoꝝ beneficioꝝ. Refert cõ-
mentator super librũ de animalibꝫ. Q̃ q̃-
dam paterfamilias aspidem quãdam nu
triuit in domo. sic ꝙ omni die hora pran-
dij ad eius mensaꝫ visitauit p cibo. Que
cum generasset duos filios. vnus eoꝝ tan
q̃s ferox filiũ hospitis venenauit. Quod
illa perpendens. statim illum suũ filiũ in
conspectu omniũ lacerauit: ꝛ cum alio fi-
lio verecũda de domo excessit. Ecce quõ
serpens sentit beneficium: ꝛ homo nõ sen
tit. Legitur etiam in hystorijs Romanoꝝ
Et idem refert Policratus Q̃ quidã an-
dronicus noĩe qui alias fuit pter sua cri
mina per imperatorẽ sentẽtiatus ad mor-
tem. ꝛ datus ad deuorandũ leoni. cui an-
te spinam de pede in nemore deposuetat.
Leo cum nullatenus mouit sed potius ab
alijs leonibus ne deuoraret ptexit. ꝛ illi
blanditus est demulcẽs crura illius ꝛ ma
nus. Quod videns imperator ãmiratus
est. ꝛ illum leonẽ illi andronico in seruitu
tem donauit. Et factũ est vt eo rome am-
bulante cum leone. oẽs dicerent. hic est
leo hospes hominis. ꝛ hic est homo medi
cus leonis. Ecce quõ ferocissima bestia
sentit beneficia humana. Sic m̃lto plus
debet sentire homo beneficia dina. D

Sed diceres quõ sunt gratiarũactio-
nes referende deo. Ad qd̃ respondeo fm
Robertũ Holgot sup libꝝ Sap. c. xviij.
Q̃ ad hoc req̃runt quatuor conditiones
Requirũt eñ gratiarũactiones magnani
mitatem. assiduitatem. vniuersalitatem.
ꝛ hilaritateꝫ. De magnanimitate dicitur
in Psal. Magnificate dñm mecum. i. ma
gnum pdicate. Et ideo quia homo inter
oẽa creata plus recepit a deo boni. Ps.
Non fecit taliter omni nationi. merito er
go vult ab eo magis laudari. Nam vbi ẽ
maior concauitas ibi magis de confluxio
ne radioꝝ. ꝛ ideo maior calor. scꝫ charita
tis diuine ꝛ laudis debet esse in tali corde
De assiduitate dicit᷑. j. ad Tessal'. ij. Grati
as agimus deo sine intermissione. Hec ẽ
ratio quare oẽs hore terminãt᷑ p deo gra
tias. in signũ istius ꝙ oĩa nostra opera
debent ordinari ad laudẽ suam diuinam.
De vniuersalitate dicit᷑ ad Eph. v. Grãs
agentes deo semp p oĩbꝫ. Bene dicit p
oĩbus. quia nõ solum p psperis: sed eti
am p aduersis gratiarũactiones sunt re-
ferende. Psal. Ad annũciandũ mane mi-
sericordiam tuam: ꝛ veritatem tuam per
noctem. Mane est psperitas. nox aduer-
sitas. Unde Cris. in tractatu de symbo-
lo dicit. Semp benedicite deũ. Si vene
rint mala: ꝛ dissoluent᷑ mala. Si pspera
venerint benedicite: ꝛ pseuerabũt pspera
Refert Aristo. lib. ij. politicoꝝ pe finem.
Q̃ plato inter alias leges statuit vt ciues
exercitarentur ad hoc vt fierent ambidex
tri. id est vt equaliter possint manu sini-
stra sicut dextra pugnare. Dextra signifi-
cat psperitatem. Sinistra aduersitatem.
Ps. Cadẽt a latere tuo. i. a sinistris in ad
uersitate. mille scꝫ deficientes per despe-

rationē. ꝛ decē milia a dextris tuis scz in ꝓsperitate extollenꝫ ꝑ ꝓsumptionē. In vtroqȝ ergo statu hō debet laudare deuȝ si vult bñ pugnare ꝯtra diabolum. De hilaritate seu iocunditate refert Solinus in li. de mirabilibꝫ mūdi. ꝙ in Allesa regione fons est semꝑ q̄etus ꝛ infra riuos suos manēs q̄ tñ ad cantū cithare vl' ad sonū fistularꝝ ītumescit ꝛ alueū suū excedit. Iste fons oīs bonitatis deꝰ est: q̄ ob letā grãꝝ actōēȝ statiȝ exuberat ꝛ bñficioꝝ suorum aquis inundat.

E

Dixi tercio ꝙ si cognouerimꝰ ingratitudīs deformitatē moueri poterimꝰ vt deo grãs agamus. valde eñ deforme est viciū ingratitudinis. qđ ſm Berñ. siccat fontē diuine pietatis ne fluat homini. Et ideo homo ꝑpendens tale ꝑiculum quo se priuat đi bñficio debet ab eo cauere ꝛ deum ꝯtinue laudare. Sunt aūt pctōres ingrati deo multipliciꝫ ſm Robertū Holgot suꝑ li. Sap. ca. xvj. Nā q̄dam dona dei nō cogitāt: ita ꝙ nunq̄ȝ pōderāt q̄ receperūt. sed attēdunt ad habenda q̄ hr̄e intēdunt. Et ista est potissima cā ingratitudīs. sicut dicit Seneca in li. đ beneficiis in ꝑncipio. Prima inq̄t cā est ingratitudinis ꝙ nouis sp̄ cupiditatibꝫ occupati nō q̄d habemꝰ sed q̄d petamꝰ attendimus. nec in id quod iam est. sed in id qđ appetimus intēti sumꝰ. Ex q̄ ego infero ꝙ ſm Senecā ad hoc ꝙ grati simus deo: indigemus bona memoria. Istud patet sic. q̄a sic ad ꝑfecte sciendū aliquā sciam non sufficit si hō semel eam discat. sed req̄riꝫ ꝙ pluries eā repetat. Ita ꝛ hic necesse est vt hō sepꝰ recordeꝫ: quid: cui: quātum debitor est. Et hac rōne ſm moralē intellectuȝ dies dñica videꝫ instituta fuisse a deo. vt si nō sepꝰ saltem illo die septimo et vltimo in hebdomada hō recogitet diuina bñficia. scȝ creatōis reparatōis. cōseruatōis. ꝑmiatōis. Hac ratione etiā rōnabiliter induxit ecclīa ꝛ statuit legi specialia officia missaꝝ corā laicis. et ꝑdicari alia singulis diebus dñicis. vt populus audiēs taȝ diuersa bñficia diuina in eplīs et euāgeliis ꝛ aliis lectōibꝫ sanctꝭ oliȝ patribꝫ ꝛ tandeȝ nobis facta ꝓ eis grãrum actiones deo referēdas assurgat deuotius.

F Sed sunt multi ꝓ certo q̄ de talibꝫ nihil curant. Nam q̄dam se bñficia a deo accepisse negant. q̄dam ꝓ̄o dissimulāt. q̄dā ꝓ̄o nō reddūt. q̄dam oīno obliuiscuntur: ꝛ isti sunt ingratissimi ſm Senecā. De quolibet tali pōt dici illud Eccī. xxix. Ingratꝰ sensu derelinq̄t liberantem se. Et bñ đr Ingratꝰ sensu. q2 sensuȝ memorie amisit. Secundo sunt q̄dā ingrati q̄ deū de suis bñficiis nō honorāt: siles porcis q̄ glādes q̄tidie comedētes nunq̄ȝ ad arbores respiciūt. Cōtra q̄s dicit Aresto. viij. Ethicoꝝ. ꝙ tales destruunt mutuā amiciciā. q2 oportȝ retribuere ꝛ refamulari iuxta posse ei qui gratiam fecit et seruire in recompensam collati bñficii. In signuȝ huiꝰ refert Seneca in ꝓ̄fato libro đ bñficiis. Poete finxerunt tres sorores filias veneris ꝛ liberi patris virgines: q̄ cōplexis manibꝫ q̄si choream facientes se tenebant ridētes et lucida veste indute. Quaꝝ due ꝯuerse ad nos fuerunt. Tercia vultum auertit. In q̄ significaꝫ qualis debet esse gratiarū actio. In hoc eñ ꝙ fuerunt virgines: significaꝫ ꝙ incorrupta ꝛ sincera debent fieri beneficia. Itē ꝙ connexis manibꝫ faciebāt circulum: significaꝫ ꝙ bñficia debent ire ab vno ad aliū ꝑ grãm mutuā. Item ꝙ erāt ridentes: significaꝫ ꝙ hilarē debēt hr̄e datoreȝ. Itē ꝙ fuerūt nude: significaꝫ ꝙ bñficia nolunt nec debent latere. Et in hoc q̄sdaȝ arguit Seneca q̄ furtiue grãs agūt in angulo et verenꝫ palaȝ fateri vt ꝓprio ꝛ non alieno adiutorio habere dicanꝫ. Sed de hoc bñ ph̄us. viij. Ethic. tangit dicēs ꝙ amicicie beniuolētia debet esse nō latens. Itē fuerunt filie veneris: ad significandū ꝙ bñficia debēt fieri ob amorem. Item fuerūt liberi patris: ad significādū ꝙ debent fieri liberalr̄. Sȝ proch dolor hodie impleꝫ illud qđ dixit aplus. In nouissimis diebus erunt hoīes seipsos amātes ꝛ ingrati. Tercio sunt q̄dam qui deum de suis beneficiis exprobrant ad modum vxoris ingrate. Fertur eñ ꝙ quidaȝ vir ꝓ crimine vxoris sue circa mediastinū seu columnā in medio ciuitatis se verberare ꝑmisit. Cui vxor postea enormitatem suam improperauit. Sic multi ingrati sunt de beneficio passionis christi: in qua enormia sustinuit. Unde Eccī. xxix. Pascet et potabit ingratos. et adhuc amara audiet. Ultimo sunt quidam sceleratissimi qui ꝯtra deuȝ ꝑ sua bñficia pugnāt. Et sunt illi qui donis

dei ad peccandũ vtunt. Nam multi abun
dant diuitijs. sed eas nõ in vsus pauperũ
sed histrionũ exponũt. Alij hñt fortitudĩeꝫ
et hij fiunt paupeꝝ oppssores. et fortitudi/
nem suã in seruitio diabolico ꝯsumũt. Alij
optima hñt ingenia ⁊ facũda eloq̃a. Et hij
sunt in iudicijs calũniatores. Cõtra q̃s lo
quit̃ mlt̃a Greg. xxxij. Moral'. tractans il/
lud Job. xl. Huic mõtes herbas ferũt. di/
cens. ꝙ tales q̃ diuitijs praua conant̃ con
tra deũ suis bñficijs pugnãt. Et idẽ expssi/
us ponit in Omel'. Cũ audieritis seditões
Vñ hij sunt sil'es cuculo: q̃ q̃diu est puul⁹
fouet̃ in nido ꝑ quandã auẽ. sed cum fuerit
adulta ipse suam nutricẽ occidit ⁊ deuorat
Et Seneca li. iiij. de bñficijs narrat de q̃/
dam milite naufrago q̃ ꝑ viginti dies fuit
apud quendã nobilẽ optime tractatus. sed
ipse postea accedẽs regẽ Philippum mace
donẽ: eũ crimĩe pessimo accusauit. ⁊ ei⁹ bo
na a rege sibi impetrauit. Nihilominus tñ
rex cõperiẽs ei⁹ ingratudĩeꝫ: eũ cauterio in
signiri in facie fecit ⁊ suis bonis spoliauit.
Sic faciet deus ingratis. Nos ergo cha/
rissimi ⁊c.

Dñica decimaquinta post trinitat̃. I.
Sermo CXII.

N Emo potest du
obus dñis seruire. Matth. vj.
Sic ait Gre. sup Ezech. omel'.
ix. Nemo põt ĩ vna eadẽq3 re oĩpotẽti dño
atq3 eius hostib⁹ grat⁹ existere. Naꝫ deo se
amicũ denegat q̃ eius placet inimico Hec
ille. Et reuera sic est. Nã iuxta Jaco. in sua
canonica Qui voluerit amic⁹ fieri h⁹ mun
di: ꝯstituit̃ inimic⁹ dei. Nec ĩmerito. Sũt
em̃ isti duo dñi multũ inuicẽ cõtrarij. ⁊ nũ
q̃ pñt hr̃e vnanimẽ volũtatẽ. Juxta illud
ij. Coꝝ. vj. Que cõuentio xpi ad belial. lu/
cis ad tenebras. sancti ad canẽ. q. d. nulla.
Et ob hoc nemo põt vtriq3 istorũ siml' ser/
uire ⁊ placere. eo ꝙ volũtas hoĩs ꝑ amoreꝫ
suũ cũ sit simplex: q̃cũq3 se ꝯtit: total'r se ver
tit Vñ dicit Maximian⁹ poeta. Nõ faci/
le est animũ tãt̃ ĩflectere reb⁹ Vt res oppo/
sitas mens ferat vna duas. Cum igit̃ mun
dus iste sit ꝯtrarius deo cũ sua auaricia. eo
ꝙ distrahit suos xpi a seruitio suo. patet ꝙ
merito xp̃s ecõtrario dissuadet homi aua/
riciã. s. in q̃tũ vult sibi digne seruiri. Nam
al's nemo põt ei placere nec libere seruire q̃
auaricie seruit. Dicit em̃ Jsidor⁹ li. ij. d sũ/
mo bono. ca. xlj. Nõ põt ad contemplãdũ
deũ mens esse libera q̃ desiderijs hui⁹ mũ/
di et cupiditatib⁹ inhiat. Cui⁹ rõ est ƒm ip/
sum. q2 alta nõ põt ꝯspicere ocul⁹ quẽ pul/
uis claudit. Licet aũt oĩa pctã seruis chri/
sti satis dure sint ꝓhibita: eo ꝙ oĩa impedi
unt in seruitio dei seruos eius. nihil tamen
ita seruis xpi ꝓhibet̃ sicut auaricia. Quia
ƒm Jsidoꝝ vbi supra. omni pctõ peior est
auaricia. Vñ ꝑ Salomonẽ dr. Nihil sce/
lesti⁹ q̃ amare pecuniã. Hic em̃ ⁊ aiaꝫ suã
venalẽ habet. qm̃ in vita sua ꝓiecit intima
sua. Propter qd ƒm ipm ipsa est oĩm crimi
nũ mr. Vñ ⁊ aplꝰs ait. Radix oĩm maloꝝ
est cupiditas. quã q̃dã appetẽtes errauerũt
a fide. Et q2 ƒm Jsidoꝝ. si succiditur radix
nõ pullulãt cetere soboles pctõꝝ. Jõ chri/
stus volẽs seruos suos ab auaricia retra/
here in euãgelio p̃senti dicit. Non potestis
deo seruire ⁊ mãmone. Hoc est em̃ seruire
duobus dominis adinuicem ꝯtrarijs: q̃b⁹
nemo põt seruire. vt dicunt verba nr̃i the/
matis in principio euãgelij. Nemo potest
duobus dñis seruire. Jn quibus verbis
christus premunit suos fideles exhortãdo
ad vnicum suum seruitium: retrahẽdo eos
ab amore hui⁹ mũdi. Et quia quicquid est
in mũdo. aut est concupiscentia carnis. Et
sic est pctm̃ luxurie. aut cõcupiscentia ocu/
loꝝ. et sic est pctm̃ auaricie. aut supbia vite
Et sic est pctm̃ vane glorie. Ad que tria re/
ducunt̃ omnia genera vicioꝝ ƒm tripliceꝫ
cõcupiscentiã. vt dicit Thomas scd̃a scd̃e
q. lxxvij. ar. v. Sunt aũt ista tria quasi cau
sa oĩm pctõꝝ: ad quas cõfluunt alie passio
nes seu afflictioes. Scd̃m hoc igit̃ in hijs
verbis notatur difficultas seu impossibili/
tas seruiẽdi deo. ⁊ huic triplici vicio. Hoc
est em̃ duob⁹ dñis seruire. sc3 deo ⁊ mundo
q̃ illo triplici vicio dominat̃ in cordib⁹ pec
catoꝝ. Et quia xp̃s ex eodem fundamento
ꝓhibet sollicitudinem supfluam illoꝝ q̃ di
strahũt mentẽ seruoꝝ christi. ⁊ inuoluũt eã
curis supfluis. sicut in euãgelio deducit de
sollicitudine ciboꝝ: potuũ: vestimentoꝝ. et
sic de alijs. Jdeo etiã circa materiã presen/
tem erit consideratio nostra de sollicitudi/
ne hui⁹ mũdi. Scd̃m hoc igit̃ in ṽbis istis

ammonet quilibet vt vni deo ꝛ non pluri
bus seruiat. Sunt aũt seruientiũ damna-
biliter tria genera hominũ: de q̃bus hic cõ
siderabimus. Nam sunt seruientes mũdo
vt cupidi ꝛ auari: q̃ꝝ sollicitudo est in con
gregando tp̃alia. Secundi sunt seruiẽtes
diabolo. vt sup̃bi et tumidi: q̃rũ sollicitudo
est in appetendo sublimia. Tercij sunt ser-
uientes corpi p̃prio. vt gulosi ꝛ luxuriosi: q̃-
rum sollicitudo est in expiẽdo suauia ꝛ de-
lectabilia. Et hij omnes male seruiunt. Et
q̃ꝺdiu sic seruiũt istꝭ dñis: licet fingãt se etiã
deo seruire: dãnabiliter ꝛ p̃niciose seruiunt
Unde merent a saluatore audire. Nemo
põt duobꝫ dñis seruire. Ac p̃ hoc necessa-
rio cõcludit q̃ sũt alij qui seruiunt deo lau
dabiliter: vt electi ꝛ sancti: iusti ꝛ virtuosi: fi
deles ꝛ deuoti. quoꝝ sollicitudo est in amo
re dei et p̃ximi feruida.

A

Dixi primo q̃ seruiẽtes dãna
biliter sunt q̃ ser-
uiunt mundo vt cupidi ꝛ auari: q̃ꝝ sollici-
tudo est in cõgregando tp̃alia. de q̃bꝫ dñs
dicit. Non potestis deo seruire efficaciter
et meritorie: ꝛ mãmone. i. auaricie amãti di
uitias. Graue est istud seruitium. Dicit enĩ
Grego. xliij. li. Moral'. Pctm̃ auaricie mẽ
tem quã infecerit ita grauẽ reddit vt ad ap
petenda sublimia attolli nõ possit. Uides
quõ graue seruitiũ est auaricia. Non ẽ ali-
quis ita obnoxius et illiber in seruitute ita
dura q̃n vtiq̃ȝ seruiẽdo dño suo possit aspi
cere celũ. Hoc tñ nõ p̃mittit seruitoribus
suis auaricia. De q̃bꝫ d͛r in ps̃. Oculos su
os statuerũt declinare in terrã. Nec miruȝ
Oculi em̃ taliũ sunt mũdane possessionis
puluere respersi. q2 semp̃ terrenis inhiãt et
ad terrã respiciunt. De q̃bꝫ dicit Prouerb.
xvij. Oculi stultoꝝ in finibꝫ terre. Nõ dicit
in finibꝫ celi. Unde glosa sup̃ illud Mane
astabo. dicit. Non videt q̃ tp̃alibus adhe-
ret. Ideo Petrus de lapiaria in tractatu d͛
oculo morali dicit. q̃ ipsi sunt sicut talpe: q̃
in terra bñ vident sed in luce nihil. Habẽt
em̃ nõ oculos veros sed signa tm̃ oculorũ
Similr̃ auari apparent in mundo sapien-
tes circa terrena. sed circa celestia sunt stul
ti. Unde Luce. xvj. dicit. q̃ filij huius secu
li prudentiores sunt filijs lucis in genera-
tione sua. Sed ista sapientia non est d͛i sed
mundi: animalis ꝛ diabolica. Ex quo pa-
tet q̃ q̃ꝺdiu auarus sollicitus est circa tẽpo
ralia: nõ potest considerare celestia gaudia
Cuiꝰ ratio est. q2 sicut interpositio terre in-
ter solem et lunam causat eclipsim lune: ita
interpositio terrenoꝝ inter mentẽ homĩs ꝛ
deum causat cecitatem mentis. Und͛ Ps̃.
Sup̃cecidit ignis ꝛ nõ viderũt solem. Ex
quo patet q̃ auaricia nõ est aliud nisi ceci-
tas horrenda. Unde Aug. in li. de doctrĩa
christiana. Auarꝰ est cecus credẽdo: diues
est nõ videndo. Et sequit. Amas pecuniaȝ
quã nunq̃ȝ videbis. cecus possides. cecus
moriturus es. qd͛ possides hic relicturꝰ es.
Sed vnde hec cecitas in auaro. Respon-
deo s̃m Aug. sup̃ ps̃. xcviij. sermo. vij. Nõ
aliunde nisi ex defectu amoris dei. Nã s̃m
ip̃m. qui deũ non amat nõ videt eũ. Ama
ergo ꝛ videbis. O q̃ȝ graue est istud serui-
tium in quo homĩes amittũt oculos. sicut
Samson in labore Philisteoꝝ Judic. vj.
Ideo li. de elemosina dicit Augꝰ. Erras ꝛ
falleris q̃ te diuitẽ putas in hoc seculo. Au
di dñm in Apocal'. dicentẽ Dicis quia di-
ues suȝ ꝛ nullius egeo: et nescis q2 miser es
et nudus ꝛ cecꝰ. Et vere magna cecitas nõ
videre turpitudinem suã ꝛ damnũ suum ꝛ
p̃iculum grauissimũ. Auarus em̃ similis ẽ
ydropico: qui q̃nto plus abundat humo-
re inordinato: tanto plus sitit. et tanto ma-
gis bibit donec moritur. Sic vt ait Aug.
libro. iij. questionũ euangelij. q. xxix. Quan
to auarus est copiosior in diuitijs quibus
non vtitur: tanto ardentius alia concupi-
scit. Hec ille. Unde semp̃ est in cõtinua siti
qd͛ est maximũ p̃iculũ ꝛ grauis pena. Se-
cundo magnũ damnũ auari est esse simi-
lem inferno ꝛ ardere ad instar inferni. Nã
s̃m Augustinũ in sermone de timore. infer
nus quantoscũq̃ȝ deuorauerit nunq̃ȝ dicit:
sufficit. vel satis est. Sic auarus. Si eniȝ
s̃m Augustinũ in libro de salutaribꝫ docu
mentis. omnes thesauri cõfluxerint in aua
rum nunq̃ȝ satiabit. Et in hoc auarꝰ est de-
terior qualibet crudeli bestia que vtiq̃ȝ sa-
tiatur. Unde Augustinus libro. v. de ver-
bis domini. sermone. ij. Nihil nobiscum
tollimus et rapimus. O, si aliquid tollere-
mus: nonne homines viuos voraremus.
Que est ista auiditas concupiscentie. cum
ipse belue habent moduȝ. tunc rapiunt q̃ñ

esuriunt, parcunt ꝓ preda cū senserint sa-
tietatem. Inexplebilis est sola auaricia di-
uitum, semꝑ rapit ⁊ nunq̄ȝ satiatur, nec de-
um timet nec hominē reuerek, nō patri par
cit nec matrē agnoscit: nec fratri obtempat
nec amico fidem seruat: viduam opprimit:
pusillis inuidēs: ⁊ liberos in seruitiū reuo-
cat: et falsum testimoniuȝ ꝓfert: res mortui
occupat: quasi etiam et nō ipsi qui hoc faci
unt moriank. Hec ille. B Sed dice
res. Tamē inueniunk q̄bus suppetunt ad
voluntatem eoꝝ facultates. Ad hoc ego re
spondeo ꝙ falsum est. Naȝ q̄ȝdiu sunt aua
ri sunt inferno similes. quia deest eis tā qd̄
habent q̄ȝ quod non habent. Unde dicit
Hieronimus in epistola ad Paulinū. Cer
te non est aliquis ita stultus seruus q̄ vult
alicui seruire de continua egestate. quod ta
men facit auarus. Tercium magnū dānū
est auaro esse in continuo laqueo ⁊ in tena
ci fisco. Dicit em̄ Augustin⁹ libro. ij. de ver
bis domini. sermone. iiij. Amor rerum ter
renarum fiscus est spūalium pennarū Ec-
ce concupisti: hesisti. Et in libro de elemosi
na dicit ideȝ Augustinus. Auare pecunie
tue captiuus et seruus es. catenis et vincu
lis cupiditatis alligatus es, et queȝ iam sol
uerat christus: denuo vinctus est. Et Cri-
sostomus Omelia. ix. sup Mattheū. Qui
pecunie seruit et p̄sentibus compedib⁹ con
stringitur ⁊ futuris paratur. Uere magna
vincula: magni compedes semper esse in ti
more perdendi: in dolore amittendi. vt di-
cit Isidorus libro tercio de summo bono.
caplo. xxiiij. Unde Augustinus super pri-
mam canonicā Johānis Omelia. ix. Aua
ricia cum labore amatur. implesti domuȝ:
timenk latrones: acquisisti aurum. ꝑdidisti
somnum. Deus sine labore amatur acqui
ritur et tenetur. Hec ille. Quarto magnuȝ
periculum incurrit auarus. quia animā su
am venalem exhibet pro vno obulo. Istō
enim est pactum auaricie cum homine. vt
si vult accipere denarium det animā. iuxta
illud quod dicitur Genesis. xiiij. Da mihi
animas: cetera tolle tibi. Sic fecit Judas
qui ꝑ triginta denarijs diabolo dedit ani-
mam. Unde Augustinus in quodam ser-
mone dicit. Auarus anteq̄ȝ lucretur seipm
perdit. ⁊ anteq̄ȝ aliquid rapit: rapitur solus
Quod latius in libro de salutaribus docu

mentis ꝓsequik dicens. Omniū maloꝝ cu
piditas radix est. Cupidus em̄ animā suā
venalem facit. Si enim inuenieret temp⁹ vt
concupiscat alicuius aurum aut argentuȝ
aut vestes pulcras aut mulierem pulcram
pro nihilo perpetrat homicidium. Et sicut
quis effundit aquam in terram: ita isti san
guinem ꝓximi sui. Hec ille. Istud patȝ de
Achab rege. de quo dicit Isidorus libro
de summo bono. capitlo. xlj. ꝙ appetitu cu
piditatis sue homicidium ꝑpetrauit in illo
bono viro Naboth. De quo habetur. iij.
Regum. xxj. Quintum periculuȝ graue est
auaro. quia seruiens pecunie seruit cuidaȝ
ydolo. et ita est in rei veritate ydolatra. De
quo Osee. viij. dicitur. Argentum suum et
aurum suum fecerunt sibi ydola vt interi-
rent. Unde apostolus veraciter appellat aua
riciam ydolorum seruitutem. ad Ephe. q̄n
to. Ubi glosa dicit. ꝙ illū auarū dicit ydo-
latrā cuius deus numus est. Talis em̄ nu
mum adorat et colit vt deum. diligit em̄ eū
plus q̄ȝ se. Unde auarus dicitur ydolatra
f̄m Gorram super epistolā ad Ephek. q̄n-
to. ideo: quia cultum deo debitū ydolo im
pendit. Ipse enim charius aurum inspicit
q̄ȝ solem. Quod patet in quatuor. Primo.
quia impendit ei diuinam amiciciam. Un
magis diligit tenebras q̄ȝ lucem. Ideo Ec
clesiastici. x. dicitur Nihil iniquius q̄ȝ ama
re pecuniam. Secundo impendit ei diui-
nam obedientiam. Citius enim currit pro
numo q̄ȝ pro deo. Ecclesiastes. x. Pecunie
obediunt omnia. Tercio impendit ei di-
uinam confidentiam. Confidūt em̄ in vir-
tute sua et in multitudine diuiciaꝝ suarum
gloriank. Contra quos Job. xxxj. dicitur.
Si putaui aurū robur meū: et obrizo dixi
fiducia mea. Quarto impendit ei diuinam
reuerentiā. vt hic. Non potestis deo serui-
re ⁊ māmone. hec ille. Propꝰ qd̄ dicit Au-
gustin⁹ libro. iij. contra epistolā Permeni-
ani. ꝙ non potuit in diuinis eloquijs q̄cq̄ȝ
auaricie accusari q̄ȝ vt ydolatrie demōstra
retur equalis et eius noīe appelletur. Hec
ille. Non est aliquis ita stultus qui sciens
Secundo cogitatio mortis facit carni resistere Nam cum homo titillatur z tentatur a carne debet cogitare quomodo caro reuersura est in vilem cinerem. iuxta illud qd̃ ei a principio dictuz est. Memento homo quia puluis es z in puluerẽ reuerteris Genesis. iij. Unde et reprobi fatebantur hoc dicentes Sapiẽ. ij. Extinct⁹ cinis erit corpus nostrum. Job. xxxiiij. Omnis caro deficiet z in cinerez reuertet. Fertur ꝙ carbones iuniperi illius arboris cõseruant ignẽ per annum si fuerint cineribus cooperti. Sic memoria mortis nostre conseruat bene ignez charitatis diuine in corde nostro, et reprimit ignem concupiscentie. Iste est cinis vacce quem dominus iubet colligere et in loco purissimo ponere, vt dicit Numeri decimonono. De quo dicit apostolus ad Hebreos. ix. Cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Ecce notanter dicit ad emundatione carnis, id est ad mundiciã eius. Tercio memoria mortis valet ad hoc quia non permittit diabolicis tentationibus consentire, et maxime vane glorie q̃ proprie est tentatio dyaboli, eoꝙ ipse sit caput omnium viciorum et dominus, tamen a nullo peccato intitulatur sicut a superbia. Job quadragesimoprimo. Ipe est rex super omnes filios superbie. Cum ergo tentat per superbiam aliquem hominem: statim recurrere debet homo ad cognitionem fragilitatis sue que cito valde ruet et dissipabitur in nihilum. Unde Hugo libro primo de anima: reducens aliorũ damnũ quod prouenit ex huiusmodi vana gloria dicit. Quid ꝓfuit illis inanis gloria: breuis mundi potẽtia: carnis voluptas: false diuitie: magna familia. Et sequitur. De tanta leticia ceciderunt in magnam tristiciam, de voluptate in grandem miseriam. de exaltatione in ruinam et magna tormenta. Quicquid illis acciderit tibi potest accidere, quia homo es, homo de humo, limus de limo, terra de terra. de terra viuis z in terram reuerteris quãdo veniet dies vltima: z forsitan hodie veniet. Certũ est ꝙ morieris, sed incertum quando quomodo aut vbi, quoniam mors vbiq te expectat, tu quoq si sapiens fueris vbiq eam expectabis. hec Hugo. Ista verba debet homo reuoluere ad repellendam vanam gloriam: recolẽdo q̃ quantumcunq gloriabitur in vanitate: vltimo trãsiet ista vanitas velut vmbra. Sapientie quinto. Ipse quoq cum ea transiet sicut vmbra. iuxta illud Psalmiste. Sicut vmbra que declinat ablatus sum. Sicut narrat Hieronimus epistola quinquagesimaquinta ꝙ Xerses rex Persarum cuz semel de sublimi loco quasi infinitam hominum multitudinem cõsiderasset sui exercitus, prupit in lacrimas. Et cum ab eo causa quereretur. Respondit: ideo, quia post centum annos nullus istorum quos nunc cernis considerãs superuictur⁹ erit. Sic quilibet cõsiderãs

alium aut seipm̃ quotiens eũ inspexerit merito poterit ꝓuocari ad fletum. quia q̃ nũc floret post paucos dies deficiet. Unde q̃si de morte ꝓpinqua sibi imminente cogitare poterit verbum nostri thematis. Ecce defunctus efferebatur.

B

Dixi secũdo ꝙ in verbis premissis debet esse nostra consideratio circa mortis multiplicem distinctionem. cum dicitur. Defunctꝰ. Ac si em̃ diceret. Ecce defunctus corpe: q̃ vtinam nõ esset defunctus mente. Est ergo sciendum ꝙ triplicem mortem legimus in scripturis. Est em̃ quedam mors corporalis resolutionis. ꝛ illa est naturalis et cõmunis omniũ. Alia est mors culpabilis infectionis. et illa est specialis tm̃ malorũ hominum. Tercia est mors sancte cõuersationis. ꝛ illa est singularis tm̃ electorũ. De prima morte patz illud. ij. Regum. xiiij. vbi dicitur. Oẽs morimur et sicut aq̃ dilabimur in terraz: que vltra non reuertetur. Dicitur aũt ista mors naturalis non ꝙ sit homi cõ creata a deo. sed pro meritis prime preuaricationis illi accessit. Unde iam naturalis facta est. quia originaliter a primo homine in omnes homines transijt. ita dicit Isidorus libro primo de summo bono. capitulo vndecimo. Sapientie pmo dicitur. Deus mortem nõ fecit. Et post pauca. Impij. id est Adam et Eua accersierunt illã. Ex quo dicto apostolus concludit. ꝙ exquo p vnũ hominem peccatum intrauit. et per peccatum mors in mundum venit Rom̃. quinto. iam mors nobis dicitur quasi naturalis. Unde ipse appellat omnes homines naturaliter filios ire dei. Ephes. ij. Ista tamen mors licet sit multum penalis ꝛ amara inter omnia terribilia. sicut dicit philosophus. iiij. Ethicorũ. tamen iustis est multum desiderabilis et iocunda. Sicut enim idez cibus est infirmo amarus ꝛ sano suauis. sicut dicit Augustinus libro. iij. cõfes. sic mors impijs est valde terribilis. sanctis ꝓo delectabilis. Unde Eccl. xlj. dicit. O mors q̃ amara est memoria tua homini iniusto et pacem habenti in substantijs suis. Eo em̃ ꝙ iniustus est timet supplicium. et quia pacem habet in suis bonis: ideo cum dolore ea relinquit. Sed de iustis ecõuerso est. quia ibidem dicit. O mors q̃ bonuz est iudiciũ tuũ homini indigenti et q̃ minoratur viribus. scz merendo pmiũ. Ex quo patet ꝙ peccatores ꝛ iusti licet eadem morte moriunt: non tamen equaliter. Nam de iustis dicitur Prouerbiorum. xiiij. Sperat iustus in morte sua. Et quid sperat ostendit Ecclesiastici. j. Timenti deum bene erit in extremis. et in die defunctiõis sue benedicetur. Ecõuerso de peccatore dicit Prouer. xj. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. et Sapientie. xiij. Infelices sunt ꝛ inter mortuos spes illoruz est. Ex hoc infero fm̃ beatum Dyonisium in libro de ecclesiastica ierarchia. capitulo. ij. Q, licet mors omniũ hominũ nõ sit in nobis anime consumptio. sed tm̃ sepatio a corpore. tamen illa separatio est diuersa. quia vt ait ibidem et etiam capitulo. vij. eiusdem libri. Sancti ꝑgunt ad inuisibilia dei facta et ad desideratam incorruptionem. et laudant diuina munera. et spũali delectatione adimplẽtur: nõ iam formidantes de cetero lapsum peccati. sed bene scientes ꝙ bona que post mortem recipiẽt firmiter et eternaliter possidebunt. Econuerso aũt mali et sordidi attendentes quia fidem quam accepant concupiscẽtijs q̃bus inheserunt sordidauerũt et vitam sanctam dereliquerunt: miserabiliter et nolentes abscindunt ab hoc seculo. quia non habent spem future consolatõis qꝛ conscie sunt sibi praue vite preterite. nec purgate per veram pniaz. Uerba sunt obscura. ego posui ea facilꝰ. Ex hoc patet q̃re sancti desiderant mortẽ dicentes cũ paulo. Cupio dissolui ꝛc̃. Impij aũt cupiunt diu viuere. Et ex hoc etiaz patet quare sanctoꝝ mors dicit dormitio. Sicut deducit ibidem idem Dyonisius. Ex his iam infero ꝙ boni homines vt cõiter leuius et facilius dulcius ꝛ hilarius moriunt q̃ mali. q̃ vt cõmuniter moriunt difficulter et grauiter. Nam ait Isidorus libro. iij. de summo bono. cap. xxvij. Electoruz anĩe in suo fine hilarescunt cõtemplatiõe eternoꝝ bonorũ. Unde finẽ illoꝝ tranq̃lla vocatio cõmendat: vt ex eo intelligant sctõꝝ hr̃e ꝯsortium angelorũ: ex hoc et ab hoc corpe sine vexatione dura tollunt. Prauos aũt hoĩes apostate angeli excipiunt morientes. vt eis ipsi sint tortores in penis q̃ fuerunt suasores in

vicijs. Hec ille. Idem patet per btm̄ Gre-
goriū in Omel. sup illud. Cū venerit ⁊ pul
sauerit confestim aperiant ei. Ubi dic. Cō
festim apit q̄ letus iudicem suscipit. et cū tē
pus appropinquat mortis de glīa retribu-
tionis hilarescit. Unde aūt ista iocūditas
sanctis puenit dictum est ꝙ ex appropinq̄-
tione premij quod se sperant recepturos.
Fit etiam ex apparitione aliquoꝝ sanctorū
quos tunc vident: et interdum de visiōe ip
sius saluatoris, vt dicit Grego. li. iij. dyalo.
Econuerso ꝓo malis fit magnus timor ex
desperatione premij, et ex visione demonū
qui eis tunc horribiles apparent ⁊ eos ter-
rent. put ait idem Gregorius libro. vj. mo-
raliū. Sed diceres Tamen interduz vi
demus sanctos homines grauiter mori et
grauiter turbari in hora mortis ipsoꝝ. Ad
qđ respondeo ꝫm Isidorum vbi supra. et
Gregoriū. xxiiij. Moral. ꝙ hoc contingit
ex duabus causis. Primo ex eo et si sūt san
cti tamen terrent̄ ex seipsis. ne sicut ad p̄mi
um: ita ad supplicium ptrahant̄. maxīe cuz
nemo sit certus an odio vel amore dignus
sit. Secūdo ex eo q꞉ qn̄qꝫ sancti habēt ali-
qua leuia peccata de quibus non plene sa
tisfecerunt. Ne ergo vadant ad purgato-
rium purgant̄ hic dolore ⁊ pauore corpo-
ralium tribulationuz in extremis Et sic pa
tet solutio istius dubij. ¶ De secunda
morte. scꝫ culpabilis infectōis que est spe-
cialis maloꝝ. et ista non est aliud nisi sepa-
ratio anime hominis a deo p peccatū ꝫm
Augustinū. Iuxta illud Esa. lix. Iniquita
tes vestre diuiserunt inter vos et deum. Et
Sap. j. Peruerse cogitationes separant a
deo. Et ab ista morte ducitur peccator ad
aliam mortem perpetue cruciatōnis. De q̄
in psalmo dicitur. Mors peccatorū pessi-
ma. Ex quo patet ꝙ damnati moriūtur q̄-
druplici morte. Prīo morte naturali in cor
pore. Secundo morte culpe in aīa dum
viuunt in peccato. Tercio morte gehenne
dum in anima descendunt post mortez ad
infernum. Quarto morte vtriusqꝫ post diē
iudicij dum in vtroqꝫ perpetuo tam in cor
pore q̄ꝫ in anima morientur. Et ideo dicit̄
mors pessima. Et sciendum ꝙ multū con-
uenienter mors culpe assimilat̄ morti natu
rali, et hoc ꝑpter tres rationes. videlicet p-
pter finalem defectum. Secūdo ꝑpter con

similem effectum. Tercio ꝑpter consimilez
aspectum. De primo patet. Nam morien-
te corpe talis est pcessus in deficiēdo. Pri-
mo em̄ corpus distemperat̄ et discresiatur.
Secundo homo infirmatur. Tercio mori
tur. Quarto portat̄. Quīto sepelitur. Sex
to a vermibus cōsumitur. Isto modo aīa
primo distempatur ⁊ discresiat̄ p tentatio-
nem et cogitationem de peccato. Secun-
do infirmat̄ p sequentē delectationē. Ter-
cio moritur per consensum. Quarto aspor
tatur ⁊ elongatur ab hominibꝯ p culpe sue
abominationē ⁊ diffamationē apđ hoies.
Quinto sepelitur p malam consuetudinez.
Sic em̄ terra opp̄mit corpus ne resurgat.
sic mala cōsuetudo est quasi moles grauis-
sima opp̄mens ⁊ necessitans hoiez ad pec
candum. Unde Aug⁹. viij. confes. cap. v.
Lex pcti violentia consuetudis q̄ trahitur
et tenetur inuit⁹ animus eo merito q̄ in eaz
volens illabit̄. Et in eodem cap. circa post
p̄ncipiuz loquens de seipso p statu suo an̄
baptismū. Suspirabam inq̄t ligatus non
ferro, sꝫ mea ferrea volūtate, velle meuz me
qꝫ tenebat inimicus, ⁊ inde mihi catenā fe
cerat ⁊ constrinxerat me. Nam ex volūta-
te puersa facta est libido, ⁊ dum seruitur li-
bidini: facta est cōsuetudo, ⁊ dum cōsuetu-
dini non resistitur facta est necessitas. Hec
ille. Et hec consuetudo ꝫm ipm̄ cōpatur se
pulture Lazari, put ipse ait in li. de sermōe
dn̄i in monte li. j. ca. xiij. Sicut nunc vide
tis ꝙ magnis dn̄is ⁊ nobilibꝯ fiūt sepulcra
fortia ⁊ solida de marmore vl' alabastro vl'
petra dealbata vel ere depicta et ornata: ita
vt cōiter adulatores coꝝ faciunt eis cōsue
tudinem peccādi suis adulatōibꝯ adulātes
⁊ ornātes cōmendātes coꝝ pctā. Ps. Lau
dat̄ peccator in desiderijs aīe sue. Sed ta
men eos nihilomin⁹ dep̄munt sic sepulcra
ne resurgant a peccatis. Propter qđ Gre-
go. li. iij. Moral. ca. xix. notat multū ꝙ xp̄s
tres mortuos suscitauit: puellam in domo.
iuuenē in porta. Lazarū in sepulcro. Quar
tū ꝓo discipulo nunciante cognoscit mor-
tuū. sed eū nō suscitat. q꞉ valde difficile est
vt is quē post visum male cōsuetudis adu-
lantiū lingue excipiūt a mētis sue morte re-
uocet̄. De q̄ bn̄ dr Sinite mortuos sepeli-
re mortuos suos. mortui em̄ mortuos sepe
liūt cū pctōres pctōres fauoribus premūt

Erat autē Lazarus mortuus sepult⁹,sed a fidelib⁹ mulierib⁹ non a mortuis cū pietate sepult⁹.Hec ille.Sexto corp⁹ mortuū ver mib⁹ ɔsumit,sic mens p̄uata vita grē a ver me ɔscientie desperatōis ꝛ finalis pnie corrodit ꝛ mordet.Sic ḡ pctm̄ mors aie dicitur,qꝛ intrat in aiam sicut mors in corpus Vñ mors ei⁹ dicit̄ ꝑpter ɔsimilē defectū vl̓ deficiendi ꝓcessum.sicut sup̄ dictū est p ordinē.Scōo dr̄ mors pcti ꝑpter ɔsilēm effectū.Mors nāq̄ facit corp⁹ rigidum ꝛ frigidū fetidū ꝛ putridū horridū terrenū ꝛ ponderosum,Isto mō pctm̄ facit aiam rigidā p supbiā ꝛ inobedientiā ad deū.Prouerb.xviij.Cum obsecratōib⁹ loquit̄ paup ꝛ diues effabit̄ rigide.Glo.i.supb⁹ efficit aiam frigidā p inuidiā.Hiere.vj.Sic frigidā facit cisterna aquā suā: sic frigidā facit malicia aiam suā.Itē facit eā fetidā p luxuriam Esa.iij.ꝛ.xxxiiij.De cadauerib⁹ eoꝝ ascendet fetor.Itē fac putridā p gulā p quā sensus et rō sepeliunt̄ vt hō in asinū mutetur.Hiere.xxij.Sepultura asini sepeliet̄ putrefact⁹.Facit eñ horridā p iracundiā Geñ.xv.Horror magnus et tenebrosus inuasit Abraam.Facit eā terrenā p auariciā qꝛ nihil sapit nisi terrena.Geñ.iij.Terrā comedes cūct̄ dieb⁹ vite tue.Facit eā etiā pigrā p accidiā,qꝛ nihil boni opat̄.Prouer.xiij Vult ꝛ nō vult piger.aīa aūt opantiū impinguabit̄.Et sic pctm̄ dr̄ mors ꝑpter cōsimilē effectū.Tercio pctm̄ dr̄ mors ꝑp̄t cōsimilē aspectū.Quātūcūq̄ eñ homo fuerit amabilis pulcer ꝛ delicat⁹:statim mortu⁹ ē horribilis.turpis ꝛ abominabilis ꝛ a communione hoīm sepandus.Sic aīa ante pctm̄ est pulcerrima et formosa.Cant.iiij.Ecce tu pulcra es amica mea.ecce tu pulcra ꝛc.Sed p pctm̄ spoliat̄ gratuit̄.vulnerat̄ in naturalib⁹.ꝛ fit fetida ꝛ abomiabilis corā deo.Ezech.xvj.Abominabilē fecisti decorē tuū.Et tūc aīa sepat̄ a cōione fideliū.qꝛ est extra grāꝫ ꝛ charitatē.ꝛ extra amiciciā angeloꝝ.qꝛ oēs amici ei⁹ spreuerūt eā ꝛ facti sunt ei inimici.Ideo Prouerb.xiiij.dr̄.Miseros facit ꝑplos pctm̄.Et sic patet quō pctm̄ dr̄ mors ꝑpter ei⁹ aspectū. De tercia morte que est mors scē cōuersatōnis.ꝛ est tm̄ sanctorūꝫ in hac vita dicit̄ Col.iij.Mortui eñ estis scꝫ mūdo.et vita vestra abscōdita est cum xp̄o in deo.Et.ij.Coꝝ.vj.Quasi morientes ꝛ ecce viuimus.Viri eñ scī et religiosi ꝛ alij apparēt secularib⁹ q̄si mortui.sed tñ in reiveritate sūt viui.Roma.vj.Estimate vos q̄dē mortuos pctō:viuētes aūt deo.Et mlt̄uꝫ cōpetenter religiosi dicunt̄ mortui.Primo eñ mortu⁹ condit testamentū:in q̄ legat aīam deo.corpus tumulo.facultates amicis.Sup hoc autē ponit executores et deputat.Isto mō religiosus ꝓfitēdo dat aīam deo.corp⁹ monasterio.facultates designat mūdo.executores suos ponit platos:q̄rū custodie tam animā q̄ꝫ corpus cōmittit.Secūdo q̄a sic moritur⁹ p̄mo incipit pdere calorē naturalem.postea visum ꝛ vsum alioꝝ sensuū exterioꝝ.ꝛ tandē motum ꝓpriū.ita q̄ si debet moueri de loco:nō pōt nisi p aliū.pannus ei tribuit̄ breuis ꝛ mēsura certa.ꝛ final̓r abscondit̄ in sepulcro.Isto modo religiosus p̄mo amittit calorē naturalē.i.amorem carnalem ꝛ mūdialeꝫ amicoꝝ ꝛ parentū.Secūdo amittit q̄si vsum sensuū.qꝛ nō oīa ꝑmittit̄ videre vl̓ audire q̄ placent.nō omīa loq̄ potest qñ vult sed horis statutis.vltimo perdit motū.quia non mouetur nisi ad voluntatem et p̄ceptū plati et modico panno cōtentat̄.nō ad supfluitatem sed ad necessitatem.ꝛ tandem abscondit̄ in claustro sicut in sepulcro.Sic ergo si vider̄ aliquē ex his trib⁹ taliter mortuū.scꝫ morte naturali.morte culpabili.morte sancta.poteris cōgrue de eo dicere.Ecce defūctus efferebat̄.Et hoc quo ad premissam informationem.Et tantum de secundo. E

Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis hortat̄ nos ad visceralem et piam mētis cōpassionē.cum dicit̄.Efferebat̄.Isti siq̄dem q̄ efferebant mortuum:cōuenerant ad cōpatiendū vidue sup dolore suo.Tum q̄a desolata erat viro:quia vidua.tū qꝛ orbata filio vnico.ꝛ ideo isti venerāt ad exeq̄as funerales.Vñ q̄dam portabant.q̄daꝫ lacrimabant̄ seq̄ntes ꝛc.Per quod datur nobis exemplū vt libenter intersimus exequijs fideliū.quod fm Dyonisiuꝫ vtile videtur.et maxime penitentibus Nam fm eum in libro de ecclesiastica ierarchia caplo.viij.conuenienter assunt penitentes exequijs mortuoꝝ vt discant et attendant mortis contemptum et honores sanctorum qui laudantur a sacra

ſcriptura in eccleſia audiant, et vt etiā audi
ant errantes ꝛ ipſi enarrāt interminabiles
triſticias iminere. ꝛ vt ꝓuocent̄ exēplis bo
nis defuncti audientes eū laudari ꝛ cōmē/
dari ꝑ ſacerdotē de bona vita. Hec ibi ſen
tentialiter. Ex q̄ patet ꝙ valde vtile eſt face
re ſermonē exhortatoriū in exequijs alicu/
ius defuncti qui fuit vite ꝑfecte ad exhorta
tionē alioꝝ. Ex quo infero ꝙ peſſime obla
trāt ſicut canes venefici huſſite heretici: do
gmatiſſantes: nō licere fieri ſolennitatē exe/
quioꝝ defunctoꝝ. cum ſm Dyoniſiuꝫ vbi
ſupra hic mos a ſctis apoſtolis ſit inſtitut⁹

Sed diceret aliq̄s Utrū in morte ami/
coꝝ debeat flere cōpatiendo morti ſue. Re
ſpondeo ſm Iſidorum de ſummo bono li
bro. iij. capitlo. xxvij. circa medium. vbi di
cit. Et ſi pietas pro defunctis fidelium fle/
re iubeat, fides tamen pro eis lugere vetat.
Illi em̄ deplorādi ſunt in morte quos miſe
ros ex hac vita ſuſcepit. non quos celeſtis
aula letificandos includit. Hec ille. Et ſic
patet breuis reſponſio ꝙ boni non ſunt de
plorādi. In ſignum cuius chriſtus hic di/
xit vidue Noli flere. F

Unde Robert⁹ Holgot ſuꝑ libruꝫ Sap.
cap. xiiij. ponit decē cauſas ꝑpter q̄s nō eſt
flendum ſuꝑ bonis: quas ego breuiter per/
curram. et cōtinentur in his verſib⁹. Uult
deus. vt ſuus. lex. liberat. deus omnia no/
ſcens. Nec valet. imo nocet. obſtabat. ſur/
get. amabat. Prima igitur cauſa eſt que ac
cipit̄ ex conſideratione diuine voluntatis
cui nullo mō debemus eſſe contrarij. Un̄
et paganus Seneca dic̄. Placeat homini
quicquid deo placet. Diuina em̄ voluntas
eſt ſumma omnium cauſa que fiunt. cuius
alia cauſa querenda non eſt. vt dicit magi/
ſter ſententiaꝝ libro. j. diſtin. xlv. Propter
quod Aug. in li. de vera religione. c. xlij. di
cit. Qui ꝑfecte deum diligit non affligitur
morte cuiuſq̄. Nam qui deum toto corde
diligit nouit nec ſibi perire quod deo non
perit. Deus aūt dn̄s viuoꝝ et mortuorum
Secundo cōſidera quia hoc iuſtum eſt et
licitum vnicuiq̄ repetere q̄d ſuū eſt. Und̄
Hieronim⁹ in epiſtola ad Marcel. Nihil
abſtulit q̄ dignatus eſt recipere ſuum. Ta
lis fuit Job q̄ audita morte filiorum: dixit.
Dominus dedit dn̄s abſtulit. Tertio con
ſidera neceſſitatem moriendi que eſt lex cō
munis. Si enim tm̄ tuo amico contigiſſet
aliq̄d eſſet. ſed ſtatutuꝫ eſt oib⁹ hoib⁹ ſemel
mori Heb. ix. Unde Ambroſi⁹. ij. de mor
te Sathiri fratris ſui. Quid abſurdius q̄
vt idem quod ſcis omnibus eſſe ꝑſcriptuꝫ
q̄ſi ſpeciale deplores. Unde metriſta Pau
peris et regis cōmunis lex moriendi. Dat
cām flēdi ſi bene ſcripta legis. Guſtato po/
mo nullus tranſit ſine morte. Heu miſera
ſorte clauditur omnis homo. Quarto cō
ſidera ꝙ mortu⁹ fit liber de ſeruo. certus de
dubio. beatus de miſero. Unde Aug⁹. li. j.
de viſitatōne infirmoꝝ. Quis nūerare pōt
ꝑſentis vite moleſtias. eſurire. ſitire. algere.
calere. laſſari. Ideo refert idem. ꝙ fuerunt
quidam philoſophi q̄ in natiuitate puero/
rum flebant. quia homo natus de muliere
repletur mult̄ miſerijs Job. xiiij. Sed in
morte gaudebant. quia euadunt miſerias.
Sic ſaluator in morte Lazari gauiſus eſt
Joh. xj. Lazarus mortu⁹ eſt et gaudeo ꝑ
pter vos. ꝛ in reſuſcitatione eius plorauit.
Igit̄ patet ꝙ mors liberat a miſerijs ꝑſen/
tis vite. Quinto conſidera ꝙ de⁹ eſt noſcēs
oia. Ipſe em̄ nouit q̄d vnicuiq̄ expediat.
cui viuere meli⁹ vel cui mori. Sexto con/
ſidera q꞉ luctus tu⁹ nō iuuat mortuū. quia
nec a morte nec a purgatorio poteſt eum li
berare. Und̄ Dauid. ij. Regū. xij. Qui dū
vixit puer ſuus flebat. Cū aūt mortu⁹ eſſet
letatus eſt ꝛ comedit dicens. Nunq̄d pote/
ro eum reuocare amplius. Ego vadam ad
eum. ipſe ꝟo nō reuertet̄ ad me. Septimo
cōſidera ꝙ luct⁹ tu⁹ illi nocet eo ꝙ occupa/
tus circa fletū nō potes debite orare ꝑ eo.
Octauo cōſidera ꝙ aliq̄tiens amici noſtri
impediūt nos a virtute ꝛ a via ſalut̄ et cor
noſtrum ad mundū alliciūt. Unde Aug⁹.
ſuꝑ Gen̄. dicit. Sepe offendit̄ deus ne of/
fendat̄ amicus. ꝛ ideo nobis ſepius amici
ſubtrahunt̄: vt affectōes noſtre in deū libe
rius extēdant̄. Nono cōſidera ſpem reſur/
rectiōis future. j. Theſ. vltimo. Nō cōtri/
ſtemini ſicut ceteri qui ſpem nō habēt. De/
cimo cōſidera q꞉ ſi viuens fuit grat⁹: gra/
tior fiet ſaluat⁹. Sic em̄ amici noſtri a tor/
rente voluptatis diuie inebriant̄. et tn̄ no/
ſtri nullaten⁹ obliuiſcunt̄. ſicut docet beat⁹
Aug⁹. li. ix. confeſ. ca. iij. loquēs de Nepo
ciano ſuo amico defuncto. Et addit Cipri
anus libro ſuo de imortalitate anime. etias

ideo non esse flendum, ne det occasio paganis reprehendendi nos merito, quia quos apud deum viuere dicimus tanquam perditos lugere non debemus. Nihil enim prodest verbis proferre et factis destruere veritatem. Hec ille. B Sed diceres. Non possum continere a lacrimis sup morte amici. Rndeo, quod si non potes continere extunc fac secundum consilium sapientis dicentis Eccl. xxij. Modicum plora sup mortuum: quoniam requieuit. Ex his patet quod licet excessiuus fletus prohibetur propter vicium desperationis, tamen moderatus permittitur propter vicium ingratitudinis ne eo notemur. Et maxime flendum est sup bonis mortuis ex tribus causis. Primo quia pauci boni viri et vtiles sunt in ecclesia militante. Sicut fecit Aug⁹. qui super bono sacerdote cum eius mortem audiuit: fleuit, non quod sibi aliquid de eo timeret, sed quia tales paucos habuit. Secundo quia forsitan aliqua secum purganda deferunt que in presenti totaliter non complanauerunt. Tercio propter consideratoem naturalis miserie qua nos oportet propter peccatum primi parentis putrefieri et incinerari. Sic Thobias sepeliendo mortuos lugebat Thob. ij. Propter quod dicitur Eccs. vij. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In ea enim finis oim ammonetur. Nos igitur consideremus presentem defunctum, quia mortem subijt: attendentes nos similiter morientes, vnde vitam nostram in melius reformantes moriamur mundo et viuamus xpo. vt tandem ei conregnare valeamus. Quod nobis prestare dignetur pater et filius et spiritussanctus Amen.

Dnica decimasexta post trinitatis. II.
Sermo CXV

Dolescens tibi

a dico surge. Lu. vij. Inter etates hois nulla periculosior creditur quam adolescentia, eo quod est vicina et prima lapsibus oim vitiorum, vt dicit Ambrosius libro. j. de viduitate. Vnde dicitur Gen. viij. Sensus et cogitatio humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua. Et ideo recte dicitur Eccs. xj Adolescentia et voluptas vana sunt. Et certe vana quia multum instabilis est illa etas et flexibilis indifferenter ad bonum et ad malum. Vnde dicitur Prouer. xxx. Tria sunt mihi difficilia et quartum penitus ignoro. Viam aquile in celo, i. superbi in diuitijs se extollentis, viam colubri in petra, i. pauperis in austeritate habescentis, viam nauis in medio maris, i. illius quem vana sollicitudo conturbat. et viam viri in adolescentia sua: cum scilicet vadit post concupiscentias suas. Hec est via peruersa et remota a salute: que etiam est multum periculosa, quia adolescens qui iuxta viam suam gradit cum senuerit non discedit ab ea. vt dicitur Prouer. xxij. Unde Anselm⁹ libro. iij. de similitudinibus comparat eam cere molli: que dum recipit imaginem sigilli: postquam induratur eam dimittere non potest de facili Sic homo in senectute non poterit de facili curari a peccatis in adolescentia consuetis. Et vt ait Valerius li. vij. ca. v. Tales sunt ab adolescentia bonis moribus informandi. Nam vt dicit Crisostomus sup Mattheum Omel. xlix. Ista etas est sicut terra nondum fructuosa: que si negligitur producit multas spinas viciorum. In signum huius secundum quosdam doctores famosos iste adolescens defunctus fuit in tali etate: ad significandum quod in hac etate maxime homo incipit peccare et a malis moribus infici. Et ideo si adolescentes volunt bene et iuste in senium viuere: debent bene et regulariter in adolescentia discere. Nam iuxta sapientem Eccl. xxv. Que in iuuentute tua non congregasti quomodo in senectute inuenies. Necesse est igitur sup omnia adolescentibus vt tunc incipiant proficere de virtute in virtutem. Q. si forte fragilitate nature vel ignorantia peccauerint: statim huiusmodi peccata debita penitentia studeant expiare, nec expectent nec differant in vlteriorem etatem, quia dicit Grego. tractans illud Job. Ossa eius implebuntur vicijs adolescentie eius, et cum eo in puluere dormient. Ubi li. xv. moral. ista verba exponens dicit. Tenent praue consuetudines eum quem semel ceperunt et quasi quotidie duriores existunt. et cum eo in puluere dormient, quia non nisi cum eo finiuntur. Hec ille. In signum huius legitur dominus istum adolescentem in tali etate suscitasse a morte corporis vt innueret tales exemplo suo per suos vicarios esse suscitandos, ita vt vnicuique talium quantocito peccauerint in tali etate dicatur. Adolescens tibi dico surge, s. propter premissa pericula. In quibus verbis saluator excitat iuuenilem pigriciam et hortatur, imo precipit ei festinam et velocem conuersionem: significans cito esse surgendum

a statu culpe ꝫ ꝑperādū ad statum venie et
gratie diuine. ac ꝓ hoc ꝑdicatoribꝫ suis dat
exemplū hortādi ꝫ excitandi oēs peccato-
res ad surgendum velociter de pctō. sed tū
maxime in ꝑsenti euāgelio dat formā exci-
tandi adolescentes ꝫ iuuenes lapsos. ne in
talibus vicijs adolescentie ipsoꝝ vsqꝫ ad se
niū ꝑdurēt. ideo fidelis ꝑdicator debet sol
licite monere tales ad statuꝫ bone vite ꝫ re
ctitudinē iusticie qꝫdiu sunt in illa etate: di-
cendo exemplo christi: Adolescens tibi di-
co surge. scꝫ a statu ꝑuersitatis in q̄ erraue-
ras ꝫ quasi mortuꝰ iacebas: nihil boni ope
rando. Et quia hic ponit̄ verbuꝫ precepti
uum scꝫ dico. ꝓ quod notat̄ ꝙ eis aliq̄ sunt
ꝑcipienda. Unde si debent adolescētes be
ne informari: aliq̄ sunt eis ꝑcauēda. aliq̄ ꝑ-
cipienda. aliq̄ predicēda. Et ideo adolescē-
tibus sunt tria necessaria. Primo eñ sunt
eis q̄dam scire necessaria q̄ sunt ab eis ꝑca
uenda: que fugere debent ne cadant et mo
riantur morte culpe, ne dicatur eis necessa
rio post casum Surge. Secundo sunt eis
quedā imponenda que seruare ꝫ custodire
debent. q̇bus seruatis nō opꝰ erit eis audi
re vt dicat̄ eis Surge. Tercio sūt eis q̄dā
predicenda q̄ timere debēt vt a casu absti-
neant. et sic non audiant. Adolescens tibi
dico surge. A

Dixi primo

ꝙ adolescētibus sunt aliqua ꝑca-
uenda que fugere debent ne cadant ꝫ mo-
riant̄ morte culpe. et sic mereantur audire
Adolescens tibi dico surge. Sunt aūt tria
ipsis ꝑcauenda ꝫm Robertū Holgoth su
per librū Sapiē. ca. viij. Primo eñ preca
uere debent somnuꝫ torpentis ociositatis.
Secundo viscum seu picem inficientis so
cietatis. Tercio estū presumentis tumidi-
tatis. De primo quomodo debēt precaue-
re somnū torpentis ociositatis. Nam licet
omnibꝫ statibꝫ periculosum sit ociū. maxi-
me tamē adolescētibꝫ. eo ꝙ illa etas est fun-
damentū totius etatis. Unde quia tūc di-
cit Hieronimꝰ epistola. xxxvij. In illa eta
te debet vsus sancte cōuersatiōis inolesce-
re seu acquiri. eo ꝙ illi anni sunt opportuni
ad instructionēꝫ: in q̇bꝫ facile pōt trahi ani
mus adolescentis ad voluntateꝫ docentis
ideo q̇ tunc sectat̄ ociū stultissimus est. Il-
la eñ etas est sicut estas in qua debent ger
minare oīa bona semina et plantari sancta
oꝑa. Unū Sapiens cōsulens patribꝫ dicit
Eccli. xxx. Curua ceruicē eius in iuuentute
Et. vij. cap. dicit. Filij tibi sunt: curua eos
a puericia. Sūt ergo erudiēdi debitis ar-
tificijs et cōuenientibꝫ suis statibꝫ. Unū ꝫm
Johannem Galleñ. in cōmuniloq̇o. dist. j.
tercie ꝑtis. Si sunt nobiles erudiantur in
oꝑibus q̄ sunt nobiliū. et si indigeant viue
re in artificio: erudiant̄ in artificijs mecha
nicis sibi ꝯuenientibꝫ vt possint iuste viue-
re. Unde de Cōstantino imꝑatore legitur
ꝙ filias suas in arte texendi ꝫ nendi instru
xit. vt si necesse esset ex illis possent viuere.
Ante oīa aūt sunt informandi in fide ꝫ bo
nis moribꝫ. ꝓut ait Hugo de sacramētis li.
ij. ꝑte. ij. c. xij. Narrat Tulliꝰ li. ij. de tuscu-
lanis q̄stionibꝫ ꝙ q̇dā Ligurgus noīe sta-
tuit leges q̇bus ꝑcipit̄ vt adolescētes eru-
diant̄ venādo. currēdo, esuriēdo. algendo.
estuādo. De q̄ Seneca ꝓseq̄ndo dicē Epi-
stola. xxxj. ꝙ natꝰ in Spartia arcū discit tē-
dere. In germania ꝓo hastile studet vibra
re. In italia aūt equitare ꝫ caute hostē ꝑcu
tere. Idē narrat Salustiꝰ li. j. de quadam
gēte: cuiꝰ mos est eq̇tare: iaculari: cursim cū
equalibꝫ certare. Precipue etiā illi q̇ habēt
regna ꝓuinciaꝝ. terraꝝ. ducatuū. ab infan
tia debēt informari in studio lraꝝ. sicut pa
tet de antiq̇s principibꝫ. Legit̄ eñ de Pto
lomeo ꝙ ꝯtinuꝰ fuit in libris. Unū dr̄ de eo
ꝙ septuaginta interp̄tes vocauit ad interp
tandū sibi bibliā. ꝓut habet̄ li. v. de ciui. di
ꝫ de doctrina xp̄iana. ca. iiij. De Alexādro
etiā narrat Agelliꝰ lib. acticaꝝ noctiū. quō
Philippus pr̄ eius cū gaudio magno eum
Arestotili instruendū cōmisit. Sicut etiaꝫ
recitat Alexāder nequā in li. de naturis. et
Seneca epl'a xc. Silr̄ Nero habuit Se-
necā in mgr̄m. Traianus Plutharcū. De
studio etiā Julij li. de vita cesaꝝ. multa nar
rant̄ et ꝙ eius disciplina fundamentū fuit
oīm imꝑatoꝝ. vt dicit Solinꝰ li. j. c. v. ꝫ li.
j. añ finē. ꝙ eo nullus legit velociꝰ: nullus
sc̄psit celeriꝰ. ita vt simul dictaret quatuor
epl'as. Idē patet de Theodosio vt recitat̄
in ꝓlogo historie tripartite. De magno Ka
rolo etiam legitur q̄ntū fuit amator libroꝝ
et specialiter btī Augustī de ciuitate dei. q̄
magistrū habuit Alquinū q̇ eū docuit dy-
aleticā. rhetoricā. ꝫ astronomiā. Nec miru

ꝙ bene regebant subditos, quia ita illuminati fuerunt scientijs Nam opus regiminis non potest exerceri sine scia in iudicando, in pcipiendo, in belligerãdo, in lege cõdenda. Unde Seneca dicit epla. xciiij. ꝙ cum sapientes dñabant tunc fuit aureũ seculũ. Et patet hoc, quia deꝰ ab initio nunꝗ̃ cõmisit regimen pplĩ nisi doctis et sapientibꝫ: q̃s aut p se docuit in spũ, aut per alios. vñ pꝛimus Abꝛaam rectoꝛ sui ppli fuit peritꝰ i omni sapientia Egyptioꝝ. vt dicitur Act. vij. Et similiter Moyses. et Dauid q̃ habuit sciam sicut angelus dei. vt habetur. ij Regũ. xiiij. Et Salomon nihil petijt nisi sapiam. iij. Regum. iij. Unde antiq̃tus dictum est ꝙ rex illiteratꝰ est sicut asinus coronatus. Patet ergo ꝙ multum pdest adolescentibꝫ nõ ociari in illa etate, sed studere q̃ sunt vtilia p tota etate ipoꝝ. Sꝫ ecce hodie versa est res in contrariũ. Pauci eñi vꝉ nulli nobiles aut pncipes vel reges tradũt filios suos ad scias liberales ab adolescentia: applicantes potius eos curijs in q̃bꝫ q̃tidie ludunt ⁊ insaniunt. et sic in ocio tempus expendunt. Sed attendant tales. q̃a tales ludi sunt multum pniciosi et nociui i quibus est cõsumptio pciosi tpis ⁊ assuefactio ad mala opera. vicꝫ ad detractõẽs. ad turpiloquia. ad pompam. ad vanam gloriam. ad gulam. ad luxuriaꝫ. ad rapinam. ad omnẽ iniuriam pximoꝝ ⁊ cõtumeliã diuinam Et ideo Ecci. xxx. companꝰ eq̃ inueni et indomito: q̃ dure vadit. Et si sic pmittiꝰ postea in senium nullo modo flecti põt. vñ Arestotiles. ij. Ethicoꝝ. ij. ca. dicit. ꝙ iuuenes sunt enutriendi legibꝫ coactiuis. eo ꝙ eis opa ṽtuosa in se nõ sunt delectabilia nisi ad ea coganꝰ. Sicut deducit idẽ phus. i Ethicoꝝ. ca. xviij. Et sicut idem phus ponit. ij. Rhetoꝛice. iuuenes sunt facilr concupita psequentes. ⁊ faciliter a concupitis desistentes. et ideo castigatione indigent Nã q̃ parcit virge odit filium suũ. Prouer. xiij. Refert Pliniꝰ ꝙ accipiter pullos suos cuꝫ maturanꝰ extra nidum pjicit. et alis verberat ne pigrescant. Sic adolescens extra nidum pprie voluntatis sue est ejciendus et alis discipline coꝛrigendus. Alioquin sciat pr̃ p iniquitate filij dissoluti veraciter se damnari. Sicut habes exemplũ de Heli sacerdote q̃ p eo ꝙ audiens filios suos incõtinenter viuere eos leniter tm̃ verbis increpatoꝛijs coꝛrexit sed verbera non adhibuit: de sede coꝛruens miserabilr fracto capite expirauit. Filij aũt eius in bello fuerũt occisi. j. Re. iiij. Qualiter aũt romani docebant filios suos adolescẽtes: pulcre narrat quidam expositoꝛ sup Juuenalẽ. li. j. Satire sue: dicẽs. ꝙ romani disponebãt actiones suas p singl'os dies ꝙ summo mane oẽs simul cõuenerant ad arcus triumphales. in q̃bus antecessoꝛes eoꝝ depingebanꝰ cũ armis et cautelis q̃bꝫ deuicerant hostes suos. vt sic iuuenes visis illis accederenꝰ ad virtutẽ per imaginatõeꝫ gestoꝝ. Deinde accesserunt templũ Appollinis q̃ erat dñs sapientie. Postea iudices ad foꝛuꝫ: senatoꝛes ad capitoliũ descẽdebant. Judices vt causas tractarent. senatoꝛes vt cõmuni vtilitati ꝯsulerent. et sic tps suũ vsq̃ ad horã nonam expãdebãt. Jtẽ narrat Macrobiꝰ pmo saturnaliũ. ꝙ apd̃ Romanos pueri nobiliũ q̃dam vtebanꝰ veste q̃ dicebaꝰ ptexta Jn q̃ añ pectus deferebant q̃ndam aureã fibulã sicut monile: ad modũ bulle q̃ natat sup aq̃ semirotunda. Pretexta erat de purpura rubei coloꝛis: vt pudoꝛe sue nobilitatis a vicijs se subtraherẽt. et coꝛdis imaginem añ pectꝰ poꝛtabãt. vt se inuicẽ intuentes ita se foꝛtes hoĩes cogitarẽt si coꝛde prestarent. Hec Macrobius. A

Secũdo iuuenes debẽt pcauere viscuꝫ seu picem inficientis societatis. Nam et si valde piculosa est familiaritas maloꝝ. oĩbꝫ tñ magis adolescentibꝫ. quia Qd̃ noua testa capit: inueterata sapit. Unde Alexãder non potuit carere moꝛibꝫ Leonidis magistri sui. similiter et vicijs. vt dicit Seneca et Hieronimus. Nec miruꝫ. Amoꝛ eñi est tante ṽtutis ꝙ trãsfoꝛmat amantẽ in amatum: ⁊ ei assimilaꝰ fm̃ Dyonisiuꝫ. iiij. de diuinis noĩbꝫ. Et ideo phus. ix. Ethicorum dissuadet amiciciã puersoꝝ. Maxime aũt debent vitare familiaritatẽ maloꝝ. et econuerso adolescentes virgines familiaritateꝫ viroꝝ. q2 vtrobiq̃ est periculũ. vt diciꝰ Hieronimus. Non solũ aũt familiaritatem fugere debent inuicem. sed nec de eis facere mentionem. quia talis memoꝛia valde est periculosa. et pma via ad pctm̃ qd̃ generatur in cogitatõne. Et ideo legitur de beato Arsenio ꝙ oꝛabat deum vt aboleret nomẽ

cuiusdam femine de memoria sua: licet illa
optimo ꝓposito ad eũ accessisset vt oraret p
ea. Legitur etiam de quadam virgine que
pro eo ꝙ quidam in ea scandalizatus fuit:
decem annis se aspectibus hominum sub
trahens in quodam sepulcro latuit dicens
Nolo scandalizare creaturam ad similitu
dinem dei factam, ibiqꝫ obijt. Ecce quan
ta pudicicia istius virginis fuit in adole
scentia. C

Tercio precauere debent adolescentes
estum presumentis tumiditatis. Duo gene
ra hominũ sunt valde magne spei naturali
ter, scꝫ iuuenes ꝛ ebrij. Debẽt ergo vitare p̄
sumptionem, quia ipsa est mater iurgiorꝫ
Et raro videbis iurgia nisi assint vel iuue
nes vł ebriosi. Sed vnde ꝑuenit adolescẽ
tibus hec presumptuositas ꝙ non timent
quecunqꝫ difficilia sed omnia facilia depu
tant. Respondeo ẽm philosophũ .ij. Rhe
torice ꝙ huius triplex est causa. Primo, qa
habent magnam et multam spem de futu
ro, eo ꝙ credunt adhuc per longum tẽpus
durare, et ideo in anĩo semp sperant se pos
se multa consequi: exq̃ tempus habẽt mul
tum. Unde aliqui sperãt se futuros episco
pos. Aliqui magnos dominos. Et ita no
lunt aliquid laborare, sed post modicum tẽ
pus cum iam maturanẽ ꝛ laborare veren
tur vel studere vł sedere in loco aut plagas
sustinere: libenter essent campanatores vel
alij parui ministri. Secundo, quia habẽt
multꝫ de calore naturali. ꝛ ideo cor in eis
ampliatur, ex qua ampliatione tendunt in
difficilia. Tercio ideo: quia nondum sunt
experti difficultates et resistentias in factꝫ
suis, ideo sunt audaces ad tentandum om
nia. Et ideo philosophus .iij. Thopicorũ
dicit, ꝙ nemo eligit duces iuuenes in bel
lo propter eorum nimiam presumptuosita
tem. Ista tria si precauerit adolescens non
cadet, nec ei opus erit dicere ab aliquo,
Adolescens tibi dico surge. Et tantum de
primo.

D

Dixi secundo ꝙ adolescen-
tibus sunt q̃dam imponẽda que seruare ꝛ custodire de
bent. Quibus seruatis non erit opus ei au
dire Adolescens tibi dico surge. Tria au
tem sunt eis imponenda, scꝫ promptitudo
obedientie, sanctitudo conscientie, et solli
citudo ꝯtinentie. De primo scꝫ q̃modo de
bent habere promptitudinẽ obedientie: pa
tet per Augustinũ de duodecim abusioni
bus seculi, vbi dicit ꝙ tercius abusionis gra
dus est adolescens sine obedientia. Quo
modo em̃ ẽm ipsum in senectute sibi mini
strari sperabit qui in adolescentia seniorib
obedientiam exhibere cõtemnit. Unde et
pro illo in prouerbio apud antiquos dictũ
est, ꝙ seruos habere nequeat qui in iuuen
tute alijs seruire nescit. Unde dicit Aristo
tiles octauo Ethicorũ, ꝙ amicicia inter se
nes ꝛ iuuenes est necessaria. Senib quia
dem: vt eis a iuuenibus seruiatur, et iuue
nibus vt non peccent, hoc est, vt a seniori
bus a peccatis preseruenẽ. Nam timore se
num et reuerentia solent iuuenes se a suis
insolẽtijs refrenare. Sicut dicit Job de se
xxix. capitulo. Uidebant me iuuenes ꝛ ab
scondebantur. De ista obedientia iuuenuꝫ
ad seniores dicit Ualerius libro secundo,
capitulo primo, ꝙ apud antiquos senectu
ti iuuentus generaliter ita circumspectum
honorem reddebat tanqꝫ omnes seniores
cõmunes essent patres omnium iuniorꝫ.
Unde Judicum .xiiij. dicitur. Sic enĩ iu
uenes consueuerunt facere. Bene dicit cõ
sueuerunt, quia ista est optima consuetudo
que fuit seruata ab initio seculi, scilicet qua
minor seruiebat maiori. Refert Hieroni
mus de obedientia cuiusdaꝫ adolescentis
marci: quem cum abbas Siluanus ad se
vocasset ea hora qua in quaterno scribe
bat. Ille ad p̄ceptum vocantis: litteram o
quam incohauerat propter obedientiã di
misit incompletã. Similiter refert de quo
dam Johãne heremita: quẽ cum Paulus
abbas mittere vellet ad ciuitatẽ ꝓ necessa
rijs. Ille se excusauit dicẽs. Pater leena di
cit esse in via: et vos me illuc dirigitis. Ab
bas ꝟo estimãs eũ iocose dixisse respondit
Si occurrerit tibi leena: alliga illam. Qui
cum iter arripuisset occurrit sibi leena ꝛ ir
ruit super eam. Ille ꝟo accedens voluit ca
pere eam, sed illa aufugit. Qui post eaꝫ cla
mans dixit. Abbas mihi precepit vt te al
ligem ꝛ ducam ad eum. ꝛ statim stetit. Ille aũt alli
gans eam reuersus est ducẽs eam alligatã
Quod videns senex volens eam humilia
re tanto plus: dixit. canem fatuũ adduxisti

ad me. Sicut tu insensatus es ita et bestia tua. Et soluens eã abire precepit. Sed hodie versa est res in contrarium quando nõ honor: nõ irreuerentia: non obedientia defertur senioribus ab adolescẽtibus, sed cõtumelia et omnis irreuerẽtia et derisio, sicut conqueritur Esaias, iij. Tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem. Et propter quod cõfusus est totus ordo.
E

De secundo quod eis imponendum est scilicet sanctitudo conscientie: patet, qz adolescẽtes debent discere quomodo peccata sua scirent circumstantijs diligenter discussa integraliter et euidenter exprimere, quia si fuerit conscientia larga in iuuentute ampliabitur in senectute sine mensura. Propter quod Ecclesiastici, vj, dicitur. Fili mi a iuuentute tua excipe doctrinam et vsqz ad canos inuenies sapientiam. Et dicitur Ecclesiastici, xxv. Que in iuuentute tua nõ cõgregasti: quomodo inuenies ea in senectute tua quasi di, nullo modo. Et ideo multi sunt q̃ cum negligunt conscientiam in iuuentute postea in senectute dolendo conqueruntur et lamentantur: dicẽtes Prouerbio, v. Cur detestatus sum omnem disciplinã et increpationibus non acquieuit cor meuz. quasi di. Maledict⁹ ego sum qui non audiui vocem docentiũ me, et magistris meis non inclinaui aurem meam. Et merito plangunt tales postea in senectute qui noluerunt discere in iuuẽtute. quia metrice dicit. Damna fleo rerum: sed plus fleo damna dieruz. Vix poterit rebus succurrere nemo dieb⁹.
F

De tercio quod eis est imponẽduz scz sollicitudo continentie: patet. Naz magnam sollicitudinẽ debent habere vt continentes sint, et maximã custodiaz debẽt habere in iuuẽtute a seniorib⁹. eo q̧ dicitur in psalmo in psona cuiuslibet iuuenis de concupiscentijs carnalibus. Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. Et quo ad hoc necesse est vt sobrie nutriantur et moderate Iuxta illud Boetij de disciplina scolariũ. Potus aũt sit tenuis eiusdẽqz parcitas, qa sicut vinũ moderate sumptũ acuit ingeniũ ita immoderate sumptũ pturbat rationez: intellectum ebetat: memoriã eneruat, et per consequens obliuionẽ inducit. Vnde dicit Macrobi⁹ libro vltimo q̧ obliuio est comes ebrietatis. Et Seneca in epistola dicit q̧ est hilaris insania. Et vt idẽ dicit epistola, lx. Est volũtaria insania. Hinc est qd̃ Hieronim⁹ impossibile reputat adolescentem delicatum posse fieri castum. Dicit eñ epistola, cxvj, allegãdo apostolum, j. Cor. nono, vbi de se ait. Castigo inq̃t corp⁹ meum et in seruitutem redigo. Si ergo apostolus castigat corpus vt subijciatur anime imperio, quomodo adolescens feruẽs cibis de castitate securus est. Bene ergo dicit ille phfilosophus Cornutus, q̧ sine cerere id est cibo, et libero id est vino friget venus. Et apostolus Ephes. quinto. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Fertur d̃ philosopho Zenocrate prout dicit Valerius libro quarto, capl'o, iij. q̧ apud Athenas quedam mulier spopondit iuuenib⁹ se posse corrumpere eius temperantiã Et nocte veniens iuxta eum se deposuit. Que cũ non posset eum in aliquo flectere, adolescẽtes qui secum pactum super hoc posuerũt si eum seduxisset: precium reposcebant. Illa ꝓ respondit, pign⁹ posuisse cum eis nõ de statua sed de homine, vocans philosophum statuam propter imobilem eius cõtinentiam. Est etiam magnũ periculũ si nimis delicate et copiose nutriatur adolescẽs Quia vt ait Augustinus, xxj, libro de ciuitate dei. Si pro viribus suis alatur iuuenis fit vt in crescendo plus capiat, et si modum sue capacitatis excedit: deficiet anteq̃ crescat. De hoc pulcre Seneca libro, ij. de ira dicit, q̧ vinum negandũ est talib⁹, vt ait Plato, nec cibis implendi sunt: ne distẽdantur eorum corpora. Hec ille.
G

Dixi tertio q̧ adolescentibus sunt aliq̃ predicenda q̃ timere debent vt a casu abstineãt et sic nõ audiant verbũ terribile. Adolescens tibi dico surge. Sunt aũt eis tria pdicenda. scz, labilitas temporalis iuuentutis, difformitas hyemalis senectutis, et debilitas corporalis virtutis. De primo patet. Nam solent adolescentes gloriari de fortitudine nimia: nõ aduertẽtes q̃cito trãsibit. Quibus tamen dicit Esaie quadragesimo. Iuuenes in infirmitate cadent: ideo pdicẽda est eis labilitas temporalis iuuẽtutis, qz forma corporis quantũcũqz est magna cito trãsit

et arescit sicut flos vernalis. Unde Ouidi
us libro secundo de arte amandi. Forma
bonũ fragile est quãtũq; accedit ad annos
Fit minor ⁊ spacio carpit̃ ipsa suo. Nec vi
ole semꝑ nec florẽt lilia semꝑ. Et riget annu
la spina relicta rosa. Et tibi iam venient ru
ge formosi capilli. Jam venient ruge q̃ tibi
corpus arent. Secundo ꝓdicenda est iu-
uenib; deformitas hyemalis senectut̃. de
qua idem Ouidi⁹ libro tercio de arte amã
di scribit dicens. Uẽture memores iã nũc
estote senecte. Sic nullũ tẽpus vobis abi-
bit iners. Utendum est estate: cito pede la-
bitur etas. Nec bona tam sequit̃ ꝙ̃ bona
prima fuit. Quo nam cito me miserũ laxan
tur corpora rugis. Et perit in medio qui fu
it ore color. Et ideo signãter dicitur Eccle-
siastes duodecimo. Memento creatoris
tui in diebus iuuentutis tue anteꝙ̃ veniat
tempus afflictionis tue et appropinquent
anni de quibus dices: non mihi placent.
Et Uirgilius in Bucolicis. egloga secun
da. O formose puer nimium non crede co
lori. Alba ligustra cadunt: vaccinia nigra
leguntur. Uaccinia apud Uirgiliu; sunt
aliquãdo parui fructus nigri. Et sic loqui
tur hic. Aliquando vocantur flores qui di
cuntur primule veris. Et sic loquitur in ea
dem Egloga dicens. Mollia luteola pin-
git vaccinia campos. Tercio predicenda
est debilitas corporalis virtutis. Nã iuxta
poetam. Multa circũueniunt incõmoda
senem. Unde Innocẽtius libro primo de
vilitate humane conditionis capitulo no-
no dicit: describens incõmoda huiusmo
di. Si quis inquit ad senectutem processe
rit: cor eius affligitur ⁊ caput concutit̃: lan-
guet spiritus et fetet anhelitus: facies ruga
tur et statura curuatur: caligant oculi et va
cillant articuli: nares effluunt et capilli de-
fluunt: tremit tactus: deperit actus: dentes
putrescunt et aures sordescunt. Senex fa-
cile prouocatur et difficile reuocatur. et ci-
to credit et difficile discredit. tenax et cupi-
dus. tristis et querulus. velox ad loquen-
dum. tardus ad audiendum. laudat anti-
quos et spernit modernos. vituperat pre-
sentia et cõmendat preterita. suspirat et an-
xiatur. torpet et infirmatur. Hec ille. Ecce
quanta miseria: quam deberent bene ad-
uertere adolescentes vt eam non exoptent
nec expectẽt: que cum venerit oĩa mala se-
cum adducit. ita vt nemo sit qui eam nõ ac
cuset. vt dicit Tullius in libro suo de sene-
ctute. Tanta in omnibus stulticia incõstã
tia ac peruersitas est ꝙ omnes eam vt adi-
piscant̃ exoptant. sed tamẽ eandem adepti
accusant. Ex quo concludit finaliter ꝙ licz
omnes sumus vel esse intendimus senes si
deus voluerit. tamen hoc non est perfecto
rum appetere absolute ꝑm Robertũ Hol-
goth super librũ Sapientie capitulo quar
to. Et ratio est. quia talis appetitus ꝑm ip-
sum magis mouetur ex instinctu nature ꝙ̃
fidei. Quapropter nullus adolescens se re
mittat ad huiusmodi etatem que plena est
incõmodis et miserijs. et interdum depra-
uatõne voluntatis. Sicut illi senes fuerũt
de quibus dicitur Danielis. xiij. qui Su-
sannam de turpitudine sollicitabant. De
Salomone quoq; legitur. iij. Regum vn-
decimo. ꝙ cum esset senex deprauatum est
cor eius per mulieres. Ideo Psalmista pe
tit dicens. Ne proijcias me in tẽpore sene-
ctutis. Ut autem de oĩbus premissis ado
lescens instruatur: necesse est eum adhere-
re seniori alicui: qui eu; in moribus bonis
instruat et a casu custodiat: cadẽtemq; am
moneat vt resurgat Hinc dicit Tullius ꝙ
adolescentes debent adiungi bonis et pro
batissimis quor; cõsilio innitantur et vtan
tur. Et Ambrosius libro ꝓmo de interpel-
latione Job dicit: causam huius reddens
Q, quia adoleslescentia magis ad viciũ lu
brica esse consueuit et est ex se infirma in cõ
silijs: ideo maturis ꝓposit; adiungi debet.
vt eorum exẽplo tueatur ⁊ ducatur ad bo-
num. Et de hoc idem latius prosequitur li
bro secundo de officijs caplo. xviij. ꝙ cum
fuerint adolescentes: facile casum poterint
euitare et tandem consequi vitam eternam
Ad quam nos perducat dominus noster
Jesus christus qui est benedictus in secu-
la seculorum Amen.

Dñica decima septima post trinitat̃. I.
Sermo CXVII.

Anauit eum ac
s dimisit. Luce. xiiij. cap. Sicut
dicit Augustinus in libro de o-
pere monachorum. Qui veram ostendit

corpis infirmitatē humane tractandus est
seu curandus. Nec īmerito, nam patienti-
bus et passionē ostendētib9 cōpatiendū iu-
dicat etiā ipa nostra natura. Vn̄ dicit Hu
go de trib9 volūtatib9 in christo. Humane
nature insituz est vt pietatis affectu anim9
suus erumnis alienis cōdoleat. Hinc est q̄
Innocentius quart9 de vilitate hūane cō
ditionis vocat tale pectus ferreum ꝛ cor la
pideum: quod sup aliena miseria aut dolo
re lacrimas non effundit: cum ꝓximi mor-
bum vel interitum intuet̃. Et quia vt dicit
Gregori9. xix. libro moraliū. Tanto quisq̄
ꝑfectior est quāto perfectius sentit dolores
alienos. Cū igitur christus dn̄s fuerit ꝑfe-
ctissimus omniū: non potuit a compassiōe
abstinere miserorū. sed eos quos vidit va-
riis languoribus oppressos statiz vt vidit
misericordia motus est ꝛ compassionis in
terno amore concitatus om̄es ꝑfecte sana
uit, iuxta illud. Cum aūt sero essz omnes q̄
habebant infirmos variis languorib9 op-
pressos: ponebant illos ante eū ꝛ curaban
tur. Hinc dicit de eo Petr9 Actuū. x. q̄ ꝑ-
transiuit bene faciendo et curādo oēs op-
pressos a languorib9 eorū. Nec soluz cura-
uit misericorditer, sed etiā liberaliter. Non
em̄ preciū ab his quos curauit recepit sed
gratis sanauit. Sanatūq̄ liberū abire di-
misit. vt dicunt verba nostri thematis. Cū
intraret Jesus in domū cuiusdaz ꝑncipis
phariseoꝝ. et cetera q̄ sequuntur. Cum
intraret Jesus in domum cuiusdam prin-
cipis phariseoꝝ sabbato manducare panē
In quibus verbis tria tāgunt̃. Primo em̄
describitur magna christi benignitas in eo
q̄ dicitur. Sanauit. Secundo ostēditur
infirmitatis curate anxietas. cum dicitur.
eum. scilicet ydropicum. Tercio subiungit̃
diuine pietatꝫ liberalitas. cum dicitur. Ac
dimisit ꝛc.

A

Dixi primo q̄ in verbis ꝑmis-
sis describit̃ ma-
gna christi benignitas. cum dicit̃. sanauit.
Sicut autem dicit Augustinus. Christus
neminē sanauit impꝑfecte, sed quēcunq̄ sa-
nauit in corpe illuz etiam sanauit in anima
mūdando eam a peccatꝫ. Et ideo hic de sa
nitate mentis videndum est. que est vtilior
Est igitur sciendum q̄ christus fuit perfe-
ctissimus medicus ex duobus. scz. ex eius
magna benignitate pietate ꝛ compassione
quam habuit ad peccatores. et ex eius ꝑfe
cta arte: qua curauit eoruz languores. Ita
vt de eo possit dici veraciter q̄ sanauit illū
quod de nullo medicorum dici potest. De
primo patet, quomodo christus fuit maxi-
me benignitatis erga nostras infirmitates
visitando nos corporali presentia. Multi
nanq̄ medicorum dedignant̃ ad infirmos
pauperes vel leprosos visitare: abhominā-
tes eorum fetores: aut timentes infectio-
nem. Sed christus videns dolorem hu-
mani generis intolerabilem: qui etiam fe-
tore suo celos penetrabat. Juxta illud pro
phete. De cadaueribus eorum ascendit fe-
tor. misericordia motus descendit: non de
domo. sed de altissimo celo. iuxta illō. Per
viscera misericordie dei nostri in quib9 visi
tauit nos oriens ex alto. Nec victus est ꝑ-
cio diuitum, non auro nec argento regum
sed humili prece pauperum. Omnium em̄
peccatorum erat illa vox cōformis et vna-
nimis clamantium et dicentium ad deum
Sana me domine et sanabor. vt habetur
Hieremie decimoseptimo. Hic est ergo pi-
us medicus quem non traxit ad nos auri
copia. sed tm̄ nostra miseria. Magna er-
go datur peccatoribus confidentia de ve-
nia: cum tanta sit in Christo eorum me-
dico miserationis et benignitatis copia.
qui quasi pro nihilo saluat et sanat. Jux-
ta illud Psalmiste. Pro nihilo saluos faci-
es eos. Vn̄ apostolus. Non ex operi-
bus iusticie que fecimus nos: sed ꝫm mi-
sericordiam suam saluos nos fecit. Dicūt
naturales q̄ confidentia patientis de me-
dico gratioso et affabili multo citius cu-
rat q̄z de medico serioso et crudeli. Unde
dicit Petrus Rauanens̄ in quadā episto-
la q̄ frequenter ex aptitudine medici gra-
tiosa: ꝛ ex quadam confidentia quam egro
tus inde concipit: natura iam deficiens cō-
ualescit. Unde dicit Robertus Holgoth
de quodam medico qui de quadam gra-
ui infirmitate curauerat patrem. Et cum
iterum recidiuasset: iterum eum curauit.
Contigit autē q̄ nouerca dicti medici ean
dem infirmitatem inciderat: petebat pa-
ter vt filius curaret nouercam: allegans q̄
sciret ꝛ posset eam curare: ex quo eam iam

bis curauerat in ipso patre. Respōdit se fi-
lius hoc non posse facere. q2 et si sciret cu-
rare illam infirmitatem in patre, nō tamen
in nouerca. eo q certus esset de dilectōe pa
tris erga se. que dilectio et affectio multū
opata est ad curam eius, non aūt cert⁹ erat
de dilectōe nouerce erga se. et ideo nō erat
certus se posse illam curare, pter diffidētiā
quā nouerca habuit erga ipm Ecce quo-
modo ꝯfidentia de medico cito sanat egro
tum. Et quia vt dicit apl's. ij. Cor. iij. To-
Dixi secundo quod in verbo premissis ponitur eterne dulcedinis suauitas tam affectualiter delectantis. Cum dicitur. Ad nuptias. Nuptie iste multum suaues sunt. quia in maxima dilectione et caritate aguntur. Nam sponsus istarum nuptiarum est christus. qui ecclesiam sibi fide desponsatam in caritate maxima copulauit. Iuxta illud Hieremie. xxxj. In caritate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. Uideamus ergo hic de tribus. scilicet de sponsi magnitudine. Secundo de sponsi pulchritudine. Tertio de nuptiarum dulcedine. De primo. scilicet sponsi magnitudine dicitur hic. quia sponsus iste est filius regis. cui rex pater fecit nuptias. Rex est deus pater. qui est rex regum: et dominus dominantium Apocalip. xix. De quo in Ps. Quoniam rex omnis terre deus. Filius huius regis est filius dei patris. dominus noster ihesus christus. De quo in ps. Filius meus es tu. ego hodie genui te. Sponsus ergo hic est christus deus noster. vt dicit Bernar. sup Cantica. sermone. lxviij. in principio. Et sponsus hic magnus dominus et laudabilis nimis. cuius magnitudinis non est finis. sicut dicit Psalmista. Uere magnus dominus et excelsus super omnes populos. Excellit enim omnes potestate. diuinitate et bonitate. De quibus omnibus dicit Apostolus ad Hebreos. j. Quem constituit scilicet deus pater heredem vniuersorum. i. dominum perpetuum et possessorem iure filiationis pater ne. patre tamen non mortuo. vt dicit Gorra. Et dicit notanter vniuersorum. non vnius tribus. quia data est sibi omnis potestas in celo et in terra Math. vltimo. Non solum est heres vniuersorum potestate dominationis. quia dominatur a mari vsque ad mare. sed etiam potestate creationis. quia per ipsum omnia facta sunt. Ideo apostolus dicit. Per quem deus pater fecit et secula. non solum visibilia. sed etiam eterna seu perpetua. Est ergo iste sponsus potens et vigorosus. quia constitutus a deo. perpetuus quia heres. solus quia vniuersorum. Dignitatem vero eius subdit. Qui cum sit splendor glorie. scilicet patris. coeternus scilicet patri vt splendor igni. et figura substantie eius. id est perfecta representatio patris. Colos. j. Imago dei inuisibilis. De bonitate autem eius statim sequitur. Portansque omnia verbo virtutis sue. id est. continens et gubernans omnia celestia et terrestria Isa. xlvi. c. Ego feci et ego feram et portabo et saluabo. Et dicit verbo. id est solo imperio potestatis et bonitatis sue Psalmista. Uerbo domini celi firmati sunt. Et addit aliam bonitatem. purgationem peccatorum faciens. scilicet per mortem suam purgans nos a peccatis nostris. scilicet tam a culpa quam a pena Hec Gorra. Uides ergo anima tui sponsi magnitudinem. potestatem. dignitatem et bonitatem. Potens est. et ideo metuendus. quia cum occiderit corpus. habet potestatem animam mittere in iehennam. vt dicitur Math. x. Dignus est. et ideo a te super omnes preeligendus Apocal. v. Dignus est agnus qui occisus est. Bonus est. et ideo super omnia diligendus. Psalmista. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me etc. Licet autem iste sponsus fuerit ita potentissimus ita dignissimus. atque loco et habitatione celesti altissimus. tamen humilem thalamum eligere sibi dignatus est. De cuius thalamo in Psalmo dicitur. Tanquam sponsus dominus procedens de thalamo suo. Quod exponit Innocen. quartus. id est de vtero beate virginis. In hoc thalamo christus humane nature vt sponsus sponse copulatus. hoc est matrimonium Assueri et Hester. Assuerus interpretatur beatus secundum Innocentium et significat christum. Hester interpretatur exaltata. et significat humanam naturam. In cuius persona potest dici illud Ps. Et cum gloria suscepisti me. Unde quidam dixit. Maritari non potuit caro gloriosius Hoc significatum fuit Gen. xxviij. vbi dicit Isaac Jacob filio suo. Noli accipere vxorem

de genere chanaan. sed pficere in mesopothamiã sirie ad domũ bathuel patrꝫ mr̃is tue et accipe tibi inde vxorez de filiab9 laban auunculi tui. Hec sunt verba dei patris ad filiũ. vt exponit Innocen. Chanaan interp̃tatur possidens domũ. ꝛ significat angelos. q̇ i celesti domo semp̱ assistũt dñõ. De quoꝝ genere noluit deus paẗ vt filius accipet vxorem. id est eorũ naturam Iuxta illud Hebreoꝝ. ij. Nusq̃ꝫ eni angelos app̃hendit. sed semen Abrae. Gorra. Nusq̃ꝫ. i. in nulla scriptura legiẗ angelicaz naturã app̃hendisse. vnde nec naturã angelicã liberauit. Et hoc ideo ẜm Gorram q̇a angelus sine aliq̃ instigante cecidit. ergo p̱ aliũ releuari nõ debuit. Scd̃o qꝛ tota natura humana cecidit. nõ aũt tota angelica. Tertio: q̇a reparatio nature angelice nõ pficeret vniuersitati sicut nature humane. in q̃ totalis reparatio facta ẽ. scꝫ nature humane ꝛ angelice. q̃ ppter hoiem facta est. qꝛ hõ est ois creatura in genere. nõ sic angelus. Mesopothamia interp̃taẗ eleuata. et Siria sublimis. Et significat humanam naturã que eleuata fuit in icarnatione. vt dictum ẽ. Sed nõ ad quãcũq̃ꝫ fecit ire. sed ad domũ bathuel. i. ad beatã ꝟginem. Bathuel eñ virgo dei interp̃tatur Et ibi accepit vxorẽ de filiabus laban. q̇ i terp̃tatur candidatio. id est carnẽ de purissimis et mundissimis beate ꝟginis sanguinib9. ꝛ de virgine nasci voluit. vt denotaret ꝙ virginẽ sibi virgini ecclesiam despõsaret. ij. Corinth. xj. Despondi eñ vos vni viro virginem castam exhibere christo.

C De scd̃o scꝫ de sponse pulchritudine dicitur Canticoꝝ. iiij. c. Tota pulchra es amica mea. Sed que est ista sponsa xp̃i Certe nulla alia q̃ntũ ad p̃sens sufficit: nisi ecclesia seu congregatio iustoꝝ. que ẽ generatio querentiũ dñm. querentiũ faciem dei iacob sponsi. vt dicit Bernar. sup̱ Cãtica. ẜmone. lxviij. Sponsa xp̃i ergo nos sum9 cum reliqua multitudine peccatorũ captiuoꝝ q̃s ip̃e nouit. Pulchritudo isti9 sponse est multũ ammirabilis. eo ꝙ dicit de ea sponsus q̇ mentiri non potest. Tota pulchra es amica mea. Tota eñ pulchra. q̇a ꝛ p̱ intẽtionẽ ꝛ opationẽ. vel tota ppter cõiugatos cõtinẽtes ꝛ virgines. vel tota dr̃ q̃ntũ ad p̃latos ꝛ subditos. ꝛ ita pulcra est ꝛ in vestib9 ꝛ in mẽbris. Oculi eñ eius sunt p̃lati tanq̃ꝫ puisores. Os doctores. Aures penitentiarij ac confessores. Nas9 sapientes. bonoruz maloꝝq̃ꝫ discretores. Collũ clerici ꝛ cantores. Pectus sunt potentes et nobiles. Brachia sunt milites. Man9 operarij ꝛ artifices. Crura famuli. Pedes rustici. In his ẽ mẽbris tota dꝫ eẽ pulchra sponsa. sicut tũc erat cũ p̱ christũ est redẽpta. qñ non habuit maculã mortalis peccati neq̃ꝫ rugã duplicitatis. Sed heu hodie cõqueriẗ ppheta Trenoꝝ. j. dicens. Egressus ẽ a filia syon ois decor ei9 Et glosa dicit decor virtutũ. Sed vnde hec dformitas in membris ecclesie. subdit propheta ibidem. Quia facti sunt principes eius velut arietes. non inueniẽtes pascua. Abierunt absq̃ꝫ fortitudine. Et glosa exponit ibidem ꝙ prelati debent esse velut arietes defendentes ecclesiam autoritatibus vtriusq̃ꝫ testamenti velut cornib9 Sed quãdo sunt illiterati. tunc subditi ñ inueniunt sub eis pascua doctrine. ꝛ sic abeunt de loco ad locum vagantes absq̃ꝫ fortitudine virtutũ ꝛ bonoꝝ opeꝝ. Moraliter autẽ loquẽdo quelibet aĩa est sponsa christi quã desponsat sibi christus in fide. Ozee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Sed hec frangit fidem sponso cum adheret diabolo p̱ consensum peccati. Sicut cõq̃riẗ d ea dominus p̱ prophetam Isaie. lvij. Iuxta me suscepisti adulterum. Sed multuz deberet timere ista sponsa quando prouocat sponsum suum. Nam si ancilla paupercula et seruilis conditionis filio regis essꝫ desponsata. et ip̃a in ignominiam spõsi sui esset scortata. certe multum esset dolendũ ei pro tali offensa. Sic certe anima postq̃ꝫ peccat magnam ignominiam facit christo sponso suo a quo fuit despõsata. Sed et quod deterius est. si diceret. et si sponsũ offendi. habeo tamen ex patrimonio vnde viuam. cum habeam hereditatem bonam sed et hec perdidit hereditatem. Ecclesie enim hereditatem bonam perdidisti. Trenoꝝ vltimo. Hereditas nostra versa ẽ ad alienos. Sed forte diceret. et si hereditatem perdidi. adhuc tamẽ habeo notabilia bona. Sed certe hoc non. quia per peccatum omnia bona mortificantur. Sed forte adhuc diceret. et si istum sponsum perdidi. tamẽ adhuc pulchritudinẽ habeo, ppter quã ab alienis cõcupiscar. Sed cer-

te hoc nõ. quia etiã pulchritudinez perdi-
dit. Quia Trenoꝝ. j. dicit. Egressus ẽ a fi
lia syon omis decor eius. Et eiusdem. iiij.
Denigrata est sup carbones facies eius. sꝫ
forte adhuc diceret. Et si sponsũ pdidi. a-
micos habeo a quibus suscipiar. Sꝫ cer-
te h nõ. qr oẽs amisisti. quia oẽs amici eius
spreuerũt eã. et facti sũt ei inimici. Treno.
j. Sed forte adhuc diceret. Et si sponsuz
perdidi et amicos. tamen ex quo mei iuris
sum ꝛ libera adhuc alios amicos acquirã
Sed certe h non. quia de cetero est kua et
ancilla illibera Hieremie. xvj. Seruietis
dijs alienis qui non dabũt vobis requiez
Ex his patet quantũ debet timere sponsa
christifidelis anima ne sponsum suũ chri-
stum prouocet ad peccatum D Sed
nunc videamus de tertio. scilicet de dul-
cedine istarum nuptiarum. Tantũ eñi ista
dulcedo exuberat q non est modus dicẽ-
di de ea. Nam in eis ẽ dulcis esca. quia in
eccl'ia pñti proposita est mensa altaris. in
qua positus est panis vite qui de celo de-
scendit Johis. vj. In quo est oĩe delecta
mentũ ꝛ oĩs saporis suauitas. Sapiẽtie
xvj. Secũdo in his nuptijs est vinũ. id ẽ
cõsolatio spũssancti. qui cõsolatur nos in
omni tribulatõne nostra. vt dicitur. ij. Co
rinth. j. Istud vinum letificat cor homĩs.
vt dicit Psalmista. Nec solũ letificat sim-
pliciter sed multipliciter. quia km multitu
dinem dolorum meorum in corde meo. cõ
solationes tue letificauerunt animã meaz.
Tertio in his nuptijs sũt delectabiles mi
nistri. qa angelici spũs. qui oẽs sunt admi
nistratorij spũs. propter eos qui heredita
tem capiunt salutis. Hebreoꝝ. j. Et isti ñ
solum ministrant ordinando ea que sũt sa
luti necessaria. sed etiam cõsolant ne defici
amus. sicut cãtores ꝛ timpaniste. de quibꝰ
dr in Psalmo. Preuenerũt pncipes cõiũ-
cti psallentibus. in medio iuuencularum
timpanistriarũ. Sꝫ oia ista nihil valerent
si deessent dona in nuptijs. Ideo christus
puidit multa dona. id ẽ diuersa genera g-
tiarum. Nam alij dat sermo sapiẽtie. Alij
sermo scientie. Alij prophetia Alij genera
linguarum. Alij gratia sanitatum. Alij in
terpretatio sermonũ. que oĩa operat vnꝰ
ꝛ idem spũs diuidens singulis put vult.
Psalmista. Dedit dona homibꝰ. Dantur
aũt ista dona km Hor. super eplaz. Ephe.
iiij nõ vni omnia. sed singulis singula pp
quattuor causas. Primo pter mystici cor
poris xpi integritatẽ. km illud. j. Corinth
xij. Si totũ corpus oculus. vbi auditus.
Scdo pter eccl'ie pulchritudinem ex va-
rietate resultantem. ps. Astitit regina. i. fi-
des vniuersal' catholica a dextris tuis cir
cũdata varietate. Tertio pter singuloruz
membroꝝ vtilitatẽ. j. Corinth. xij. Nõ pt
caput dicere pedibꝰ. non estis mihi neces-
sarij. Quarto pter officioꝝ expeditionem
in qbꝰ eccl'ia non vult pturbari Deutero.
j. Non possum solus onera portare. E.

Dixi tertio q in verbis pmis-
sis arguitur hũa-
ne obdurationis iniquitas. tam ĩfeliciter
oia ista non curantis. Cũ sequitur. Illi ãt
neglexerunt. scꝫ tam piã vocationẽ. tã de-
licatam refectionẽ. ꝛ nõ quidem casu aliq.
sed ppria malicia neglexerũt. ꝛ abierũt ali
us in villã suam. alius in negociationẽ su
am. Circa qd sciendũ q vt dicit Holgot
sup librꝝ Sapie. iij. ca. ꝛc. Primordial' cau
sa pene tam in hoĩe q̃ in angelo fuit negli-
gentia. Si eñi homo vel angelꝰ a deo cre
atus bene fuisset vsus naturalibus ꝛ gtui-
tis sibi datis. nunq̃ apparuisset angelo cõ
ueniens excellentiã dei appetere. vel nũq̃
homo iudicasset serpentis psuasiõibꝰ acq-
escere. Sed qa neglexerunt vti gratis sibi
datis. pmissi sunt cadere in errorẽ per pec-
catũ negligentie. ꝛ de errore negligẽtie in
peccatũ supbie ꝛ inobedientie. Et ideo cõ
querit de eis Salomon Sapie. iij. dicẽs
Quoniã neglexerũt iustũ. a deo recesserũt
Justum. id est iusticiã. Justũ eñi fuit q om
nis rationalis creatura per gratias a deo
acceptas sollicite et diligenter deũ hono-
ret. q est earundẽ grarum largitor. Sunt
aũt hoĩes hodie ĩ mũdo negligẽtes qdru-
plicit. Negligũt qdã addiscere moꝝ scrita
tẽ. Alij negligũt discutere ppam puersita-
tem. Tertij negligunt reuereri dei maiesta
tẽ. Quarti negligũt celestẽ hereditatẽ. De
pmo quõ aliq negligũt addiscere morum
honestatem. Uidemus q multi sciunt ad
discere artes subtiles. iura ciuilia pp vtili
tatẽ. artẽ bellãdi pter strẽnuitatẽ. artẽ ne-
gociandi pter pauptatẽ. ꝛ sic de alijs. que
ad vite presentis pmotionem et admini-
strationẽ spectant. Sed addiscere artẽ bñ
viuendi. artem deo seruiẽdi. artez peccata

cauendi. omnes quasi se exhibent negligentes Unde mundus inuitat ad errores et vanitates et omnes obediunt. deus vocat ad honores et nuptias. et omnes negligunt. Sicut hic conqueritur. Illi autem neglexerunt. Contra hos loquitur Seneca epistola. xviij. Omnia negligenda sunt vt studio bene viuendi assideamus. cum nullum tempus satis magnum est et si a pueritia vsque ad humani eui terminos vita protendatur. Est autem causa negligentie in talibus tumor superbie. Multi enim videntes quod non possunt esse subito perfecti. non curant partem addiscere bene viuendi modum. Et isti sunt fatui. Sicut ille lippus qui ideo non curauit inungere oculos collirio. quia non potuit ita accute videre sicut linx. Quem deridens Oracius libro epistolarum epistola prima dicit. Non poteris oculos quantum contendere linceus. Non tamen collirio contemnas lippus inungi. vnde j. Thimo. iiij. dicitur. Noli negligere gratiam que in te est. Et hec est prima mala negligentia que hic reprehenditur. Nam homo non potest interesse dignus nuptijs christi que celebrantur per fidem in ecclesia militanti: nisi studeat se bonis moribus ornare. alias ei fides sine operibus mortua est. vt dicitur Jaco. ij. Secundo sunt homines negligentes in discutiendo propriam peruersitatem. Refert Holgot super librum sapie ca. iij. Quidam Senascalcus optime sciuit disponere familiam alienam magnorum dominorum. sed pessime sciuit ordinare propriam. Tales sunt multi qui aliorum consciencias sciunt bene iudicare sed proprias negligunt. quibus dicitur per christum. Ut quid vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem in oculo tuo non consideras Math. vi. vbi dicit Crisosto. Qualiter in alijs vides tam parua. et in tuis tam magna transcurris. Si te magis diligis quam proximum. quare procuras ipsum et non teipsum. Si autem teipsum contemnis. manifestum est quod iam non est procuratio sed detractio. Hec ille. Et certe si darem pacem alijs et non ita eorum vicia inspicerem. sine dubio nostra consideraremus. Quia dicit Prosper in libro ij. de contemplatiua vita. Tamdiu quis peccata sua quam nosse et flere debet ignorat. quamdiu curiose aliena considerat. Qui si mores suos ad seipsum conuersus aspiciat. non requirit quod in alijs reprehendat sed in seipso quod lugeat. Hec ille. Tertio sunt homines negligentes in reuerendo dei maiestatem. Nam omnes hodie communiter declinauerunt. scilicet a iusticia et veritate simul. scilicet tam spirituales quam seculares. inutiles facti sunt. vt dicit Psal. Et vnde nisi certe vt idem dicit. Non est timor dei ante oculos eorum. Et ita absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. vt dicitur Eccles. viij. Ideo Deutero. viij. precipitur. Obserua et caue ne quando obliuiscaris domini dei tui. et negligas mandata eius atque iudicia. Et patet hic quod timor dei facit hominem sollicite operari et exequi mandata dei Juxta illud. Qui timet dominum faciet bona. imo non solum magna sed etiam minima que salutis sunt ponderat. Juxta illud Eccles vij. Qui timet deum nihil negligit Sed diceres. Certe hoc est difficile quod homo nihil negligat. et si negligit videtur iniustum quod debeat damnari. Ad quod respondeo quod non omnis negligentia est damnabilis sed solum illa que fit circa actum vel circa circumstantiam actus qui actus est de necessitate salutis. Sicut si negligam dare elemosynam tempore extreme necessitatis proximo indigenti. negligo actum de necessitate salutis. Similiter si dem elemosynam. sed non ex caritate vel non in caritate. pecco mortaliter. obmittendo circumstantiam que debet esse in omni actu virtuoso de necessitate salutis. Unde. j. Corint. vlti. Omnia vestra fiant in caritate. Unde negligentia non est aliud nisi defectus debite sollicitudinis circa actum virtuosum faciendum proueniens ex remissione feruoris in voluntate. Si autem contingit negligentia circa actum vel circumstantiam actus qui non est de necessitate salutis. Sicut si negligam dicere salutationem beate virginis transeundo circa eius imaginem. vel audiendo sermonem cogito de alijs secularibus negocijs ex remissione voluntatis. Et tunc est peccatum veniale. et faciliter purgatur. Juxta illud Eccli. vij. De negligentia purga te cum paucis. Alias illorum negligentia que sunt de necessitate salutis est mortalis. Juxta illud Hieremie. xlviij. Maledictus homo qui facit opus domini negligenter. Quarto sunt alij qui negligunt inquirere celestem hereditatem. Et isti significantur per illos de quibus dicitur Judicum. xviij. Qui licet quinque viri fortissimi de tribu Dan explorassent terram fertilissimam et locum in quo nullius rei fuit penuria. et ita nunciassent fratribus suis. tamen ipsi negligenter agebant nec sollicite curabant ingredere terram illam. Unde eis dicitur ibidem. Nolite negligere

nolite cessare. Surgite ascendam⁹. Uidimus eñ terrã valde opulentã et vberez Terra ista est terra celestis patrie. de qua dicit Psal. Portio mea domine sit i terra viuentium. Terra ista fertilis ꝛ vberrima quia nullius rei penuria potest eẽ vbi habetur de⁹. Istam terrã explorauerãt quinqꝫ viri. scilicꝫ quinqꝫ status electoꝝ. patriarcharũ in lege nature. pphetarũ in lege scripta. apostoloꝝ. martyrũ ꝛ confessorum in lege gre. q̃ oẽs annunciauerunt nobis gaudia illius patrie. et tamen adhuc negligimus ascendere cum eis per contemplationem. Unde nobis dr̃. Nolite negligere. nolite cessare. ac si diceret. Nolite ita negligẽter agere bona. sed sollicite ambulate in opib⁹ bonis p grãm vt tandẽ pueniam⁹ ad gloriã. Ad quã nos pducat pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. Amen.

Dominica. XX. post trinitatis. II. Sermo. CXXIII.

Dice quomodo

a huc intrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ Math. xxij. Sicut ait Augustin⁹ sup Psalmũ. ciij. sermone. j. In oĩbus scripturis supeminentissima via supeminentissimum locũ caritas obtinet. per quam q̃dem viam et deus ad hominem ꝛ homo ad deũ accedit. vt dicit idem libro de spiritu et anima ca. xiij. Hec sola ẽ per quã homies conformant deo. fm Aug. libro de moribus ecclesie. cap. xiiij. Et q̃ sola habita oĩa psunt homini. ꝛ sine qua nihil valent cetera ad salutem vt dicit Aug. sup pma Canonica Johis Omel. v. Omnia eñ pcepta referuntur ad caritatez. fm Aug. in libro Enchiridion. cap. xix. Propter qd q̃ hꝫ caritatẽ secur⁹ est de vita perpetua ꝛ eterna. vt dicit Augu. sup canoni. Johis Omeli. v. eo qꝫ in ea habet mandatoꝝ diuinoꝝ pfectam impletõnẽ. Iuxta illud Aplĩ. Finis pcepti est caritas. Hec sola est q̃ finaliter discernit inter filios regni eterni ꝛ pditiõis eterne. Nã fm Aug. in libro de ciuita. dei. Reprobis etiaꝫ dantur alia p spm̃scm̃ munera. sed tñ quia sũt sine caritate nihil eis psunt. Sicut ait Aplus j. Corinth. xiij. enumerans donũ scie. donũ fidei. donũ pietatis. donũ pphetie. donũ martyrij. q̃ oĩa sine caritate nihil psunt finaliter ad premium. Ex quo infert Aug. vbi supra. q̃ntum bonũ sit caritas sine qua ad eternam vitã cetera bona non pducũt. Unde licet fides sit fundamentũ omniuꝫ virtutum sine qua impossibile est placere deo. vt dr̃ Hebreo. xj. Tamen non potest esse vtilis sine caritate. Nam vt dic Aug. vbi. s. Fides sine caritate põt q̃dem eẽ. sed non põt pdesse. Istud patet hic in isto homine qui licet ceteris virtutib⁹ videlicꝫ fide ꝛ spe ꝛc̃. fuisset ornatus. q̃a tamen caritatem nõ habuit. dr̃ quasi nudus et veste nuptiali carens. Hec ẽ tunica xp̃i incõsutilis. a patre ꝛ spũsancto contexta desup. id est de celo. vt ait Aug⁹. super Psal. xxj. smone. ij. Quã quia iste nõ habuit. iõ merito audire meruit verbũ terribile. q̃d ponitur in nr̃o themate cum dr̃. Amice quõ huc intrasti non habẽs vestem nuptialem In quib⁹ verbis tria describunt. Primo nanqꝫ describit allocutio diuina multum affabilis. Cum dr̃. Amice. Scdo ponit q̃stio dura multũ difficilis. Cuꝫ dr̃. Quõ huc intrasti. Tertio subiungit increpatio seriosa multũ confusibilis. quia non habẽs vestem nuptialem.

A

Dixi primo

qꝫ in verb pmissis dscribit allocutio diuina multũ affabilis. Cũ dicit Amice. Magna affabilitas diuina alloq̃ hominẽ peccatorẽ tam dulciter vt eũ amicuꝫ appellet quẽ tamẽ damnet. vnde inimicuꝫ amicũ appellat. Erat eñ iste et amic⁹. q̃a fidem de deo habuit. et inimicus. quia caritatẽ non habuit. ꝛ p consequens non verus sed fictus amicus dei fuit. Et tamẽ qꝛ in deo nihil deficit q̃ntum in ipo est. eum amicũ vocat ꝛ reprobat. Ex quo patet qꝫ pfecta amicicia homis nõ est nisi in caritate. Unde Tullius in libro de amicicia dicit. Amicicia est diuinarũ humanarũqꝫ rerũ cum beniuolentia ꝛ caritate cõsũmatio. Patet. q̃a fundamentũ amicicie est caritas. Et ideo q̃ volunt cũ deo contrahere amiciciam. ante omnia habeant caritatem. Et quia caritas ꝛ cupiditas sunt eis contraria. Ideo nemo habẽs huius mundi cupiditatem potest esse verus amic⁹ dei. Propter quod dicit Jacobus in Canonica qꝫ amicicia huius mundi inimica ẽ deo Qui ergo vult esse amicus huius mundi. inimicus constituetur dei. Jacobi quarto. Ubi Glosa dicit. Non solum qui blas

phemant ⁊ ꝑsequūtur deū. inimici dei sūt. sed etiā oēs amatores mundi inimici dei sunt. Et Aug. super. j. Canonica Johis. Omelia. v. dicit. Quia duo isti amores sūt ꝯtrarij. s. amor dei et amor mūdi. ⁊ si amor mūdi inhabitat nō est q̄ amor dei intret. Hec ille. Sed diceres. Dn̄e ego libēter acquirerem amiciciā dei. si scirem quō sit acquirenda. Ad qd̄ rn̄deo ꝙ amicicia dei sex virtutib' acq̄rit. Primo em̄ acquiritur ꝑ mūdiciā vite. siue per puritatem innocentie. Scd̄o per veritatē penitentie. Tertio per amorē obedientie. Quarto per donū patientie. Quinto ꝑ virtutē mīscd̄ie. Sexto ꝑ donū caritatis. De p̄mo quō diuina amicicia acquirit ꝑ mundiciā vite. dicit Prouerbio. xxij. Qui diligit cordis mundiciā habebit amicū regē. Notant' dicit cordis mundiciā. q2 cor est q̄si fons omniū opationū. Vn̄ si aqua imunda ē in fonte. nō mirū ꝙ et in riuo. et si arbor est putrida in radice. nō mirū ꝙ ⁊ in ramis. Sic homo si infectus est in corde. nō mirū ꝙ ⁊ in sensibus Patet ḡ illos inimicos dei esse q̄ male loquuntur ore. vel male vidēt oculis. aut delectant' in turpiū auditu. Et hoc ideo. q̄a non habent cor mūdū. q̄d deus req̄rit p̄ncipalit' i amico suo. Scd̄o amicicia dei acq̄ritur ꝑ verā cordis pn̄iam. Nam q̄ inimicus dei erat ꝑ culpam. fit amicus dei ꝑ penitentiā veram. scʒ per amaritudinem cordis. ꝑ confessionem oris. ⁊ ꝑ satisfactionē operis. De q̄ potest exponi illud Ecc̄i. xxij Ad amicū si ꝓduxeris gladiū. non desperes. Qd̄ exponit q̄dā doctor. Amicus noster de' est. q̄ nobis in bonis nature gr̄e et fortune amiciciā ōndit. Sed ad eū gladium ꝓducimus cū peccam'. Nō ē tamē desperandū. q̄a dū vere penitemus ad amiciciam reparamur. īmo q̄nq3 maiorē Sicut patet de Petro. Dauid. Magdalena. vn̄ dn̄s dic̄ in ps̄. de talib'. Mihi alienigene amici facti sūt. i. qui ꝑ peccatū fuerūt facti extranei. ꝑ pn̄iam mihi in amiciciā sūt reparati. Tertio acquirit' diuina amicicia ꝑ bonū obedientie. Vn̄ domin' dicit Apostolis Johis. xv. Jam nō dicā vos seruos sed amicos. q̄a omnia q̄cunq3 audiui a p̄re meo nota feci vobis. Ac si diceret. q̄3diu n̄ reuelaui secreta p̄ris vobis. nō fuistis amici sed serui. sed iā amplius estis amici. hoc aūt non fuit nisi merito obediētie. Sicut videmus in curijs. Quia qui magis sūt obedientes p̄ncipibus ad maiora secreta admittuntur Obedientia autem probatur ꝑ impletionē mandatoꝝ. Vnde Johis. xv. dr̄. Vos amici estis si feceritis que ego p̄cipio vobis. Ex q̄ p3 ꝙ obediētia mltum est accepta deo: q̄a facit amicos dei. Econtra vero inobedientia facit de filijs dei inimicos. Sicut p3 de rege Saul. q̄ ꝓpter inobedientiā factus est de rege iusto reprobus ⁊ demoniacus. vt patet p̄mo Reg. xv. Et de Adam patet. q̄a q̄ dicebat' ꝓpositus paradisi. fact' est agricola miserabilis terre. vt p3 Gen̄. iij. De lucifero quoq3 patet. Quia ꝓpter inobedientiā de angelo factus ē diabolus. vt patet Jsaie. xiiij. Legitur de q̄dam nobili Romano qui dicebatur postumius. ꝙ pro eo ꝙ filius suus sine scitu suo hostes ꝑsecutus est. ip̄m victorem reuersū occidi mandauit. O si sic inobediētia mūdana punita est. q̄ntomagis diuia. Quarto acquiritur dīna amicicia ꝑ donū patiētie. Nam ꝑ aduersa maxime ꝓbatur amic'. Sicut em̄ dicit Salomon. Simulator decipit ore amicum suū. Vnde idem dicit Si possides amicū in temptatiōe possideillum. Et quidam metrista dicit. Si fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Hinc dr̄ de Abraam Judith. viij. Quia abraam pater noster temptatus per multas tribulatōes amicus dei fact' est. Philippus rex Macedonum redarguit Alexandrum filium suum. ꝙ illos sibi amicos veros estimabat quos precio comparabat Sed non sic deus probat amicos. Jpse enī dicit suis. Dico autem vobis amicis meis. Nolite timere eos qui occidūt corpus. et postea nō habent amplius quid faciant. Sed potius hunc timete. qui postq̄3 occiderit corpus. potestatē habet mittere in iehennā. Ecce quomō ꝑ aduersa probat eos solū amicos qui timentes perdere aīam ꝑdunt corpus pro christo amico suo. Quinto acquiritur diuia amicicia ꝑ donū misericordie. Misericors enim multos habet amicos. Sic dicit dominus Luce. xvj. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Sexto acq̄rit' diuina amicicia ꝑ donū caritatis. Dic̄ ei Hiero. ꝙ non est vera amicicia: nisi caritatꝪ glutio copl'ata. Per

has ergo virtutes q̄renda est amicicia xp̄i et
maxime p virtutē caritatis. sine qua non ē
vera amicicia inter deū et hoiem. Vñ Au
gusti. li. j. sup Genes. contra māicheos di-
cit. Qz nō efficit quis amicus dei: nisi pur
gatissimis meritꝫ. Qd nō pt fieri meliꝰ q̄z
p caritatē in q̄ oia merita cōcurrūt. vt dic
Prosper in li. de vita contemplatiua. Et
ideo isti in euangelio pñti sine caritate dr
ironice amice. q̄si di. imo inimice re: sz ami
ce noie. Eo eñ qz defecit iste in virtute ca
ritatis. licet etiā multas alias habuerit v-
tutes. amicus fictus dr. Patz ergo qz nihil sic
amicū dei facit sicut caritas. Nam alia do
na dei etiā dant inimicis. Unde mlti erūt
q̄ dicent in nouissimo die. Dñe in noie tuo
demonia eiecimꝰ et multas vtutes fecimꝰ
quibꝰ dicet a dño. Discedite a me operarij
iniq̄tatis. qz nescio vos. i. facta vr̄a nunq̄z
approbaui. vt exponit Henricꝰ de vrima.
lib. xiij. de pfectōe interioris hois. c. xxviij
Quod vtiq̄z non est pter aliud nisi qz erāt
sine caritate. sine q̄ nihil valent oia vt dici
tur. j. Corinth. xiij. c. B

Dixi secundo qz in ev. pmis. ppōit q̄stio mlt
tū dura et difficilis. Cum dr. Quō huc in-
trasti. Certe multū difficilis questio qz ter
ribilis et horribilis et insolubilis. Naz hō
sine caritate i iudicio finali nō poterit do
rñdere vnū p mille. vt dicit Job. ix. Un-
de Criso. sup Math. in opere imperfecto
Omel. xix. dicit. Qñ venerit deus i maie-
state sua nemo erit ausus garrula cōtētiōe
sermonē aut mēdaciū defendere aut ɔdice
re veritati. Nā modo os loquit et opus ab
scondit. sed tūc ecōtra erit. q̄a opa singulo
rū loquētur et ora tacebūt. Modo eñ psō-
na interrogat et conscia nō videt. sed tunc
erit ecōuerso. qz cōscia discutiet et psōa cō
fūdetur. qñ nemo excusabit pctōrez. sz oēs
accusabūt. Hec ille. Inter oia aūt que iu-
stus iudex obijciet tūc pctōribus erit ista
dura q̄stio. scz. Quō huc intrasti. scz nō bñ
ornatus virtutibus. Dixisti eñ te christia
nū noie. re tñ paganꝰ fuisti. et q̄ modo huc
venisti. Qui eñ xp̄ianum dixisti te. quare
xp̄m nō es imitatus. Quō ergo huc intra-
sti ad xp̄m. q̄ opibꝰ negasti xp̄m. Dicit eniz
Augu. in li. de vita xp̄iana. Christiani no
men ille frustra sortitur qui xp̄m minime
imitatur. Quid eñ tibi prodest vocari q̄d
non es. et nomē vsurpare alienū. Hec Au
gu. Erit ergo ista q̄stio multū dura atq̄z diffi
cilis oibꝰ fictis xp̄ianis. q̄rum vnicuiq̄z di
cetur. Quō huc intrasti. Queret eñ q̄libet
xp̄ianus de tribꝰ. Prio quō alijs miscdiaz
fecit. Nam ille verus xp̄ianus est q̄ omibꝰ
miscdiam facit. qui miseris subuenit. q̄ ad
fletum fletibus puocatur alienis. vt dicit
Aug. in libro de vita xp̄iana. Queretur er
go ab eo merito. quō miscdiam vult in iu-
dicio consequi diuino. qui misericordiam
denegauit postulanti in mundo. Cū scri-
ptū sit. Judiciū sine miscdia fiet ei q̄ mise-
ricordiā denegauit postulanti Jacobi. ij.
Scdo queret quō intrare ausus est aulaz
tanti dñi. cuius signū in se habere et porta
re neglexit. Nemo eñ xp̄ianus dici pt nisi
qui xp̄o moribꝰ adequat. vt dicit Cipria.
de duodecim abusiōibꝰ. Tertio queret q̄-
mō intrare ausus ē ad recipiendū salariuz
q̄ nunq̄z pugnare viriliter visus est. Dicit
eñ Criso. i Omel. Delicatꝰ es miles xp̄ia-
ne si putas posse te sine pugna vincere sine
certamine triumphare. Hec ille. Et meri-
to huic dr. Quō huc intrasti. Nō eñ q̄rit
tunc in iudicio diuino a te. quō intrasti fi-
dem catholicā. aut quō intrasti ecclīam. sz
quō huc intrasti. scz ante diuinū conspec-
tum et tanti iudicis maiestatē. Unde dicit
Grego. li. xxij. mora. Qz in xp̄ianis nō q̄ri-
tur pncipiū sed finis. quia q̄ pseuerauerit
vsq̄z in finē hic saluus erit. Math. x. Licz
aūt oibus dura tunc pponetur q̄stio eo qz
oēs nos tūc oportet astare ante tribunal
iudicis. vt referat vnusquisq̄z iuxta opera
sua siue bona siue mala. tamen specialiter:
tunc dura imo durior erit questio prelatis
et psidentibus. Nā vt dr Sapie. vj. Judi
cium durissimū erit his qui presunt. Exi-
guo eñ cōcedet miscdia. potentes autē po
tenter tormenta patientur. vbi dicit Ro-
bertus Holgot. Qz licet deus ad hveniet
in iudicio vt corā toto mūdo faciat vidic-
tā iustaz de oibꝰ. tñ pmo de malis platis.
Quia tunc iudiciū durissimū erit his qui
presunt. Et notāter dicit durissimū. Erit
eñ durū. quia male intrauerunt. durius.
quia male rexerunt. et durissimum. quia
male vixerunt. Tunc enim erit eis triplex
questio. Prima quō intrasti. scda quō rexi
sti. tertia quomō vixisti. Durum iudicium
erit secularibus. Durius malis religiosis.

Sed durissimū ꝑuersis p̄latis. Dura questio: qa a paupibꝫ extorsionē fecerūt. Durior q̄liter bona paupeꝝ cōsumpserūt. Durissima: qꝛ xp̄o ⁊ ecclesie de ꝑceptis elemosinis nō seruierūt. Dura q̄stio: qꝛ xp̄i oues nō pauerūt in tp̄ali substantia. Durior qa nō pauerūt verbo doctrine. Durissima qꝛ non pauerūt exemplo bone vite. Dura qꝛ bonos nō informauerūt. Durior: qꝛ malos nō increpauerūt. Durissima: qꝛ ip̄imet nō bene vixerūt. Ergo iudiciū durissimū his q̄ p̄sunt tam spiritualibus q̄ȝ secularibus.

E Sed diceres. Quō iustū est vt p̄latis durius iudiciū fiat q̄ȝ subditis. Ad qđ r̄ndeo ſm Holgot vbi. s. ꝙ hoc fiat ex rōnabili ꝓportiōe valde iusta. Nā iustū est ꝙ sic se habeat pena pilati ad penam iude. sicut culpa pilati se habuit ad culpam iude in illa ꝓportiōe in q̄ culpa p̄lati excedit culpam subditi. Et qa iste excessus est talis q̄ maior esse nō potest. Ideo vocat̃ iudiciuȝ durissimū qđ infligetur p̄latis. Et ideo cōsequenter dr̃. Exiguo cōcedet̃ misericordia. potentes aūt potent̃ tormenta patient̃. Glosa. Exiguo. i. ei q̄ peccat ꝑ ignorantiā aut fragilitatē. cōcedit̃ miscđia. hoc ē mior pena. sed potentes. i. p̄lati scientes. i. ad scientiā obligati potēt̃. i. abundanter tormenta patient̃. Juxta illud Apoca. xviij. Quātum glorificauit se ⁊ in delicijs fuit. tantū date ei tormentū ⁊ luctū. Attendant ḡ qui currūt ad p̄latiōes. et eas intrant. talit̃ q̄liter ꝑ phas ⁊ nephas. q̄s potius introducit cupiditas q̄ȝ caritas. symonia q̄ȝ sanctimonia. A q̄bus queret̃ quō huc intrasti. Certe inter oīa nihil nocet ita p̄latis ad damnatiōem sicut malus ingressus ad bn̄ficiū. Ex q̄ ꝓuenit ꝙ cū viciose intrāt. viciosius viuūt. ⁊ viciosissime moriuntur. Un̄ dicit canon. Raro vel nūq̄ȝ bono ꝑagunt̃ exitu q̄ malo p̄ncipio sunt inchoata. lxi. di. Miramur. Unde tal' cū sit fur ⁊ latro vt dicit̃ Joh. x. Et. j. q. j. Ordinatiōes. quō p̄t aliud cogitare: nisi vt mactet ⁊ furet̃ ⁊ ꝑdat. Aliunde eñ ascēdit q̄ȝ ꝑ ostiū vt dr̃ Joh. x. Et iō nō mirū ꝙ nō pascit. nō nutrit. non edificat. nō educit ad pascua sed intra ouile mortificat et deuorat. Sicut cōq̄rit̃ dominꝰ ꝑ ꝓpham. Deuorāt inq̄t plebē meam sicut escā panis. Expōit Jnno. iiij. Deuorant spoliādo. detrahēdo. occidēdo. Verbum eñ deuorādi auiditatē notat. in quo notat̃ eoꝝ maius pctm̄. Michee. iij. Qui violenter tollitis pelles eoꝝ desuꝑ eis. et carnes eoꝝ desuꝑ ossibꝫ eoꝝ. qui comederūt carnes ꝓpl'i mei. Hoc aūt pctō. vt dic̄ Jnnocē. ibidē. peccant p̄ncipes terre ⁊ sub ipsis pedelli aduocati ⁊ officiales. Jn h̄ aūt quod dicit. plebem meā. tangit magnam crudelitatem. qa nec canis caneȝ comedit q̄d tñ isti faciūt. ideo dicit plebem. nō substantiā. qa substātia pauꝑis vita eiꝰ ē. vt dr̄ Eccl'. xxxiiij. Unde isti hoīes deuorāt q̄d ammō Jsa. iij. Quare atteritis ꝓpl'm meū. ⁊ facies paupeꝝ cōmolitis. Sicut escam panis hoc dicit. qꝛ delectantur in talibꝫ sicut in esca. Et tantū de secundo.

Dixi tertio ꝙ in verbis p̄missis subiūgit̃ increpatio seriosa multū cōfusibilis. cum dicit̃. Nō habēs vestē nuptialē. Ac si diceret Licet habes vestē ferialē ⁊ cōmunē. tñ ista nō decet nuptias. ergo iudicaberis acsi nudꝰ esses ex quo nō habes nuptialē. Pro q̄ sciēdum ꝙ loquēdo naturaliter triplex vestis est homini necessaria. scȝ ad calefaciendūȝ ⁊ ad h̄ sufficit qualiscunq̄ȝ simplex. Scđa ad ꝓtegendum. et ad h̄ req̄ritur vestis dura ⁊ fortis. Tertia ad decorandū. ⁊ ad hoc req̄rit̃ solēnis ⁊ deaurata q̄ ꝓprie dr̃ nuptialis. Sic moralit' loq̄ndo hoī necessaria ad salutē ē triplex vestis. p̄ma ad calefaciēdū. scđa ad ꝓtegendū. tertia ad decorandum. De p̄ma dr̃ Prouerb. vlti. in ꝑsona aīe scē. Non timebit a frigoribus niuis. Omnes eñ domestici eius vestiti sunt duplicibus. Frigus aīe est refrigeratio feruoris caritatis. De q̄ dr̃ Math. xxiiij. Refrigescet caritas multoꝝ. Cōtra q̄d frigus necessaria est vestis subducta ⁊ calida. scȝ virtutes interiores ⁊ exteriores. vel intentio scā interius. et oꝑa iusta exterius. Et ista calefaciunt ⁊ incendūt in hoīe calorem diuine dilectiōis. Sed de multis hodie verū est qđ dr̃ in ps̄. Induāt̃ qui detrahunt mihi pudore ⁊ operiant̃ sicut dyployde confusiōe sua. Mala vestis pudor ī culpa. ⁊ cōfusio ī pena. vl' pudor corā hoībꝫ. ⁊ ꝯfusio iteriꝰ in cōsciā. De scđa veste que est ad ꝓtegendū aīe dr̃ ad Ephes. vj. Jn oībus sumentes scutum fidei. loricā iusticie ⁊ galeam salutis assumite. i. spem ſm Hor. et gladium sp̄ūs. q̄d est verbū dei Math. x. Non veni pacem mittere sed gladiuȝ: q̄ sepat p̄reȝ

a filio p fidē. vt exponit Gor. Et notāter h
pmittit fidē ante oēs vtutes appellans eam
scutū. Sic em̄ scutū cet̄a arma ptegit et p
mū occurrit. ita ꝛ fides. Ipa em̄ est pma in
cōstructōe. ꝛ vltīa in destructōe. Et sic dia
bolus lꝫ plus odiat caritatē. tñ pus impu-
gnat fidē. vt illa ꝺstructa noscat etiā ꝺstru
ere caritatē. Et sic fides est pma ī impugti
one ꝛ vltima in ꝺstructōe. Vñ glo. Prima
petit cāpū dubia sub sorte duelli. Pugna-
tura fides. Et qꝛ fides est tātū in vita ista.
Iō q̄si scutū portat̄ ī sinistra pte. Hec gor.
Ista arma petit pp̄ha a xp̄o sibi dari ī auxi
liū. ps̄. xxxiiij. dicēs Apprehēde arma ꝛ scu
tū ꝛc̄. Innocēti⁹ exponit. i. arma vtutū ad
expugnandū inimicos q̄ xp̄s habuit. s. hūi
litatē ꝯ diabolū. pauptatē ꝯ mundū. ꝛ vite
austeritatē ꝯ carnem. Sed certe multi ho-
die armati sunt armis diaboli q̄b9 se prote
gunt ne verbo dei sic̄ sagitta sagittent̄. Isti
hñt arma Saul pōderosa q̄ dauid abiecit
tanq̄ ad pugnādū inepta. vt hr̄. j. Regum
xvij. Vnd̄ talia arma finalit̄ ꝯburent̄. Ps̄.
Arma ꝛ scuta cōburet igni. Vñ excusatio-
nes pctōꝝ sūt q̄si scuta fusilia. De q̄b9 Iob
xlj. Vbi Gre. li. xxxj. moral. dicit. Qđ ī scu
to significat̄ obstinata duricia defensionis
pctōꝝ. Et illud pctm̄ abūdat in mltis put
tāgit Seneca epl'a. lij. Ideo inquit diffici
liter ad sanitatē puenim⁹. qꝛ nos egrotare
nescimus. Dicim⁹ em̄. Non sum ambicio-
sus. sed vrbs ipa expēsas mag̃s exigit. ꝛ sic
de alijs q̄ ibi enūerat Senec̄. q̄b9 se hoīes
excusant a pctis suis. Propter qđ dic̄ Se
neca epl'a. cxviij. Nullū viciū sine patroci-
nio est. Et isti sūt sil'es erinacio. q̄ dephen-
sus in globū se colligit vt nec caput nec pe
des videāt̄. vt dic̄ Gre. xxxiij. li. Mora. de
tertia veste q̄ ē ad decorē d̄r Col. iij. Expo
liate vos veterē hoīez. ꝛ induite nouū qui
renouat̄ ī agnitōez dī s̄m ymaginē ei⁹ q̄ cre
auit eū. Et seq̄t̄ vñ ista vestꝫ cōpōit̄. Indui
te vos sic̄ electi dei scti ꝛ dilecti viscera mi
sericordie benignitatē hūilitatē modestiaꝫ
patientiā. sup oīa aūt caritatē habentes.
Ecce ex q̄nq; vtutibus ista vestꝫ nuptialis
cōtexit̄. ꝛ ex sexta scꝫ ex caritate pficit̄. Nisi
em̄ adesset caritas oēs alie vtutes nō orna
rēt hoīez sꝫ deturparēt. Vñ d̄r. j. Petri. iiij
Ante oīa mutuā in vobismetipis caritatē
cōtinuā habētes. Et rō. qꝛ vt d̄r ibidē. Ca
ritas opit mltitudinē pctōꝝ. Vbi glo. ordi
naria dic̄. Cū p alias vtutes culpe diluāt̄
maxie p caritatē. Vñ Prouerb. x. d̄r. Vni
uersa delicta operit caritas. Licet em̄ alie
vtutes hoīez pficiunt. vt dicit Symon de
Cremona sup epl'a ad Coll'. tñ caritas eas
colligit inuicē ne sepent̄. sic̄ tectū domū ne
corrūpat̄. Et idō d̄r opertoriū valde deco
rū. Hec est vestis aurea in q̄ sola spōsa xp̄i
dꝫ astare a dextris eius. ps̄. xliiij. Astitit re
gina a dextris tuis in vestitu deaurato cir
cūdata varietate. Exponit Inno. q̄ spon
sa xp̄i eccl'ia astitit xp̄o p fidem spem ꝛ cari
tatē. nō nuda sed in vestitu. i. in cōnexione
et ornatu vtutū. deaurato. i. sapia q̄ est eter
noꝝ ꝯtemplatio ꝛ pgustatio ꝺcorata. Per
aurū em̄ intelligit̄ illa pcipue sapia. qua sa
piūt nobis eterna. Sꝫ qꝛ non integre pos
sumus hr̄e h illā sapientiā. ideo dicit. deau
rato. nō aureo. Aliter em̄ s̄m eundē Inno
cen. p vestitū intelligunt̄ opa sine q̄bus ho
mo nudus est. Iuxta illud Apoca. xvi. Be
atus q̄ vigilat ꝛ custodit vestimēta sua ne
nudus ambulet. Per aurū intelligit̄ chari
tas q̄ est optīa inter vtutes. sicut auꝝ inter
metalla. Vestitus aūt deaurat⁹ sūt opa in
caritate facta q̄ ornāt eccl'am vt assistat spō
so. Hec ille. E

Sed multi hanc vestem male tractant.
Nam quidam eam deturpant pctō sic̄ san
guine. vt sunt vsurarij ꝛ raptores ꝛ paupe
rū oppressores. Sed quid eis d̄r. Vestimē
tū mixtū sanguine erit in combustionē Isa
ye. ix. Quidam eniꝫ sordidant q̄ alijs fetet
p malā famam. Et isti sūt similes iude. De
quo d̄r. Induit maledictionem sicut vesti
mentum. Magnus fetor vestimentorum
Iude. q̄ hucusq; sordet ꝛ sordebit vsq; in se
culum seculi. Ecōtra vero boni odorant p
exemplū bone fame. Cant. iiij. Odor vesti
mentoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. Qđ glosa
exponit ordi. đ opib9 vtutū. qñ sunt infor
mata caritate. q̄ tunc redolent. al's sine cha
ritate sordent. Quidaꝫ etiā hanc vestē sup-
ducunt alteri vesti cū tñ deberent se expo-
liare de veteri veste vt nouā induerent. vt
d̄r Col'. iij. Expoliātes vos veterē hoīem
Glo. Gorre. i. habitū pctōꝝ. Talit̄ fec̄ spō-
sa xp̄i q̄ de se ait Cant. v. Expoliaui me tu
nica mea quō induar illa. q. d. nullo modo
Sapiens videt̄ esse ille q̄ licet habeat ad-
huc bonā tunicā. tñ ex quo dat̄ sibi melior
deponit veterē bonā vt meliorē nouā reci-

piat. Sic sapiēs eēt xpian⁹ si ꝑ tunica cari tatꝫ ꝑmīj eēni oponeret bōa tpalia et ea ad opa miscōie daret. Sic fecit Jonathas. j. Regū. xviij. Expoliauit se ionathas tunica q̄ indut⁹ erat ⁊ dedit eam Dauid. Sic Martin⁹ exuit se clamide et dedit eā xpo Alij āt istā tunicā tāq̄ alienā induert. vt illi q̄ in alienis bonis et meritꝫ ɔfidūt. sꝫ soli nihil faciūt. ⁊ hij induūt veste ꝑegria. Cōtra q̄s dn̄s dic̄ Sophonie. j. Uisitabo su ꝑ oēs q̄ induti sūt veste ꝑegria. Alij autem qd̄ pei⁹ est scindūt istā vestē. vt heretici scismatici. De q̄b⁹ ɔq̄rit dn̄s in ps. Diuiserūt sibi vestimēta mea. Et hij sūt peiores iudeis crucifixorib⁹ xpi. q̄ nō sciderūt vestē xpi sꝫ sortē miserūt sup eā. vt dr̄ Jo. xix. Alij qd̄ pessimū est omino eā amittūt ꝓpter vanam gl'iam ⁊ de ea se spōte spoliari ꝑmittūt vt illi q̄ faciūt opa bona vt videant̄ ab homib⁹ De q̄b⁹ dic̄ Gre. Depdari desiderat q̄ aurū publice in via portat. Nō em̄ est ɔgruū in bona ⁊ deaurata veste in via publica inter latrones ꝓcedere. sed int⁹ in domo. Quia om̄is gl'ia filie regꝫ ab int⁹ in fimbrijs aureis. Ab int⁹. i. in ɔscia fm̄ Jnn̄. Juxta illud ij. Cor. j. Gl'ia nr̄a h̄ ē testioniū ɔscie nr̄e Et ō talib⁹ ɔq̄rit̄ xp̄s i ps. xxj. di. Diuiserūt sibi vestimēta mea ⁊ sup vestē ⁊c̄. Notāter dicit sibi. i. n̄ ad vtilitatē meā. sꝫ gl'iā suā ⁊ vanā leticiā. vestimēta mea. i. ꝟtutes meas. De q̄b⁹ ad Col. iij. Induite vos sic electi dei viscera miscōie ⁊c̄. Et ꝙ sic ꝑ vanā gl'iā amittant̄ bona hoīs figuratū fuit. iiij. Reg. xx. vbi Ezechias nūcijs regis Babilonie ondit oīa q̄ erāt in domo sua. Et venit Jsayas ad eū dicēs. Quid viderūt isti in domo tua. et rn̄dit. Oīa q̄ sūt i domo mea viderūt. ⁊ nihil ē qd̄ nō monstraueri eis in thesauris meis. Et statim ei Jsaias dixit. Audi sermonē dn̄i. Ecce dies venīēt ⁊ auferent̄ oīa q̄ sūt in domo tua in babilonem non remanebit q̄cq̄ ait dn̄s. Per nuncios Nabuchodonosor significant̄ suggestiōes diaboli. vel ipi demones suggerētes vanā gloriā. q̄b⁹ tn̄ cū ondunt̄ bona opa. oīa diripiunt̄ ꝑ eos. Et sic̄ mittētes sortē sup eādē rem singuli singulas et diuersas sortes ponūt. ita singuli demones diuersas temptationes mittūt sup vestē nr̄am vt auferāt eā Hec oīa Jnno. Sꝫ nos nō sic frēs kmi. sꝫ potius vestē istā caute seruem⁹. soli dō per eā placere curātes. Quaten⁹ sic ꝑ veste huiusmodi gr̄e mereamur indui stola et veste glorie. Qd̄ nob̄ ꝑstare dignet̄ pr̄ ⁊ filius et spūssctūs. Amen.

Dn̄ica vicesimaꝑma post trinitatꝫ. I.

Sermo. CXXIIII.

Erat quidam regulus cui⁹ filius infirmabat̄ capharnaū. Joh. iiij. Quāuis om̄ipotēns de⁹ magnā sue bonitatis gr̄aꝫ ostēdit hoīb⁹ in dādo ⁊ multiplicādo eis bona tpalia q̄ oīb⁹ etiā mal'⁊ bonis indifferenter cōicat. vt dr̄ Math. v. vbi dr̄. Pluit sup iustos ⁊ iniustos. ⁊ facit solē suū oriri sup bonos ⁊ malos. Jn h̄ tn̄ excellentē ⁊ abūdantē copiā sue bonitatꝫ manifestat ꝙ etiā mala corpalia hoī in ꝑfectū salutꝫ ordinat ⁊ disponit. Un̄ dicit Gre. sup illd̄ Job. Btūs homo q̄ corripit̄ a deo. ꝙ de⁹ aliq̄n ꝑcutit in corpe vt mentē sanet. Et glo. ordi. super illd̄. j. Pet. iiij. Tps est vt iudiciū a domo dei incipiat. dicit. Nūc vnusq̄sq̄ hō aut exercet̄ ad purgationē. aut mouet̄ ad ɔuersionē. Jstud patuit h̄ in regulo isto. cui⁹ fili⁹ ifirmabat̄ dō ordināte ad h̄ vt ꝑ hāc ifirmitatē ipe regulus ɔuerteret̄ ad xpi fidem Un̄ q̄ istud est multū mirabile. eccl'ia sctā recolit isti⁹ filij infirmitatē tam notabilicum dicit. Erat quidam regulus cui⁹ filius infirmabatur. vt dicit euangelium.

Erat q̄dā regulus cui⁹ fili⁹ infirmabat̄ Capharnaū. Hic cū audisset ⁊c̄. Jn q̄b⁹ ꝟbis tria tangunt̄. Primo nanq̄ describit ꝑsona pr̄is. scꝫ reguli petētis curationē. cū dr̄. Erat q̄dā regul⁹. Scd̄o subdit̄ ꝑsona filij patientꝫ molestiā. cū dr̄. Cui⁹ filius infirmabat̄. Tertio subiungit̄ descriptō loci cōtinētꝫ infirmi afflictōem. cum dr̄. Capharnaum. A

Dixi primo ꝙ in ꝟ. ꝑ. describitur pr̄io ꝑsona patris. scꝫ reguli petētꝫ curatōeꝫ. cū dr̄. Erat q̄dā regul⁹. Et q̄ in regulo isto significat oīs hō moralr̄ q̄ postq̄ amittit dominium rōnis supra sēsualitatē nō meret̄ dici rex. sꝫ regul⁹. imo q̄diu ē i statu vite pn̄tꝫ n̄ pt dici ver⁹ rex. sꝫ regul⁹. Pro q̄ sciēdū ꝙ lꝫ hō habeat toti⁹ mūdi diuitias sic̄ habuit magnus Alexander. Adhuc nō pt dici verus rex. sꝫ poti⁹ paruus regul⁹. Et h̄ ex tribus causis. Pr̄io ꝓpt̄ bonoꝝ ⁊ diuitiaꝝ diminutōꝫ ⁊ īsufficiētiā. Scd̄o ꝓpt̄ tp̄is breuitatē

breuē subsistētiā. Tertio ꝓpter solicitudinis anxietatē ⁊ laboꝝ sustinentiā. De pͥmo pꝫ. ꝙ nullꝰ pt̄ dici verꝰ rex aut dñs in hac vita ꝓpter bonoꝝ diminutionē ⁊ insufficiētiā. Oia em̄ q̄cūq; sunt in mūdo nō pn̄t hoiem sufficiēter ⁊ ꝑfecte satiare. Nā sic dic̄ Bern̄ in li. de diligēdo deū. c. iij. Omni vtēti rōe natalr̄ inest ꝓ sua estimatōe atq; intētōe appe tere potiora. ⁊ nulla eē re contentū. Et exē plificat ibidē dicēs. Nā q̄ hꝫ vxorē speciosam petulāti oculo respicit pulcriorē. Et q̄ veste p̄ciosa indutꝰ est speciosiorē affectat Et possidēs mltas diuitias inuidet ditiori. Et subdit. vides iā multos p̄diis ⁊ possessionibꝯ ampliatos. adhuc tn̄ indigentes agꝝ agro copulare atq; in infinitū dilatare terminos suos. Et ex h̄ ipe ꝯcludit ꝙ extreme demētie ē ea semꝑ appetere q̄ nūq; nō dico satiāt. sꝫ nec tempant appetitū. dū q̄cq̄d taliū habuerꝫ nihilominꝰ nō hita concupiscas. Hec ille. Pꝫ g̊ ꝙ cū hō nō pt̄ hr̄e sufficiētiā nec ꝑfectā satietatē i istꝫ bōis merito n̄ pt̄ dici rex. sꝫ regulꝰ. Ista ei oia q̄ sūt i mūdo respectu celestiū videt̄ q̄si nihil. vl̄ q̄si ꝑuus pūctꝰ. vn̄ dic̄ ꝓpha. Aspexi terrā et ecce erat vacua ⁊ nihil. Jere. iiij. ⁊ Gen̄. j. ca. Terra erat inanis ⁊ vacua. Sap̄. v. Transiert oia velut vmbra. Refert Sen̄. epl̄a. xciij. ꝙ Alexāder didic̄ geometriā vt sciret q̄; mag̃ foret t̄ra cui iꝑabat. Cunq; artificiose fuissꝫ eleuatꝰ i aera. s̄bleuatꝰ vidit t̄rā quasi vniꝰ pūcti respectu celi. ⁊ stati ꝯfusus intra se reputauit se infelicē. ⁊ ꝙ falsū nomen gereret. s. vocādo se magnū alexādꝝ. Quis inq̇t magnꝰ dici pt̄ i pugillo. Cū g̊ regꝫ est hr̄e oia ad abūdātiā. pꝫ ꝙ hō n̄ pt̄ dici verꝰ rex i istꝫ tꝑalibꝯ q̄ n̄ pt̄ hr̄e etiā ad sufficiētiā eoꝝ q̄ntūcūq; magne sit diuitie. magne voluptates nihilominꝰ n̄ satiāt aiaꝫ. sꝫ siti cōtinuā accēdūt. Jo. iiij. Qui biberit ex hac aq̄ sitiet iteꝝ. Et Eccs̄. v. Auarꝰ n̄ iplebit̄ pecūia. ⁊ eiusdē. vi. Aia eiꝰ n̄ iplebit̄ bōis. Et sic pꝫ q̄ꝛ hō n̄ pt̄ dici verꝰ rex i hac vita cū n̄ possit hr̄e sufficiētiā ꝓ sua nc̄citate. ⁊ ꝑ ꝯn̄s dicēdus ē mēdicꝰ ⁊ pauꝑ. Vn̄ apo. iij. Estimāti se talē veꝝ regē d̄r. Dicꝫ q̄ꝛ diues sū ⁊ nulliꝰ egeo. ⁊ nescis q̄ꝛ miser es ⁊ cecꝰ ⁊ nudꝰ. Hoc bn̄ pōderauit Dauid q̄ q̄uīs esset rex ditissimus. tn̄ vidēs oia ista esse quasi nulla. de se dixit. Ego aūt mendicꝰ sum et pauꝑ. Et sic patet de primo. B

De scd̄o quō nēo dꝫ dici verus rex aut dñs i hac vita ꝓpt̄ tꝑis breuitatē ⁊ breuē sb̄sistentiā. Nā esto ꝙ hō habeat oia mōi delectabilia q̄ desiderat aia sua nihilominus in his subsistere n̄ pt̄. vn̄ potiꝰ ē ꝑegrinꝰ et aduena q̄; rex in h̄ mūdo. iuxta illō Ecci. x. Ois potētatꝰ breuis vita. Refert Valeriꝰ in li. vlt. ⁊ Jero. in epl̄a. cxv. ꝙ Xerses rex ꝑsaꝝ aspiciēs mltitudinē milicie sue fleuisse d̄r. eo ꝙ post breue tꝑs eā amittere deberet ⁊ nullꝰ de suis remaneret. Quō g̊ rex dici pōt q̄s cui q̄si ad vniꝰ hore spaciuꝫ oia ista cōcessa sunt. Corpa em̄ nr̄a i q̄bꝯ hitamꝰ n̄ sūt nisi q̄dā tabernacl̄a militantiuꝫ aut stabula viatoꝝ vt dicit Bern̄. suꝑ Canti. sermo. xxvij. Qualis g̊ est rex in tabernaculo aut in stabulo. certe nullꝰ. Vn̄ Augu. suꝑ ps̄. xxxvi. exponēs illō. Adhuc pusillum ⁊ n̄ erit pc̄tōꝛ. vocat istā aurā matutinā. Et Jacobꝯ. in Canonica sua vocat eā vaporē ad modicū apparentē. Et ꝟe sic ē. Nam vidēmꝰ q̄nq; ꝙ aura matutina sit multū serena. ⁊ apparet hoi ꝙ sic duraret tota die. sed orto sole statim mutat̄ ⁊ disparet i nihilum Sic vita hois apparet ꝙ d̄beret durare lōgo tꝑe. ⁊ tn̄ cū nō sperat morit̄. Job. xxj. c. In pūcto ad inferna descēdūt. Et iō ꝓpha nihil aliud vocat eā nisi vanitatē ⁊ mendaciū di. ps̄. iiij. Vt q̄d diligitꝫ va. et q̄ri. mē. Expōit Inn̄. q̄rtꝰ. i. tꝑalia q̄ dicūt̄ mendaciū mltꝫ rōnibꝯ. Pͥo q̄ꝛ ꝓmittunt securitatē ⁊ soluūt timorē. Job. xv. Sonitꝰ terroris semꝑ in auribꝯ illiꝰ ⁊ cū pax sit ille semper insidias suspicat̄. Ps̄. Posuisti firmamentū eiꝰ formidinē. Vn̄ Senec. dic̄. Videt pauperē ⁊ suspicat̄ furē. videt diuitem ⁊ estimat p̄donē. Scd̄o q̄ꝛ ꝓmittūt satietatē ⁊ soluūt esuriē. iuxta illō poete Quo plꝰ potant̄ plus sitiunt̄ aq̄. Tertio q̄ꝛ ꝓmittūt d̄lectationē ⁊ dāt pūctōeꝫ. Vn̄ dñs vocat eas spinas Lu. viij. ⁊ Math. xiij. Quarto ꝓmittūt honorē ⁊ soluūt obprobriū. Psal. Obprobriū abūdātibꝯ ⁊ despectio suꝑbis. Et sic patet secundum. C

De tertio quō nēo pt̄ dici ꝟaciter dñs ⁊ rex in hac vita ꝓpter solicitudis anxietatē ⁊ laboꝝ sustinentiā. Sꝑ em̄ diuites sūt in cōtinua sollicitudine. Math. vj. Ne solliciti sitꝫ. Solliciti em̄ sūt in ꝯtinuo labore quō prouideāt familie mlte de necessariꝭs. Quia Eccs̄. v. d̄r. Vbi mlte sūt opes. multi ⁊ q̄ cōedūt eas. Vn̄ freq̄nt̄ seruꝰ dormit ⁊ dñs cogitat q̄d cras comedat cū suo. et

in h dicit Seneca q dñs tal' mior ē q̃ fu⁹
Eo q dicit Augu. li. xix. de ci. dei. c. xxj. q
impant seruiūt eis q̃b⁹ vident̄ impare. Et
certe sic est. Dñi em̄ portāt onera subditoꝝ
potius q̃ subditi dñoꝝ. Vñ Gre. expones
illud Job. xxvi. Ecce gigantes gemūt sub
aq̄s. li. xvij. Moral' dicit. Qui elatum ho-
norē in hac vita assequi cupiūt sub ponde-
rib⁹ ꝓploꝝ gemūt. Nam q̃nto q̄s altius eri
gitur. tanto plus curis grauiorib⁹ onerat̄.
ipisq̄ plus mente ⁊ cogitatōe supponit̄ qui
bus supraponit̄ dignitate. Propt' has mo
lestias sollicitudines ⁊ labores multi etiā
gentiles refutabāt honores regales. Vnd
refert Valeri⁹ li. vij. c. v. de quodā q cū de
buisset coronari in regē aspiciens coronā
dixit. O pannū nobilē mag' q̃ felicē. quē
si q̄s ꝯsideraret q̃ntis sollicitudinib⁹ sit re-
spersus nec humi q̄dē eū iacentē tollere vel
let. Legitur etiā de q̄dā rege conoto q fuit
rex dacie āglie ⁊ norwagie. q postq̄ posu-
it sedē suā in littore mar' ⁊ ait. Mare non
trāseas nec ascēdas terrā nec membra nec
vestes dominatoris tui madefacias. Sed
cras nihilomin⁹ mare ascendit. Quo facto
iste resiliēs ait. Sciāt oēs habitatores t're
vanam ⁊ friuolā reg' esse potētiā nec regis
quēpiā nomē dignū hr̄e. pter eū cui⁹ nutui
celū mare ⁊ terra obediunt. ⁊ nunq̄ postea
coronā aureā imposuit capiti. sed eam sup
ymaginē imponi fecit crucifixi in laudē re
gis eterni. Ex his patet pma pars nr̄i ser-
monis que indicat defectum humane do-
minationis.

D

Dixi secundo q i p. p. d̄scri
bitur ꝑsona
filij patiētis molestiā corpalē. cum dicitur.
Cuius filius infirmabat̄ Bona fuit ista in
firmitas ex q̃ ꝓuenit patr' ⁊ filij conuersio
Ad h g fili⁹ infirmabat̄ in corpore. vt cum
p̄re sanaret̄ in aīa. sic dicit finis euangelij
Ex q pz q infirmitas corpal' vtilis est iter
dum hoi ad ꝯuersionem. ⁊ fit sepius occa-
sio citi⁹ ꝯuertēdi ad deū. iuxta illud ps̄. xv
Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ. po
stea accelerauerūt. Vñ Gre. Mala q nos
h pmūt ad deū ire ꝯpellūt. et iteꝝ ps̄. Im-
ple facies eoꝝ ignominia. ⁊ querēt nomen
tuū dñe. Istd pz Lu. xiiij. vbi ceci claudi ⁊
Et vbi ē xp̄iāi,p laude etn̄a. Et Hier. dic. Sēp aliqd opis facito vt te diabol⁹ iueni at occupatū. Nō ei facile capit̄ a diabolo: q̄ bono occupat̄ exercitio. vn̄. Ociū ꝛ vo⸗luptas sunt arma hostis antiq̄ ad miseras aīas capiēdas. de renūciatōe. Nisi cū p̄dē Multa ei mala docuit ociositas. vn̄ Ecci. xxxiij. E Nō solū āt dꝫ aīa r̄ddere ea q̄ tenet̄ corpi. sed ēt dꝫ reddere aliq̄ sibiip̄i. Tria aūt aiā dꝫ sibiip̄i reddere. Pͥo pctō rū attributiōes Ozee. xiij. Perditio tua ex te isrl̄. tm̄mō ex me auxiliū tuū. Notāt dic pditio tua ex te. qꝛ hō nō hꝫ q̄d iputet deo cū peccat. vn̄ pꝫ q̄ īiq̄uiter peccāt q̄ se ð pec catis excusāt. iā p̄ dei opatiōes. iā p̄ dei p̄⸗missionem. iam per dei dispensationem. iam per grām deficientē. iam per dei p̄ui⸗dentiā. In q̄bꝫ oībus multū cōmonēt deū cū hic dicat̄: qꝛ pditio tua ex te. i. total'cā peccati tui ē ex teipo hoīe. ꝛ ex libero arbi⸗trio. Ex his verificat̄ illud Ps̄. cx. vbi dic de talibꝫ ad deū. Om̄ declinauert in te ma la. in te scꝫ O dn̄e volētes se iustificare. sic expōit Inno. Et h̄ ipi faciūt ml'tis modis Pͥo ei excusāt se p̄ dei opatōeꝫ. Sic fecit adā Gen. iij. Mulier quā dedisti mihi i so ciā. Dicūt em̄. q̄re fecit nos de⁹ vt possem⁹ peccare. Sed cōsiderare deberent. q̄ dn̄s fecit tales vt possent nō peccare si vellent. saltē mortalit̄. Nam sic dicit Inno. iiij. su⸗per dicto v̄bo ps̄. In arbitrio illoꝝ ē pec⸗care vel nō Ecci. xv. Apposui tibi aq̄uā ꝛ ignē. vt ad q̄d volueris porrigas manū tu am. Scd̄o excusant se p̄ dei p̄missionē. di⸗cunt em̄ q̄ dn̄s p̄misit eos cadere in pctm̄. Sed c̄siderare deberēt q̄ ipi rēnuūt auxi liū dn̄i dicētꝫ Prouerbioꝝ. j. Extēdi ma nū meā. scꝫ ad iuuādū. ꝛ nō fuit q̄ aspiceret Tertio excusāt se p̄ dei dispēsatōeꝫ. Dicūt ei q̄ dn̄s p̄misit eos cadere vt fortiores re surgerēt vt sic appareret dīna miscd̄ia ꝛ gr̄a in redimēdo. Cōtra q̄s ad Roma. vi. dr̄. Permanebim⁹ in pctō vt gr̄a abūdet. Ab sit. Item ad Roma. iij. Si iniq̄tas n̄ra iu⸗sticiā dei cōmēdat. q̄d dicem⁹. Nunq̄d ini quus est de⁹ q̄ infert irā. Scd̄m hoīem di co. Absit. Quarto se excusant per gr̄aꝫ de⸗ficientē. Dicūt em̄ se peccare. eo q̄ dn̄s nō dat eis gr̄am suā. s̄m illud Roma. ix. Nō est volentis neq̄ currētis. sꝫ dei miserētis. Sꝫ isti cōsiderare deberēt q̄ ipi defuit gr̄e dei. ꝛ nō gr̄a eis q̄ sp̄ p̄sto ē Heb. xij. Vnð dr̄. j. Pe. i. Estote parati accipe eā q̄ vobis offert̄ gr̄am. Quito excusāt se p̄ dei p̄uidē⸗tiam. Dicūt em̄ q̄ dn̄s ita p̄uidit vt pecca rēt. Sꝫ cōsiderare deberēt q̄ p̄uidētia dei nō infert necessitatē rebꝫ. sic nec memoria p̄terite rei infert necessitatē vt p̄pter illam mēoꝛiā cōtigisse sit necessariū. Ita lꝫ dn̄s p̄uiderit q̄d facturi sunt. tn̄ in volūtate eo rum ē peccare ꝛ nō peccare Ezech. ij. Si forte vel ipi audiāt. et si forte q̄escāt. Se⸗cūdo dꝫ aīa sibiip̄i miscd̄iam ꝛ cōpassiōeꝫ. Iuxta illð Ecci. xxx. Miserere aīe tue pla cēs deo. Notāt dic Miserere aīe tue. Pͥ us em̄ miserēdū ē aīe q̄ꝫ corpi. Et iō n̄ dic. Miserere corpori. qꝛ naturalit̄ q̄libꝫ mise ret̄ corpi. vn̄ nō indiget p̄cepto de miscd̄ia corpis. Iuxta illud. Carnē suā nemo vn⸗q̄ꝫ odio habuit. Et q̄ dic aīe tue. vult di⸗cere q̄ p̄us hō dꝫ aīe sue misereri ꝛ postea p̄ximi. qꝛ Ecci. xiiij. dr̄. Qui sibi nequā cui bon⁹. Tertio dꝫ hō aīe sue custodiā sollici tā Prouer. iiij. Om̄i custodia serua coꝛ tu um. qꝛ ex ip̄o vita p̄cedit. Laudabil's ḡ de⸗bitoꝛ q̄ reddit deo ista duo. corp⁹. s. ꝛ aiāꝫ Iste p̄t cantare illud q̄d cātat̄ in obsequijs mō reddo tibi creatori aīam tuā. Ista sūt duo minuta q̄ vidua paupcula misit in ga sophilaciū Lu. xxj. ꝛ duo denarij q̄s sama ritanus relīq̄t stabulario ad curādū vulne ratū Lu. x. Sꝫ de multis ecōtra ver̄ ē il⸗lud ps̄. xxxvj. Mutuabit̄ pcōꝛ ꝛ nō soluet Expōit Innoc̄. Mutuabit̄ a deo duo mi nuta. s. corp⁹ et aīam ꝛ nō soluet dō. qꝛ tra det diabolo tā corp⁹ q̄ꝫ aiāꝫ peccatoꝛ Ge. xiiij. Da mihi aias. cet'a tolle tibi. F

Dixi tertio q̄ in v̄. p̄. āmonet̄ hō debitoꝝ sui eq̄ lis. Cū dr̄. debes. Eq̄lis āt hoīs ē p̄xim⁹ su⁹. Cui dꝫ hō tria. s. dilectōeꝫ. instructōꝫ ꝛ supportatōeꝫ. Dilectōꝫ dēm⁹ oībꝫ. iuxta illð Ro. xiij. Nemi q̄cq̄ꝫ debeatꝫ: nisi vt in uicē diligatꝫ. vbi dic glo. Quedaꝫ debita sic reddūt̄ q̄ ampli⁹ n̄ debēt̄. sic pecūia. ḡ⸗nū. vinū ꝛ cet'a t̄palia. sꝫ caritas q̄ oībꝫ ē de bita ita soluit̄ q̄ soluta oībꝫ debet̄. Nulluꝫ ei t̄ps ē q̄ affectu n̄ sit maioꝛ ip̄ēdēda. Ipa ei sola ē q̄ reddita sp̄ retiet debitoꝛē: nec cū reddit̄ amittit̄. sꝫ poti⁹ reddēdo ml'tiplicat̄ ꝛ tātomagꝭ acq̄rit̄. q̄ntomagis reddit̄. Ex q̄ pꝫ q̄ Aplus istud debitū valde pōderat Ac si em̄ sic diceret. cet'a debita sic soluite: vt āpli⁹ nemi q̄cq̄ꝫ debeatꝭ. caritatē aūt sic

soluite vt eã semp debeatis. sic expõit Simon de cremona. Vñ dicit Aug. in epistola lxxvij. ad Seuerũ epm. Caritas quanto plus ipeditur tanto plus debetur. et nos tanto magis eam debemus quanto magis impendimus. Cuius nos ppetuos debitores ostendit apls. di. Nemini quicqz debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Et idem in epla. ij. ad Celestinũ di. Sep de beo caritatem. q sola reddita sp detinet debitorem. Redditur enim cũ ipeditur. debetur etiam si reddita fuerit. qr nullum tps est qñ ipendenda nõ sit. Hec ille. Qualiter aũt hõ tenetur opa dilectõis et salutis ex caritate ipẽdere ostendit Greg. i quadam omel. de talento. di. Hñs intellectũ curet oino ne taceat. hñs rez affluentiam oino ñ torpescat. hñs artem q regitur. vsus illius cũ pximo partiatur. hñs loquendi locũ apud diuitem pro pauperibus intercedat. Talenti noie cuilibz reputabitur. etiam minimũ quod accepit. Hec Greg. Q felix debitum quod impensum et redditum ñ minuitur sz millesies dilatatur. Scdo. pris dz hõ instructõem. sicut dicit apls de se Ro. j. Grecis et barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum. Vñ dicit et insipientibus. Contra illos q nolũt pdicare: nisi corã magistris et sapientibus huius seculi. Sed ecõtra xps pdicauit oibus idifferenter. qr sedens de nauicula docebat turbas id est populares et simplices. Sepius etiam pdicauit tm aplis. et semel pdicauit soli mulieri samaritane. vt dr Joh. iiij. Tertio dz hõ pximo supportatõez. Nec immerito. Si enim hoc faciunt bruta multo magis hoies. Naz de ceruis dicit Isi. li. xij. c. j. ethimo. q cum flumina trãsuadant. capita sua clunibus seu posterioribus pcedentiũ eos iponũt. sibicqz inuicem isto mõ famulantur. ita q quasi nullum ponderis laborem sentiũt. Cõsili mõ deberet esse in oi statu et cõgregatõe. q puectiores et fortiores fuerint. infirmoz defectus et ibecillitates sustiere deberet Ro. xv. Debemus aũt nos firmi. ibecillitates ifir. sustiere. Sed vbi pñt hec discerni. cũ oes hodie nec ppria onera ferre volũt. sed vnusqsqz put pt subterfugit et euadit laborem officij sui sicut malus mercenarius. Nõ mirũ igr q aliena onera nõ tãgunt q etiam ppria reijciũt vbi pñt. Sed nos non sic. qn potius alter alterius onera portãtes adimpleamus legem xpi. vt tandem p huiusmodi oneribus mereamur requiem sempiternam. Quam no. etc.

Dominica. XXII. post trinitatis. II. Sermo. CXXVII.

Erue nequã om

ne debitũ dimisi tibi qm rogasti me. Math. xviij. Sic dicit Criso. sup Math. Nihil ita assilat hoiem deo sicut iniusta facientibus igscere. Et iõ sancti viri q meruerũt remissionem pctõz pprioz a dõ. maxie p dimissionem frne iniurie legũtur obtinuisse. Sic enim dd dimissum est homicidiũ et adulteriũ. ij. Re. xij. Quia vt d eo dr ipe illi viro pessimo et iracũdo q dicebatur se mei sibi maledicenti iniuriã dimisit. vt hr ij. Reg. xix. Silr legitur q ipe nabal cõiuici antem et maledicentem sibi. ad petitõez abigail vxoris eius ipunitũ dimisit. j. Re. xxv. Vñ p firma regula dicit dñs Math. vi. Si ñ dimiseritis hoibus pctã eoz. nec pr vr dimittet vob pctã. Ad quod significandũ ipe nos sic orare docuit. cũ dixit. Sic enim orabitis. Pr nr etc. Et sequitur. dimitte no. de. n. etc. vbi dicit Cris. q deus ex sua pietate et misericordia iudiciũ sue retributõis voluit ponere i nra ptãte. vt si nos voluerimus remittere. remittet nob. Et ecõuerso. Et ob hoc dicit Ciprianus. Nulla tibi est excusatio i die iudicij. cũ p tuã sniaz iudiceris. et quod alijs feceris tu ipe patieris. Istud bñ patuit i isto seruo nequã q p eo q noluit dimittere cõseruo suo iniuriaz modicã. cũ tñ ei dimissa fuissz magna et cũ ille magnã miaz fuissz cõsecutus. pximo noluit etiam minimã exhibere. Jdcqz ei iudiciũ sine mia factũ est. vt hr Jac. j. Qua ei mensura mensus est eadem remensũ est ei Lu. vj. Merito igitur audire meruit pbũ icrepatoriũ a dño. dicente sibi. Serue nequã om. de. di. etc. In quibus pbis tria tãguntur. Primo nãqz obiurgatur huãne crudelitatis iniqtas. cũ dr. Serue nequã. Scdo cõmẽdatur diuine miseratõis libalitas. cũ subditur. oe deb. di. tibi. Tertio ostenditur deuote orõnis vtilitas. cũ additur. qm roga. me. A.

Dixi primo

q in pbis p. obiurgatur huãne crudelitatis iniqtas cũ dr. Serue nequã. Merito ei iste obiurgatur p sua nequicia. Nequã enim dr q i ñ equus. i. ñ rectus l ñ iustus erga deũ et pximũ. Vere aũt iste ñ erat rectus nec iustus erga deũ. qr eius pietatem cõtempsit p quã tñ remissionem debitoz obtinuerat. Vñ magna iniusticia fuit q pauca dimittere noluit cui multa fuerũt dimissa. Erga pximũ etiam fuit iniustus. qr iniustũ est pximo ñ dare locũ venie spe satisfactionis ad quã se hoc offerebat cõseruus. di. Pati

entiā habe ī me ꝛ oīa reddā tibi. Pro q̄ sciē
dū ꝙ q̇nq̧ gn̄a s̄uoꝝ legim⁹ ī euā. q̄ꝝ solū
vnū ē deo fidele. Prim⁹ s̄u⁹ ē. d̄ q̄ dr̄ Lu.
xij. Seru⁹ q̄ n̄ cog͂uit volūtatē dn̄i sui va-
pulabit plag͂ pauc͂. ꝛ s̄m Ly. ꝑ hūc s̄uuz
significat̄ stat⁹ subditoꝝ. q̄ vt ī plib⁹ sūt il-
literati. q̄ min⁹ puniet̄: qꝛ tales peccāt ꝑ ig͂
rantiā q̄ diminuit penā: nisi fuerit affecta
ta: sic aliq̄s vult ig͂rare id q̄d tenet̄ facere l'
vitare: vt licēti⁹ peccet. Ex mag͂ eī libidīe
seu volūtate peccādi ꝓuenit ꝙ aliq̄s vult
ig͂rare illud c⁹ scia posset eū a pctō īpedire
vl' retrahere: vn̄ ī ꝑsona taliū dr̄ Job. xxj.
Qui dixer̄t deo. Recede a nob. sciaz viaꝝ
tu. nolum⁹. Hec ly. Et notāt̄ dixi ꝙ ig͂rā-
tia diminuit penā: n̄ aūt oīno liberat a pe-
na. Nā tal' ig͂rātia q̄ n̄ ē affectata liberat a
tāto sz n̄ a toto Si āt fuerit affectata. tūc ī
nullo excusat. sz ē spēale pctm̄. s̄m Tho. ij.
ij. q. lxxvij. Ex q̄ ptz q̄ꝫ ꝑiculosū ē hoi vita
re s̄mōes doctoꝝ ꝛ alioꝝ ꝑitoꝝ. Silr̄ vita
re eoꝝ ꝯsilia vel ꝯfessiōes aut collatōes in
q̄b⁹ hō possꝫ īstrui d̄ g͂uitate pctōꝝ de cir-
cūstātijs ꝛ alijs saluti necessarijs. q̄b⁹ cog-
nitis posset euitare pctm̄. Ponūt āt docto
res duplicē ig͂rātiā. s. iuris ꝛ facti. Ig͂rātia
iur͂ ē vt si q̄s nescit furtū eē pctm̄ mortale
vel si nescit fornicatiōz simplicē eē morta-
le: vl' nescit ꝙ laborare dieb⁹ festiuis ē mor
tale pctm̄. vel ī eis īebriari vl' vanas chore
as exercere. oīa ista neminē excusāt a pctō
qꝛ oēs tenēt̄ scire cōit̄ q̄ sūt fidei ꝛ vniuer-
salia iuris ꝑcepta. Singuli āt ea q̄ ad eoꝝ
statū vel officiū spectāt. Et h̄ dico. si pt sci
re: qꝛ si nō possꝫ scire nec vincere illā ig͂ran
tiā: sic infātes ꝛ amētes seu furiosi a natiui
te. isti excusant̄ a toto. Silr̄ si q̄s ꝯsuluit ꝑ
itos de aliq̄ dubio: a q̄b⁹ alit̄ informat⁹ est
q̄ꝫ ṽitas se hr̄et. excusat̄ ꝑ talē ig͂rantiā. ex q̄
fecit q̄d potuit. Si q̄s āt culpa sua ex ope
licito. s. ꝓpt mltas vigilias. abstinētias. stu
dia. icidat ī amētiā: tūc ig͂rātia excusat euz
a toto: eo ꝙ feruoris excessus veniale pctm̄
fuit. Si āt icidit ī talē amētiā culpa sua ex
ope illicito: vt ex ebrietate. luxuria ꝛ alijs
tūc n̄ excusat̄ a toto sz a tanto. argumētuz
dis. l. Sepe. xv. q. j. §. Sed h̄. Quidā tam̄
dicūt ꝙ pctm̄ seq̄ns excusat̄ a toto si nul-
lū habuerit vsū rōis. Et h̄ ṽi⁹. xv. q. j. Ali
q̄s. Ignorātia āt facti vt si q̄s nescit hāc rē
quā accepit eē alienā sz estimat eē suā. Et
tal' sepe excusat. vt dr̄ de regu. iu. Ig͂rātia.

lib. vj. Et tm̄ de ista ig͂rātia. Scd̄m gen⁹
seruoꝝ ē sciēs: sz iobediēs. De q̄ ēt Lu. xij.
dr̄. Seru⁹ sciēs voluntatē dn̄i vapulabit
plag͂ mltis. Tales s̄ui sūt mali xp̄iani qui
sciētes volūtatē dei. ꝛ cōtinue audiētes ꝑ-
dicari de oꝑib⁹ mīe. iusticie ꝛc̄. nihilomin⁹
n̄ curāt facere. Et hi g͂ui⁹ peccāt q̄ꝫ paga-
ni. vt ośsū ē in ꝑcedēti s̄mōe. Qꝛ dic apl̄s
Sciēti bonū ꝛ nō faciēti. pctm̄ ē illi. Re-
fert Hiero. in vitispatꝝ. ꝙ Machari⁹ he
remita inueniēs caput mortui cuiusdam ī
heremo. q̄siuit cui⁹ eēt Q̄d rn̄dit. qꝛ caput
Athile pagani. q̄siuitq̧ deide an essent ali
q̄ aīe ꝓfūdiores ī inferno q̄ꝫ aīe paganorū.
Ad q̄d rn̄dit ꝙ aīe xp̄ianoꝝ. Et cū q̄reret
q̄ꝫtū ꝓfundi⁹ eēnt. rn̄dit. Sic celū distat a
tra. sic ip̄e a nob ꝓfundi⁹ in īferno. Speci
alit̄ tm̄ iste s̄uus sciēs sz negligēs significat
ꝑlatos s̄m Ly. q̄ sciūt. vl' ad min⁹ dn̄t scire
scp̄turas sacras. i q̄b⁹ volūtas dn̄i exp̄mit̄
Et iste s̄u⁹ n̄ faciēs. multū puniet̄. qꝛ tal' n̄
peccat ꝑ ig͂rantiā: sz ex certa malicia. Hec
Ly. Vn̄ dic Greg. Ubi mai⁹ ē donū scie.
trāsgressor maiori subiacet culpe. Ex q̄ in
fero ꝙ hō doct⁹ ī sacra scriptura g͂ui⁹ pec-
cat q̄ꝫ vetula existēs ī caritate a q̄ cadit per
pctm̄. Istud ē dictū Guilhelmi altisiodo-
rensis sup. j. sen. li. ij. ca. xxix. Vn̄ lz vetula
etiā hēat sciam. qꝛ donū. s. ꝛ mlto clariorē
q̄ꝫ iste doct⁹. tn̄ iste doct⁹ hꝫ abundantio-
rē. ꝛ pl'a scit discernere ꝛ ꝯferre nocumētuz
pcti: ꝛ iō magis peccat. Hec ille. Terti⁹ ē
s̄u⁹ piger. de q̄ dꝛ Mat. xxv. Serue ma-
le ꝛ piger. Et seq̄t̄. Seruū inutilē ꝓijcite ī
tenebras exteri. Et dꝛ h̄ de s̄uo q̄ nihil lu-
crat⁹ ē de talēto sibi tradito. Per talētū i-
telligūt̄ bona fortune. nature ꝛ gr̄e. vt diui
tie. fortitudo ꝛ scia ꝛc̄. de q̄b⁹ vult de⁹ a no
bis lucꝝ hr̄e Q̄ si istū s̄uū dānauit. qꝛ n̄ est
lucrat⁹ d̄ pecūia dn̄i. q̄ tn̄ pecūiā ītegre re
stituit. Quāto mag͂ ille dānabit̄ q̄ n̄ solū n̄
lucrat̄ sz ēt bona dn̄i sui iutilit̄ dissipat. vt
villic⁹ infamat⁹ Lu. xvj. Quart⁹ seru⁹ est
voluptuos⁹. de q̄ Lu. xij. Si āt seru⁹ dixe
rit ī corde suo. Morā faciet dn̄s me⁹ ꝛ ce-
pit ꝑcutere s̄uos ꝛ ancillas. ꝛ edere et bibe
re et inebriari. veniet dn̄s s̄ui illi⁹ in die q̄
n̄ sperat. ꝛ hora q̄ nescit. et diuidet eū par-
tēq̧ ei⁹ ponet cū hypocrit͂. Et eādē sniaz
ponit dn̄s Mat. xxiiij. Q̄d exponit Gor.
de ꝑlato voluptuoso ꝛ scādalisante subdi-
tos ṽbo ꝛ exēplo. q̄s dr̄ ꝑcutere. Et talem

dñs multiplr̃ puniet. Prio qꝛ diuidet euꝫ
scꝫ a consortio bonoꝝ. Mala diuisio vbi
diabolo dabit̃ aĩa. corp⁹ vermib⁹. pecunia
mũdo. Scd̃o qꝛ aggregabit eũ consortio
maloꝝ: q̇a ptẽ eius ponet cũ hypocritis. i.
aĩam ꝛ corp⁹ cũ dãnatis. Gñalit̃ at̃ pt in-
telligi de q̇libꝫ xp̃iano. quẽ ñ decẽt delicie
qꝛ ñ ẽ s̃u⁹ maior dño suo. Cũ ḡ xp̃s ab eis
abstiuit. igit̃ ꝛ xp̃ian⁹. Quint⁹ s̃u⁹ ẽ seru⁹
nequã. q̇ fuit crudel' in cõseruũ suuꝫ. de q̇ h̃
dr̃. Serue nequã. Pro q̇ sciẽdũ ꝙ dñs nõ
loq̇tur de dimissiõe debitoꝝ pecũialiuꝫ. sꝫ
de dimissiõe iniuriaꝝ ꝑprioꝝ. Vñ Henri.
de vrmaria in tractatu de orõne dñica dic̃
ꝙ ꝑ illa v̈ba. Sic̃ ꝛ nos dimit. debi. nr̃is.
xp̃s docet nos furorꝫ ꝛ ire radices expelle
re. ꝛ ꝑ ꝯñs s̃m ip̃m non loquit̃ h̃ de debito
iusticie vl' pecũie quã q̇s pt iuste ab aliq̃ pe
tere. s̃m Aug. dũ hõ hẽat vñ soluat. Loq̇t̃
ḡ h̃ de inimicicia ꝛ rãcore quẽ cõcepim⁹ ꝯ
illũ q̇ nos offendit. Et istud debituꝫ vult
de⁹ vt dimittam⁹ ꝑxis nr̃is. vt dic̃ Hẽri.
vbi. s̃. B Et ꝑ isto lati⁹ intelligẽdo ẽ
aduertẽdũ ꝙ s̃m Pet. de Tharãthasio et
Henri. de vrmaria. tria sequũt̃ in lesiõe q̃
q̇s ledit̃ ab aliq̃. iõ tria sũt cõsiderãda. Pri
mo rancor in affectu seu ĩ aĩo offensi. vt qꝛ
eũ odio hꝫ. ꝛ ei male cogitat. Scd̃o signũ
rancoris in affectu. s. ĩ exteriori cõuersatõe
vt qꝛ secũ nõ ꝯuersat̃. Tertio actio iurꝫ. i.
repetitio rei in iudicõ. Int̃ q̃ tria talis ẽ or
do. qꝛ ꝑmũ. s. rancorẽ ꝛ odiũ ex corde tene
mur dimittere. etiã ñ rogati. Et h̃ vult ca-
non. de pe. dis. v. Fr̃es. vbi dr̃. Falsa ẽ pniã
illi⁹ q̇ offensus offendẽti ñ indulget. Et ꝑ
isto sũt m̃lta iura. vt pꝫ. xxiij. q. iiij. Cũ ĩ le-
ge. ꝛ. xj. q. iij. Int̃ v̈ba. Quia ñ lꝫ quẽ odio
hr̃e etiã ꝑ momẽtũ ocl̃i. iõ stati nõ rogatus
hõ dꝫ dimittere ex corde: h̃ est. vt nõ hẽat
eũ odio. nec cogitet sibi mala. nec intẽdat
se de eo vindicare iniuste. publice vl' occul
te. directe vel indirecte. Et h̃ ẽ p̃ceptũ di-
uinũ h̃. qd̃ dñs p̃cepit sub pena carcerꝫ. vt
pꝫ ĩ euãg. Vñ durãte tali odio ĩ corde nul
lus p̃t v̈e penitere. qꝛ ei nihil dimittit̃ q̇ al-
teri ñ dimittit. vt dic̃ finis euãg. Nã vt di
cit Henri. de vrma. li. ix. de ꝑfectõe iterio
ris hoĩs. c. ix. Tãtũ nob̃ dimittit q̃tũ nos
aliis remiserim⁹. Scd̃m v̈o. s. signũ rãco-
ris ĩ cõuersatõe exteriori ñ tenet̃ hõ dimit
tere: nisi rogat⁹ eẽt ꝑfect⁹. Sꝫ tertiũ scꝫ ac-
tionẽ iniuriaꝝ nõ tenet̃ hõ dimittere ẽt ro

gat⁹: nisi satisfactõe hĩta ab eo q̇ p̃t satisfa-
cere. Si tñ eã dimitteret nõ rogat⁹ eẽt ꝑ-
fectus. qꝛ tollẽti tunicã relinq̃ndũ ẽ palliũ
ꝛ ꝑcuciẽti vnã maxillã dꝫ p̃beri altera. que
oĩa loquũt̃ de ꝑfectis Math. v. vñ distin-
guit Henri. d̕ vrma. in tracta. de orõe dñi
ea int̃ ꝑfectũ ꝛ iꝑfectũ. qꝛ ꝑfect⁹ dꝫ oẽm of-
fensã indulgere etiã nõ petẽti. imꝑfect⁹ aũt
nõ tenet̃ satisfactõeꝫ debitã cõdonare. Ex
his oĩb⁹ ꝑ meliori memoria ĩfero plura do
cumenta memorabilia. Primũ ꝙ hõ tenet̃
statim dimittere rancorẽ. etiã non satisfa-
ciente reo nec petente. sub pena dãnatiõis
et̃ne. Istud ptꝫ de pe. di. v. ca. vlti. ꝛ in gl.
xc. dis. Si q̇s. Cui⁹ rõ: qꝛ nullo tꝑe licitũ
est aliquẽ odio hr̃e. Scd̃o infero ꝙ hõ nõ
tenet̃ dimittere satisfactiõeꝫ. si tñ sibi offer
tur. ꝛ ille eã ñ vult accipe. p̃t ad h̃ ꝑ ecclîaꝫ
cõpelli. Vñ dic̃ Canõ. xc. di. Si q̇s cõtri
stat⁹ noluerit reccõiliari fratri suo. satisfa-
ciente eo q̇ cõtristauit. acerrimis maceret̃
inediis. Et glo. exponit. i. excõicet̃ vsq̃ꝫ dũ
gratãti aĩo satisfactõnẽ accipiat. Tertio i-
fero ꝙ actionẽ iniuriaꝝ nõ tenet̃ hõ dimit
tere. vt pꝫ. xxiij. q. iiij. Si illic. Immo bñ
facit q̇ dimisso rãcore agit ĩ iudicio ꝑ iniu
ria eo aĩo ne crimĩa maneant ĩpunita. xlv.
dis. Qui emẽdat. xxiij. q. v. De occidẽdis.
Nã publice rei int̃est. i. multũ ꝑficit cõira-
ti: ne crimĩa remaneãt ĩpunita. xxiij. q. iiij.
Est iniusta. xlv. dis. Sꝫ illud. Nec punit̃ h̃
s̃u⁹ nequã. qꝛ satisfactõeꝫ a s̃uo exigebat.
sed qꝛ rãcorẽ dimittere nolebat. ꝛ ꝑ iniuria
iniuste vĩdicabat. ꝛ dilatõeꝫ solutõis non
cõcedebat. C Sꝫ h̃ q̃rit̃ finalit̃. Utꝝ
iniurie sꝑ sint patient̃ tolerãde etiã a ꝑfec-
tis. Ad q̇d rñdeo s̃m Tho. ij. ij. q. xviij. ꝙ
iniurias nr̃as ꝑsonales patienter tolerare
dẽm⁹. Quia dic̃ glo. sup illd̕ Cãti. ij. Sic̃
liliũ int̃ spinas. Nõ fuit bon⁹ q̇ malos to-
lerare ñ potuit. Sꝫ iniurias di nequaq̃ꝫ de-
bem⁹ tolerare. vt dic̃ Crĩs. sup Mat. Vñ
helias fecit ignẽ descẽdere sup illos q̇ vene
rãt ad capiẽdũ eũ. iiij. Reg. j. Silr̃ helize⁹
maledixit pueris eũ irridẽtib⁹. iiij. Reg. ij.
Et siluester papa excõicauit eos q̇ eũ mise
rũt ĩ exiliũ. vt pꝫ. xxiij. q. iiij. Sinlisari⁹. ꝙ
ḡ dr̃ ꝙ ꝑcutiẽti maxillã dꝫ p̃beri altera. dic̃
Aug. in li. d̕ s̃mõe dñi ĩ mõte. ꝙ hmõi p̃ce
pta ĩtelligẽda sũt q̃ntũ ad p̃ꝑatiõeꝫ animi
ꝛ magis ad p̃ꝑatiõꝫ cordis q̃ꝫ ad opus q̇d
fit ĩ apto. vt dic̃ Aug. in ep̃la de puero Cẽ

turionis. ita vt in secreto teneat aniꝰ patiā. in manifesto āt illud fiat q̄d eis videt̄ pdesse q̄bꝫ bñ velle dēm⁹. vñ ⁊ dñs se pcutiētez rephēdit Joh. xviij. Et paulꝰ pcussus i facie dixit. Percutiet te deꝰ paries dealbate Act. xxiij. Si aūt pdest. tūc pcutienti vnā maxillā dz pberi altera. nec resistendū malo. qꝛ p patientiā psecutores lucrati sumus deo. Ex his infero ꝙ vbi ñ ē aliq̄ vtilitas ex tali patiā. bñ faciūt etiā pfecti si iniurias suas psequunt̄ in iudicio. Unde dic̄ Lyra sup Math. xviij. c. ꝙ lꝫ offensa sit remittēda. nō tñ iniuria ⁊ pena debita. vñ dic̄ ipe ꝙ si ex remissiōe iniurie et pene debite seq̄ret̄ pnitas in eo cui remittit̄ ad faciliꝰ peccādū ñ eēt ei bonū remittere. Silr̄ si ex tali remissiōe eēt scādalū alioꝝ ⁊ obmissio iusticie et in cōsilijs casibꝫ. Hec Ly. Pꝫ ḡ ꝙ in tali cāu vbi nulla ē vtilitas patie etiam pfecto sufficit ppatio ani. h̄ ē. vt in aīo sit p̄paratus p xpo adhuc maiorem iniuriam sustinere si opus esset. vt dicit Henri. d̄ vrmaria in tracta. dñice orōnis. D

Dixi secundo ꝙ in x̄. p. cōmēdat̄ diuine miseratōis liberalitas. Cū dī. Oīne debitū dimisi tibi. Et x̄e maḡ libalitas dimittere. x. milia taletoꝝ. Est āt talētū genꝰ pōderis cētū viginti libraꝝ. p q̄d significat̄ innumerabilis multitudo delictoꝝ. p̄ decez pcepta cōmissoꝝ. Jn duobꝫ ḡ h̄ appet maxia liberalitas dī erga hoīez. vicꝫ i mltitudie ⁊ magnitudie dimissoꝝ. Multitudo: qꝛ oē. Magnitudo: qꝛ debitū. Per q̄d significat̄ ꝙ deꝰ dimittit hoī pctā mortalia. q̄ sūt maḡ debita. ⁊ peccata venialia que sūt multa. Peccata mortalia sunt magna velut grauia pondera. Ps. Sicut onus graue grauate sunt super me Que autem sunt illa vtile esset scire. vt homo pōderaret ipsorum remissionē. ⁊ cautior esset vitando eoꝝ occasionē. Sūt aūt pctā mortalia p̄mo oēs trāsgressiōes pceptoꝝ diuinoꝝ. q̄ h̄ itelligūt̄ p decez milia taletoꝝ. Scdō illa oīa sūt mortalia q̄ enūerat Apl's ad Ro. j. scꝫ fornicatio. auaricia. iuidia. homicidiū. cōtētio. dolꝰ. susurratō. detractiō. cōtumelia. supbia. maloꝝ inuētio. iobedietia parētū. Et ꝙ sint ista mortalia. ptꝫ p h̄ q̄d dicit ibidē. Qui talia agūt nō effugiūt iudiciuꝫ ⁊ digni sunt morte. Oīa aūt ista reducunt̄ ad decalogū. ⁊ iō intelligunt̄ p decē milia talenta. Multa q̄ꝫ alia enumerat apl's ad Gal. v. cū dicit. Manifesta sūt opa carnis q̄ sūt fornicatio. s. in exterioꝛi actu. imūdicia in cōsēsu. ipudicicia in gestu. sicut i tactibꝫ ⁊ alijs. luxuria in habitu. auaricia q̄ est idoloꝝ fuitꝰ. veneficia. i. cōfectio ⁊ ppinatio veneni. inimicicie. i. inueterata odia. ex q̄bꝰ oriunt̄ veneficia. cōtētiōes in x̄bis. ex q̄bus nascūt̄ inimicicie. emulatōes i factis. ire. i. subita icēsio i affectu nocēdi. rixe i affectu nocēdi qñ se ad inuicē pcutiūt. dissēsiōes scismatū. secte. h̄ est. hereses. iuidie d̄ alienis bonis. homicidia d̄ facto. vel i aīo j. Joh. iij. Qui odit fratrē suū homicida ē Ebrietates. i. potationes assidue. q̄ ad superfluitatē in potu. Comesatiōes in cibo. de q̄bus etiā hr̄ Roma. j. Et de his oībus dicit apl's. Qui talia agūt regnū dei non possidebunt. Et p hoc ptꝫ ꝙ ipa sūt mortalia. Alia āt sūt venialia q̄ enūerat Augꝰ xxv. di. §. Crimis. dicēs. Quotiēs aliq̄s i cibo vl' i potu plꝰ accepit q̄ꝫ ncc̄e ē ad minuta pctā ptinere nouerit, q̄tiēs plꝰ loq̄t̄ q̄ꝫ oportet plꝰ tacet q̄ꝫ expedit. q̄tiēs paupem iportune petētē exaspat. vl' si sanꝰ alijs ieiunātibꝫ prādere voluerit. aut sōno deditus tardiꝰ ad ecc̄iaꝫ surgit. aut vxorē excepto desiderio filioꝝ coḡscit. q̄tiēs icarceratos tardiꝰ req̄sierit. l' ifirmos tardiꝰ visitauerit. si discordes cōcordare ñ curauit. si plꝰ vxorē filiū vl' fuū exaspauit seu icrepauit. aut correxit. si fuit blāditꝰ. i. adulatꝰ alicui plꝰ q̄ꝫ expedit. si paupibꝫ esurietibꝫ nis dli catū cibū ppauerit. si i eccia aut extra eccl. iocos fabul' et iocos x̄b istiterit. si aliq̄d incaute iurat. q̄d pꝰea iplere ñ pt. l' cū facilitate l' cū temeritate maledic̄. Hec aug. Ecce q̄nta dbita hō tenet̄ dño. q̄ cū ei dimittūt̄ p ista oīa maḡ libalitas dñi oñdit̄ Propt̄ q̄d dñs ad oñdēdū magnā mie sue libalitatē. dic̄. Oē debitū dimisi ti. Et pꝫ i h̄ abūdātissima dñi libtas. q̄ maior i hac vita ñ pt̄ itelligi. i h̄ ꝙ dic̄. oē debi. di. ti. nllo penitꝰ refuato. Nā aliqñ ds r̄mittit mortalia tm̄ remanētibꝫ tñ vēialibꝫ mltis. vt dic̄ Tho. i iiij. sen. di. xvj. Aliqñ dimittit vnū vēiale sine alijs. lꝫ nūq̄ꝫ dimittat̄ vēiale sine mortali. nec vnū mortale sine alio. Et iō maḡ fit ⁊ supabundātissima mis̄atōis diuine libalitas qñ oīa ista hoī i hac vita dimittit. vñ vere ⁊ pfecte beatꝰ est qui in hac vita audire meruit. Oīne debitū dimi. ti. ⁊c. E

Dixi tertio q in ẜ.p̄.ōn̄dit̄ de uote orōis vtilitas. Cū dr̄. Qm̄ rogasti me. Triplr̄ hō liberat̄ a debito. Prio p satisfactōz debitā. sic p so lutōez pecūie vel fruicij vel alti⁹ rei equalē tis. Scdo p recōpēsatiōez. vt cū p̄xis di mittim⁹. vt nob̄ dimittat de⁹. Tertio p q̄ tationē. vt cū sine oi satisfactiōe solutōnis dimittit̄ hoī debitū ad solā nudā ei⁹ peti tiōez. Et ista ē mag̃ grā. talr̄ fuit factuz isti talr̄ fit ꝛ hodie pctōri. cū ad solā deuotam orōnē de⁹ remittit ei oia pctā. Juxta illud Ezec. xviij. Quacūqz hora igemuerit pec cator. om. iniq. ei⁹. n̄ recor. Si ḡ ad solū ge mitū dimittit pctā de⁹. mlto mag̃ ad orō nez. Sz di. h̄ ē mirabile q de⁹ dimittit pctā pctōri adhuc i statu pcti existēti ad so lā petitiōez. cū tn̄ dr̄ Joh. ix. de⁹ pctōres n̄ exaudit. et Ecci. xij. dr̄. Altissim⁹ odio hz pctōres. Rn̄. fm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. xvj q de⁹ n̄ exaudit pctōrē fm desideriū pcti: qꝛ sic orās pi⁹ peccat iuxta illud ps̄. Orō ei⁹ fiat i pctm̄. Qd̄ tūc fit qn̄ pctōr orat ali q̄d malū a deo. vt mortē inimici vel filia. Sic ēt fur orās p eo vt n̄ suspendat̄ aut q caute furet̄. n̄ audiet̄. Silr̄ adult̄ orās vt n̄ dep̄hēdat̄. n̄ exaudiet̄. Quia dic̄ Crit̄. Ne scit dina pietas patrociniū dare scelerat̄. Sz qn̄ pcōr orat ex desiderio nature q̄d ē bonū: tūc exaudit̄. Et lz n̄ exaudiat̄ ex iu sticia. tn̄ ex mia. Sz di. tn̄ ipossibile ē ali quē sine grā placere deo. ꝛ opa ei⁹ accepta ri. ꝛ p ꝯn̄s nec satisfacere. quō ḡ pctōr pōt orare efficacit̄ ꝛ meritorie exn̄s in pctō ꝛ si ne grā. Ad qd̄ rn̄deo fm Bonāuē. in. iiij. sen. dis. xxij. q vex ē h̄ q hō n̄ pt placere si ne grā nec pt exaudiri a dō q̄diu n̄ hz gra tiā. sz pt se tn̄ p̄pare. etiā sine caritate ad ha bēdū caritatē ꝛ faciēdū satisfactiōez. Sed tūc h̄ ē dubiū. vtrū grā dina det̄ necessario hoi se q̄ntū pt ad grām p̄pāti. Qdammō em̄ vr̄ q nō: qꝛ grā dat̄ ḡtis ꝛ libere ex sola mia. Igit̄ q̄ntūcūqz se hō dispōat ad grāz. i libera dei volūtate est dare sibi grāz. vn̄ dr̄ Hiere. xviij. Sic lutuz i māu figuli: sic nos i māu dei. Sz lutū n̄ accipit formā ex nccītate quā vult: sz quā lutifigul⁹ dat. sz in ꝯtriū ē Aug. sup illō Ro. v. Justificati p fidē pacē hēam⁹. vbi dic̄ De⁹ r̄cipit ꝯfugiē tes ad se. alit̄ eēt iiq̄tas seu iiusticia i eo. q̄d tn̄ n̄ ē dicēd. Itē dic̄ dn̄s Apo. iij. Ego sto ad ostiū ꝛ pulso. si q̄s mihi aperuerit. itra bo ad eū. ꝛ cenabo cū eo. Sz iste q̄ dispōit se. faciēdo q̄d i se ē apuit sibi. ḡ itrat necessa rio. Et pz h̄ sic. Qꝛ isto apiente sibi. aut in trat aut nō. Si n̄ itrat. ḡ frustra pulsat. q̄d n̄ ē dicēdū. Si itrat. ḡ grāz dat. Itē Ank. in li. de casu diaboli. c. iij. di. q illa ē cā q̄re de⁹ nō dedit diabolo grāz. i. pseuerātiā. qꝛ ip̄e noluit accipe. vn̄ nō iō nō accepit dia bol⁹: qꝛ de⁹ n̄ dedit: sz iō de⁹ n̄ dedit. qꝛ ip se n̄ accepit. Ergo q̄cūqz se p̄pat vt accipi at. recipit necessario. Ad istā dubitatōem dōm fm Hol. sup li. sap̄. xij. circa p̄n. q du plex ē nccītas. q̄dā ei ē nccītas coactōis q̄ nullo mō cadit i deū. Sz bn̄ necessitas in fallibilitatis ex pmisso suo ꝛ pacto siue le ge statuta. Et hec nō ē necessitas absoluta sed necessitas cōseq̄ntie. vnde nō stat cū le ge statuta q viator faciat q̄d in se est dispo nēdo se ad grām. q̄n habeat grām. possz tn̄ de⁹ legē mutare circa aliquā psonā si vellz ꝛ tal̄ q̄ntūcūqz se disponeret nec hr̄et. quia dispositio hois nullā causalitatē hz respe ctu grē ō nccītate. sz tm̄ de cōgruo. qꝛ grā excedit oēm opatiōz naturalē. nec ē possi bile q hō mereat̄ p q̄dcūqz bonum natale morale p̄mā grāz de cōdigno. Qn̄ ḡ dr̄ q de⁹ dat grāz ḡtis ꝛ libere ex mia sua. verū ē p tāto: qꝛ talē legē misericordit̄ statuit et obs̄uat. sed stāte lege. necessario dat grām nccītate ꝯn̄e. Silr̄ q̄uis sum⁹ lutū respcū dei: n̄ tn̄ silitudo currit i oib̄. qꝛ n̄ ē pactuz int̄ artificē ꝛ lutū et dato q foret. artifex tn̄ posset frāgere pactū pacti lege manēte. q̄d nō pt de⁹ pacto suo manēte. nec lutū pt a liq̄d apō artificē pmereri. nec ex ꝯgruo nec ex ꝯdigno. Hec Hol. Ex q̄ igit̄ tā pi⁹ ē er ga nos dn̄s q oib̄ iuocātib̄ sei veritate oia debita dimittit. nos deuoto mētz affe ctu eū hodie iplorē⁹. vt nob̄ dimittat dbi ta no. sic ꝛ nos di. de. no. dimissisqz culpis det grām ꝛ tandē gl̄iam. Ad quā nos. ꝛc.

Dn̄ica. xxiij. p⁹ trini. I. Ser. cxxviij.

Cuius est imago ꝛ supscriptio hec. Mat. xxij. Inter oia q̄b̄ de⁹ hoiem dignificauit et nobilitauit. p̄cipuū ē excellēs dignitas creatōis q̄ si hō attēderz. m̄gnā occasionē hr̄e possz ad bn̄ agēduz. Sic em̄ dicit Isi. li. j. ō su. b. c. xi. Dū de⁹ creassz alia oia p̄t hoiez stati vt dixit fcā st̄ vt Ge. j. Creare p̄o hoiez q̄dā etni ꝯsilij ōlibatōe voluit di.

Faciamꝰ hoīez ad imaginē et sīlitudinem
nr̄am. vñ ꝺm ipm. Tāto hō ḡdu dignitatꝫ
est ceterꝫ excellētioꝛ. q̄nto imagini dei vici
nioꝛ. Hec ille. Ex q̄ pꝫ magnā eē dignita-
tē hoīs. Tū q̄a cū deliberatōe cōsilij sācte
trinitatꝫ factꝰ. Tū q2 ad imaginē eꝰ creatꝰ.
Tū q2 oībꝫ creaturꝫ p̄latꝰ. Et iō hō multū
deberet pōderare cōditoꝫ honorꝫ sui. Sꝫ
ecce scp̄tū ē: q2 hō cū ī honoꝛe eēt nō intel-
lexit. cōparatꝰ ē iumētꝫ isipiētibꝫ ⁊ silis fa-
ctus ē ill'. Itaqꝫ imaginē diuā ī se ñ attēdēs
multꝫ eā macul' infecit. ita vt q̄ ꝑus a dō tā
q̄ꝫ imago p̄ ceteris coḡscebat. iā pꝰ lapsū ī
pctm̄ cū q̄dā āmiratōe req̄rebat. Adā vbi
es. acsi apte diceret. vbi ē imago mea ī te i-
signita. Sꝫ ⁊ hāc hodie deꝰ in discussiōe
cuiuslibet cōscie pctōꝛis idubitāt facere vi
det introgatoꝫ cū ī statu culpe ē. in q̄ audi
re meret vt ab eo q̄rat. Cuiꝰ ē imago hec.
Hāc insup indubitant facturꝰ ē dñs oībꝫ
hoībꝫ ī iudicio finali q̄stōnē. cū facta singu
loꝝ diiudicare ⁊ p̄miare voluerit di. Cuiꝰ
ē imago ⁊ supscriptio hec. vt dicūt ꝟba nr̄i
thematis. In q̄bꝫ ꝟbis triplex nob̄ ꝯsi-
deratio occurrit. q2 de imagīe introgatio
fit. Nā ī ꝟbis thematꝫ rñdere cōpellimur
ad introgatoꝫ p xp̄m ꝓpositā de imagīe cu
ius ē. Et q2 triplex ē imago ī mūdo. iō tri-
plex eē dꝫ a nob̄ introgatio a xp̄o. Et ꝺꝫ h̄
ēt triplex ē dāda nob̄ rñsio. Est nāqꝫ q̄daꝫ
imago material' siue artificial'. q̄ ponit ī tē-
plo materiali. Est scd̄a imago naturalis. q̄
ponit ī corꝑe naturali hūano. Est īsup ter
tia imago sp̄ual'. q̄ ponit ī sp̄ū mētali ⁊ ꝟtu
oso. Et de q̄libꝫ xp̄s q̄rit vt ei rñdeamus.
Cuiꝰ ē imago hec ⁊ supscriptio. A

Dixi p̄rimo q̄ xp̄s q̄rit p̄mo ab hoīe ꝺ imagi
ne artificiali. q̄ ponit in tēplo mat̄iali. Cu
ius ē imago hec. Et ꝟe ista q̄stio ē difficilis
oībꝫ gētibꝫ ⁊ paganis ⁊ insolubil' oībꝫ ido-
latrꝫ. q̄ cultū soli dō debitū imagībꝫ luteis
ligneis aureis argēteis: ⁊ sic ꝺ alijs īpēdūt
Cū tñ apl's clamat di. Soli dō honoꝛ et
gl'a ī secl'a se. Amē. Vñ Exo. xx. dr̄. Nō fa-
cies tibi oēm sīlitudinē eoꝝ q̄ in celo vel in
tra vl' in aq̄s vl' sub tra sūt. Itē Leui. xxvi
Nō facietꝫ idolū neqꝫ imagīes. Itē Deut.
iiij. Ne forte decepti facietꝫ vob̄ sculptam
imaginē. Et dd̄ di. Siml'acra gētiū argē-
tū ⁊ auꝝ. Et iteꝝ. Cōfūdant oēs q̄ adoꝛāt
sculptilia. ⁊ q̄ gl'iant ī simulacrꝫ suis. Ecce

q̄ꝫ rep̄hēsibiles sūt a dō idolatre q̄s et̄na cō
fusio repēte seq̄t. Quid ḡ isti rñdebūt ad ī-
terrogatoꝫ eis factā a xp̄o. cū eis dicit. Cꝰ
ē ima. hec. s. saturni. iouis. martꝫ. veneris.
mercurij. minerue. neptuni. plutōis. appol
linis: ⁊ sic de alijs. Vñ aūt oꝛtum habuit
hec maledicta idoloꝝ iuētio r̄fert Isi. viij
li. c. ij. q̄ ex nimia dilectōe ad moꝛtuos. nā
filij pꝰ moꝛtē parētū ī mēoꝛiā ipoꝝ ꝯstitue
bāt imagīes ⁊ ecōuerso. Sic Ninꝰ rex ni-
niue fecerat ꝑncipl'r imagīem beli p̄ris sui
vt p eā p̄reꝫ rep̄ntaret. pꝰ h̄ demōes ingre-
diētes illas imagīes dabāt rñsa. ⁊ se coli a
mal' hoībꝫ ꝑsuaserūt. Apd̄ iudeos Ismael
ꝑmꝰ simulacra ꝺ luto iuenit. ⁊ sctm̄ Isaac
pueꝝ cogebat adoꝛare. Gentiles ꝟo dicūt
q̄ apud eos ꝑmꝰ ꝓmotheꝰ vsū imaginū ī-
uenit. apud grecos āt cicrops q̄dā nomīe
idolatriā inuenit. vt refert Theodolꝰ ī his
ꝟsi. Egregio cicropi debet cā litādi. Ille
bouis ꝑmo rimat viscera ferro. Sacra io-
uis statuit q̄ posteritas celebrauit. Et h̄ tā
git Aug. plixe. xviij. li. de ci. dei. c. x. Tales
aūt tripl'r deridēt ⁊ cōfūdūt. P̄mo deridēt
a ꝓp̄ha helia. q̄ vidēs idolatras inuocātes
baal idolū. ⁊ eis idolū nō ꝓdesse dixit. Ex
altate clamoꝛē. forte deꝰ vr̄ doꝛmit. aut cū
alio loq̄t. aut ī diuersoꝛio ē. de h̄ hr̄. iij. Re.
xviij. Scd̄o deridet a Salomōe Sapiē.
xiij. vbi di. Vani sūt oēs hoīes in q̄bꝫ nō ē
scia dei. i. fides ꝺ deo p ꝓp̄has r̄uelata. ꝺm
Hoꝛ. ⁊ Rob. hol. Hec scia ē tioꝛ ⁊ reueren
tia dei. Et pꝰ pauca. Infelices sūt ⁊ inter
moꝛtuos spes illoꝝ q̄ appellauerūt dōs oꝑa
māuū suaꝝ. s. auꝝ ⁊ argētū ⁊ sīlitudīes aīa
liū: aut lapidē iutilē. Et ibi stati deridēdo
eos di. quō mag̃ ē ꝯfusio hoī q̄ secās vnū
⁊ idē lignū ī silua: ꝺ vna pte fac̄ aratꝝ. ꝺ a-
lia ignē. ꝺ tertia imagīem. Et seq̄t derisio
mag̃. Nō erubescit cū illo loq̄ q̄ sine aīa ē: ⁊
ꝓ sanitate ifirmū depcat. ꝓ vita moꝛtuū ro
gat. ⁊ ī adiutoꝛiū iutilē iuocat. ꝓ itinere pe
tit ab eo q̄ ābulare ñ p̄t. Tertō tales deri-
dēt ēt a seipis: puta ab alijs gētilibꝫ. Refert
eī̄ valeriꝰ li. j. c. ij. de dionisio tyrāno. q̄ ī
gressus tēpla deoꝝ deo ioui vestē aureā ḡ-
uis pōderꝫ deposuit. ⁊ eidē laneū pānū cir
cūdedit. Cūqꝫ a circūstātibꝫ miraret q̄ h̄
facere p̄sūpsisset. Rñdit q̄ m̄gnū cōmodū
ī h̄ dō suo fec̄. Nā aurea vestꝫ ḡuis erat dō
in estate. ⁊ frigida ī hieme. sꝫ lanea bene va
let ꝓ vtroqꝫ tp̄e. Itē alti dō q̄ dicebat escu

lapiꝰ hñti aureã barbã. ipaȝ deposuit ⁊ ab
stulit dicẽs ꝙ idecẽs eẽt hr̃e esculapiũ bar
bã. exq̃ prͬ suꝰ appollo iberbis eẽt. Itẽ aliȷs
diȷs abstulit aureas coronas ⁊ ciphos q̃s
in mãib⁹ tenebãt. di. ꝙ exq̃ diȷ porrigũt no
bis. merito sũt ab eis rcipiẽda ne ingͣti vide
amur. Ecce triplex derisio. Sȝ maior erit
derisio i futuro a xp̃o cũ q̃ret Cuiꝰ ẽ h̃ ima
go q̃m tot ãnis coluerit i mõo. B Sȝ
di. q̃s. Tũ xp̃iani ẽt colũt imagĩes xp̃i. ma
tris suer ⁊ scõꝝ. ⁊ eas fabricãt satȝ p̃ciose. vr̃
ꝙ sint deridẽdi eadẽ rõne q̃ gentiles. q̃
creaturã adorãt. puta lignũ vl' auꝝ vl' aliõ
metallũ de q̃ fiũt imagĩes De nullo ei alio
h̃ increpãt idolatre: nisi q̃ adorabant opa
manuũ suaꝝ. Ad ista oĩa breuit' ẽ dicẽd ꝭȝ
Rob. hol. sup li. sap. c. xiiȷ. ⁊ btm̃ Tho. sup
iiȷ. sen. dis. ix. q. ij. ꝙ imago p̃t dupl'r cõside
rari. Uno mõ vt ẽ res q̃dã. ⁊ sic nullꝰ sibi
debet honor. sic nec alti ligno l' lapidi. alio
mõ cõsideratur put ẽ imago altiꝰ. Et q̃ idẽ
ẽ motꝰ i imaginẽ ⁊ i rẽ cꝰ ẽ imago idõ vnꝰ ⁊
idẽ honor debet imagini ⁊ imaginato. Ex
q̃ isero ꝙ crux xp̃i inq̃ztũ ẽ imago xp̃i in ea
crucifixi. eadẽ adoratõe adorat sic xp̃s i ea
crucifixꝰ. Et loq̃r d ip̃o ligno bñdicte cru
cis. Inq̃ntũ vo ẽ res q̃dã ptinẽs ad ipsum
xp̃m p ip̃m nobilitata ñ tñ cõsiderata vt ẽ
imago xp̃i. sic adorãda ẽ adoratõe iperdu
lie. sic ⁊ mr̃ xp̃i. cui lȝ ñ debeat latria q̃ soli
do debet. debet tñ ei excellẽtior veneratio
dulie q̃z aliȷs creaturis. ⁊ hec vocat ipdu-
lia. Hec Tho. Dicit ãt Rob. hol. vbi. s. Or
flectẽs ⁊ adorãs corã imagie xp̃i ñ adorat
q̃ lignũ cruc̃ nec q̃ imago. sȝ adorat xp̃ȝ
corã imagie xp̃i. q̃ imago xp̃i excitat eum
ad adorãdũ xp̃m. Et sic exponit adoratio
nẽ istã Damas. li. iiiȷ. sen. suaꝝ. c. viiȷ. vbi al
legãdo basiliũ di. ꝙ honor imagini ad p-
thotipũ. i. ad exẽplar ẽ faciẽdꝰ. Ex his pȝ
quõ eccia vtit imagib⁹. ⁊ quõ eas dz adora
re. q̃ solũ p repñtatõeȝ adorat sctm̃ coraȝ
imagie sua. vñ metrista. Effigiẽ xp̃i dũ trã
sis pnꝰ adora. Nõ tñ effigieȝ sȝ quẽ desigͭt
adora. Nec deꝰ est nec hõ p̃ns quã cernis
imago. Sȝ ds ẽ ⁊ hõ sacra quẽ sigͭt imago
Istuȝ ãt vsũ imaginũ dicũt itroduxisse sci
p̃res. put rfert Damas. vbi. s. imo dic hol.
vbi. s. Etiã apl'i eũ itroduxert. lȝ i Cano.
biblie nõ legat. vnd Lucas dr̃ depinxisse
imagineȝ xp̃i ⁊ v̾gis gl'iose. q̃ adhuc habẽt
rome Et mgr̃ in scola. hysto. narrat ꝙ xp̃s
Abagaro regi imaginẽ sue scẽ faciei destia
uit. C Triplex ãt cã fuit institutiõis
imaginũ in eccia ꝭm Damas. P̃ria ad istru
ctiõeȝ laicoꝝ. q̃b⁹ imagines adhibẽt loco
libroꝝ. Scdo vt passiõis xp̃i mysteriuȝ et
sctõꝝ exẽpla nob freq̃nciꝰ ⁊ recentiꝰ infige
rent. Tertio ad excitandũ deuotiõis affe-
ctũ. q̃ magis ex visis q̃z auditis cãt. Unde
Greg. in Regis. li. ix. ep̃la. lxiiȷ. ⁊ li. iiȷ. ep̃la
lxxxv. dicit ad q̃ndã ep̃m arguẽdo eundẽ.
Dudũ ad nos pueit ꝙ scitas vr̃a q̃sdã ima
ginũ adoratores aspiciẽs. easdẽ de eccl'iȷs
imagĩes cõfregit ⁊ proiecit. Quẽ q̃dẽ zelũ
nos ne q̃d mãufactũ adorari possit lauda-
mꝰ. sȝ frãgere ñ debuisse easdẽ imagĩes iu-
dicamꝰ. Idcirco ei picture in eccl'iȷs adhi
bẽtur. vt q̃ l'ras nesciũt saltẽ in parietib⁹ vi
dẽdo. legãt q̃ i codicib⁹ legere ñ valẽt. Et
li. j. ad Seueꝝ ep̃m di. Si q̃s imagĩes fa
cere voluerit. mĩme p̃hibeas. adorare vero
imagĩes oĩno veta. Sȝ h̃ fraternitas tua
diligẽt ãmoneat. vt ex visione rei geste ar-
dorẽ cõpũctõis pcipiãt. ⁊ i adoratiõe soliꝰ
trinitatis psternant. De h̃ hr̃ de ɔse. di. iiȷ.
Perlatũ. vbi Gre. p̃cipit cuidã ep̃o ɔfrac-
tas p ip̃m imagĩes ad p̃stinũ reparare de-
corẽ. Nõ ꝰ tales adoratores imaginũ mõ
p̃misso deridẽtur aut dãnãtur. sȝ potiꝰ cõ-
mendãtur. cũ p eas ñ res visibiles sȝ iuisi-
biles adorãt. Nẽpe ⁊ si cõmẽdatur Abraã
q̃ tres ãgelos adorauit Geñ. xviiȷ. ⁊ loth
duos angl'os. q̃nto magȝ q̃ dñm angl'oꝝ p
ispectõȝ sui signi ⁊ imagis adorat. Nathã
laudabil'r adorauit dd regẽ. iiȷ. Reg. j. q̃n-
to magȝ laudabiliꝰ q̃ adorauerit regẽ regũ
⁊ dñm dñantiũ. Isti sic adorãtes ad intro
gatõȝ eis factã p xp̃m cꝰ ẽ imago quã ado
rastis rñdere poterũt. Imago tua dñe ih̃u
xp̃e. Ad cuius aspectũ nõ imagineȝ sed te
adoramus viuentẽ in secula ⁊c. D

Dixi secũdo ꝙ scda imago d
q̃ xp̃s q̃rit ẽ na-
tural'. q̃ posita ẽ i corpe hũano ⁊ natali. d q̃
dr̃ Geñ. j. Faciãꝰ hoieȝ ad ima. ⁊ sili. nr̃am
Et notãt dic ad ima. Nõ ãt dic Faciãꝰ ho
minẽ ima. no. Solꝰ ei filiꝰ di ẽ p̃fctã ima-
go di p̃ris. vt dr̃ Heb. j. vbi apl's vocat eũ
p̃fectã figurã subẽ diue Sȝ hõ ẽ ad imagi
nẽ dei. q̃ ñ ẽ p oĩa silis ⁊ eq̃lis deo sic eiꝰ fi
liꝰ. Sic dic aug. li. viȷ. d tr. c. xliȷ. vñ d xp̃o
dr̃ Sap. viȷ. Candor ẽ lucȝ etne ⁊ speculũ
sine macula dei maiestatis ⁊ imago boni-

tatis illiꝰ. Vñ ex q̄ ꝭm Aug. ī li. lxxxiij. q̄sti
onū. q. lj. eq̄litas ē de rōe ꝑfecte imagis tūc
solus filiꝰ dei ē ꝑfecta imago dei pr̄is. hō
aūt ad imaginē dei creatꝰ. qꝛ gerit aliq̄lē
silitudinē dinā. Vñ in ps̄. dr̄. Signatum
ē sup nos lumē vultꝰ tui dñe. Expōit In
noc. iiij. i. in supiori ꝑte nr̄i. i. in aīa lumen
vultꝰ tui. i. lūiosꝰ vultꝰ tuꝰ. i. rō. Eccī. xvij
Posuit oculū ipoꝝ sup corda illoꝝ. Vultꝰ
di dr̄ rō. qꝛ sic̄ ꝑ vultū hō hoī assilat̄. ⁊ hō
cognoscit hoiē. ita ꝑ rōnē siles sumꝰ deo.
⁊ deū cognoscimꝰ. Pōt etiā ꝭm eū sic dici
Vultꝰ dei est rō. Lumē hꝰ vultꝰ ē gr̄a. Qꝛ
sicut moneta ē informis donec imago re-
gis ei ꝑ malleum impmat̄. ita rō nr̄a defor
mis ē donec ꝑ gr̄am dei illustret̄. Rō em̄ ē
imago creatōis. s; gr̄a ē imago recreatōis
Rō deū cognoscit ex natura. sed q̄ imitat̄
eū hȝ ex gr̄a. Istud lumē signatū ē sup nos
Ephes̄. j. Signati estis spū ꝓmissiōis sā-
cto. Itē eiusdē. iiij. ca. Nolite cōtristare. sſ.
dei in q̄ signati estis. S; q̄dā tm̄ signati sꝫ
exterius vt hypocrite. Sed boni interius
in corde Canti. viij. Pone me vt signacu-
lū sup cor tuū. Dr̄ etiā vultꝰ dei essētia vni
tatis et trinitatis ꝑsonaꝝ. iuxta q̄ cōsiles
sumꝰ deo. Nā siles ei sumꝰ q̄ntū ad essenti
am. qꝛ sic̄ deꝰ eternꝰ ita ⁊ nos ꝑpetui ⁊ q̄n
tū ad trinitatē ꝑsonaꝝ. qꝛ similes sumꝰ pr̄i
ꝑ memoriā. filio ꝑ intelligētiā. sſ. per dilec-
tionē. Hec aūt imago ita fortiter hoī ē im
p̄ssa vt eā nō possit delere etiā in pctō exi-
stēs. Vñ ps̄. Verūtm̄ in imagine ꝑtransit
hō. s. ad pctm̄ ꝭm Inno. Imago ei in q̄ cre
atus ē hō ē rō: in q̄ ꝑtrāsit hō. qꝛ nō dimit-
tit eā hō etiā q̄ntūcūq; malꝰ sit. q̄a etiā hȝ
eā diabolꝰ. l; bñ hō ꝑdat imaginē recrea-
tiōis. s. gr̄am ꝑ pctm̄. De q̄ dꝛ in alio Psal.
Imaginē ipoꝝ ad nihilū rediges. E

Tāgit aūt pulchre btūs Aug. cōparati
onē aīe ad deū cuiꝰ ē imago. li. de spū ⁊ aīa
ca. xix. di. Primo q̄dē imago dei ī hoīe in-
teriori. nobilitate ē cōsiderāda. in eo q̄a sic̄
deus vnus sp̄ vbiq; totꝰ et oīa viuificās.
oīa mouēs ⁊ gubernās. sic̄ ait apl's. In eo
viuimꝰ mouemur ⁊ sumꝰ. Sic aīa in suo
corpe vbiq; tota viget viuificans illud et
mouens ⁊ gubernās. nec em̄ in maioribus
sui corpis mēbris maior. ⁊ in minoribꝫ mi
nor. sed ī minimis tota ē. ⁊ in maxis tota. sic
infusa est corpori vt nec ꝑ mēbroꝝ partes
sit diuisa. Nā in q̄libet loco q̄n ꝑs corporꝭ
ꝑcutit̄ tota dolet. Miro aūt mō vna eādē
q; viuificatōe mēbris p̄sidens: cū ipa ꝑ na
turā nō sit diuisa. Ipa nāq; est q̄ ꝑ oculos
videt. audit ꝑ aures. odorat ꝑ nares. gustat
per os. mēbra oīa tangit. et tangendo lene
ab aspero discernit. ⁊ cū nō ē diuersa per sē
sus oꝑatur diuersa. Ex q̄ Augu. infert ibi
dē q̄ ita est aīa per suū modū in suo corpo
re sicut deꝰ in suo mūdo. interiꝰ siq̄dē. exte
rius inferius supius. Est regendo supioꝛ.
portādo inferioꝛ. replendo interioꝛ. circū-
dando exterioꝛ. sic est intus vt extra sit. sic
circūdat vt penetret. sic p̄sidet vt portet sic
portat vt p̄sideat. Et sicut nec crescētibus
creaturis crescit. nec decrescētibꝫ decrescit
Sic aīa nec minutꝭ mēbꝛꝭ minuit̄. nec au-
ctis auget̄. Hec ē imago ⁊ silitudo oipotē
tis dei quā aīa hȝ in se. Habet scdō imagi
nē scte trinitatꝭ in eo q̄ sicut deꝰ est viuit ⁊
sapit. ita aīa ꝭm suū modū est viuit ⁊ sapit
Tertio qꝛ sic̄ deus ē vnius nature. tres tm̄
sunt ꝑsone. sic aīa licet vniꝰ sit nature. tres
tm̄ in se vires hȝ. i. intellectū voluntatem ⁊
memoriā. Ex h̄ infert Augu. q̄ merito ex
his tribꝫ viribꝫ deū diligere p̄cipit̄. vt pꝫ
Math. xxij. ⁊ Mar. xij. et Lu. x. vbi dicit̄
Diliges dñz deū tuū ex toto corde tuo. ex
tota aīa tua: et ex tota mente tua. i. ex toto
intellectu ⁊ ex tota volūtate: et ex tota me
moria tua. Nā sic̄ ex pr̄e gn̄at̄ filiꝰ. ⁊ ex pr̄e
filioq;. sſ. procedit. ita ex ītellectu generat̄
volūtas. ⁊ tūc ex his ābobꝫ ꝓcedit memo-
ria sic̄ facile a q̄libꝫ sapiēte pt̄ intelligi. In
his tribꝫ ꝭm Aug. dinā imaginē gerit īte-
rioꝛ nr̄ hō. Et ex his q̄si excellētioribꝫ vi-
ribꝫ iubemur diligere deū cōditorē nr̄ȝ. vt
q̄ntū intelligit̄ diligat̄. ⁊ q̄tū intelligit̄ sēꝑ
in mēoria hēat̄. Nec sufficit de eo intellec-
tus: nisi fiat ī amore eiꝰ volūtas. imo nec
hec duo sufficiūt. nisi mēoria addat̄. q̄ sp̄ ī
mēte intelligētꝭ ⁊ diligētꝭ maneat deꝰ. vt
sic nullū pt̄ eē momētū q̄ p̄ntē cū nō habe-
at in mēoria. Et iō iuste videt̄ hō imaginē
interiorē dei hr̄e. Hec Aug. Iō Eccs̄. vl.
Ammonet̄ hō ꝓ tanto bn̄ficio ad laudan-
dū deū. vbi dr̄ Memēto creatorꝭ tui ī die
bus iuuētutꝭ tue. Glo. q̄dā expōit. Mem̄-
to intime seu p̄cordialit̄. cōtinue seu inde-
libilit̄. feruēt̄ seu ꝟtualit̄. iocūde siue gaudē
ter. qꝛ memoria est firma reruȝ perceptio.
Sicut q̄dā exponit ꝑmo ↄ ↄso. vñ ex q̄ me
moria ē q̄si q̄daȝ thesaurus in q̄ recondita

abscondūtᷣ. vt dicit Aug. sup Joh. omelia
xxiiij. ꝛ freq̄ns imaginatō saluat mēoriā. vt
dic̄ Aristo. merito dꝫ aīa fidelis recordari
diue bonitatis cognoscēdo deū. ꝛ iugiter
mēoriā eiꝰ recogitādo. ꝛ nūq̄ꝫ mēte se auer
tēdo ab eo. puer. iij. Cūctꝭ diebꝰ tuis cogi
ta illū. Juxta illud ps̄. Memor fui dei. ꝛ
delectatꝰ sū. s. ꝓpᷣ imēsa dei bn̄ficia. Et in-
nuit h̄ in h̄ ꝟbo creatoris totā trinitatem.
Nā q꞉ deꝰ oīps. iō creator. q꞉ sibi soli cōpe
tit creare rōne oīpotentie. Sicut dic̄ Au-
gu. li. iij. de trini. ca. xij. Tertio inuit eiꝰ bo
nitatē. Ex eo eñ ꝙ bonus est creat hoiem.
Sic̄ dic̄ Aug. li. xj. de ciui. dei. ca. xxj. vbi
dic̄ Quia deus bonus igiᷣ creauit nos ad
extra. Tertio inuit eiꝰ sapīam. q꞉ oīa in sa
piētia fecisti. vt dr̄ i ps̄. Et iō exquo hō re
cepit a deo tanta bona in creatōe sue ima-
ginis. q꞉ ibi ostensa ē sapīa. potētia ꝛ boni-
tas. merito dꝫ recordari tantoꝝ bn̄ficioꝝ.
Jsa. lxiij. c. Miserationū dn̄i recordabor.
Et eiusdē. xxvj. Memoriale tuū in dside
rio aīe tue. Nec solū recordeᷣ p bn̄ficio cre
atiōis: sed etiā recreatōis. q꞉ nō solū dedit
deꝰ hoi esse naturale. sed etiā beatificū pre
parauit si ꝑseuerauerit. vt dic̄ Hugo li. j.
de sacris ꝑte. x. c. vij. Qui creauit te dedit
tibi esse. q̇ te redemit dedit tibi beatū esse.
Uoluit igiᷣ deꝰ eē creator ꝛ redēptor. Ue
re igiᷣ iste q̇ hic deū cognouerit ꝑ rōnē. di-
lexerit ꝑ volūtatē. ꝛ recordabiᷣ ꝑ memoriā
optime ꝛ intrepidꝰ poterit deo in futuro
rn̄dere ad interrogationē pn̄tem. Cuiꝰ est
hec imago. q꞉ tua dn̄e Jesu xp̄e. q̇ sicut me
creasti in esse naturali. ita imaginē tuā ser-
uaui in esse gratuito. Modo ḡ tibi creato
ri aīam meam reddo. ¶

Dixi tertio ꝙ xp̄s q̄rit de ima-
gine ꝟtuosa q̄ i spū
mentali est. Cū dr̄. Cuiꝰ ē hec imago ꝛ su
perscriptio. Nō solū aūt creauit hoiem ad
imaginē. sed etiā ad sil'itudinē suā. q̄ q̇dē si
militudo cōsistit in donis ꝛ ꝟtutibꝰ ḡtuitꝭ
vt dicit Augu. in li. de spū ꝛ aīa ca. xxj. de
clarādo ꝙ sicut deꝰ ē caritas bonꝰ et iustꝰ
patiēs atq̄ꝫ mitis. mūdus et misericors. et
cetera sctāꝝ virtutū insignia q̄ de eo legūᷣ
Jta hō creatus ē vt creatorē diligeret. vt
bonus eēt ꝛ iustus. patiēs atq̄ꝫ mitis. mū-
dus ꝛ misericors. Quas ꝟtutes q̄nto plus
q̇sq̄ꝫ in se hꝫ. tanto ꝓpior est deo. ꝛ maiorē
conditoris sui gerit sil'itudinē. Si ꝟo q̇d

absit aliq̇s ꝑ deuia vicioꝝ ꝛ diuerticl'a ma
loꝝ ab hac nobilissima sui creatoris sil'itu-
dine oberret. tunc fiet de eo q̇d scriptū est.
Homo cū in honore essꝫ non intellexit ꝛc̄.
Quis maior honor potuit eē hoi q̄ꝫ vt ad
sil'itudinē sui cōditoris cōdereᷣ: vt eisdem
virtutū vestimētis ornareᷣ q̇bꝰ et cōditor.
De quo legiᷣ. Dn̄s regnauit decorē indu-
tus ē. i. oīm virtutū splendore et totiꝰ bo-
nitatis decore īdutus ē. Et ecōuerso. Q̄d
maius hoi dedecꝰ esse potuit aut infelici-
or miseria q̄ꝫ vt hac sil'itudinis gl'a sui ꝯdi
toris amissa ad informē ꝛ irrationalē bru-
toꝝ ꝛ iumentoꝝ sil'itudinē dilabaᷣ. Qua
propter quisq̄ꝫ diligētius attēdat ꝑme cō-
ditionis sue excellentiā. ꝛ venerādā scē tri
nitatis in seipo imaginē cognoscat. hono-
rēq̄ꝫ sil'itudinis diue ad quā creatꝰ ē nobi-
litate moꝝ. exercitatōne ꝟtutū. dignitate
meritoꝝ hr̄e cōtēdat. vt qn̄ apparebit q̄l'is
sit. tūc ei sil'is appareat q̇ eū mirabiliter ad
suā sil'itudinē in ꝑmo hoie cōdidit. mirabi
liusq̄ꝫ in scđo. i. in seipo reformauit. Hec il
le. Sꝫ certe pauci istā sil'itudinē diue imi-
tatōis attendūt q̇ potiꝰ bestijs sil'es eē vo-
lunt ꝑ vicia q̄ꝫ deo ꝑ ꝟtutes. Naꝫ sic̄ dicit
Bernar. sup Cāti. omel'. vlti. Mala adue
niētia q̄ accidūt hoi turbant ꝛ cōturbant
hois naturā. Jnde aīa hois dissil'is fit dō.
Jnde dissil'is ē ꝛ sibi. Jnde cōparata est iu
mētis insipientibꝰ. ꝛ sil'is facta ē illis. Jnđ
legiᷣ cōmutasse gl'iam suā in sil'itudinē vi-
tuli comedētis fenū. Jnde hoies tāq̄ꝫ vul-
pes duplicitatis ꝛ fraudis foueam hn̄t. ꝛ
q꞉ pares se vulpibꝰ fecerᷣt. partes vulpium
erūt. Jnde iuxta Salomonē vnꝰ ē exitus
hoi et iumēto. Nec mirū si silr̄ exeat q̇ simi
liter vixit. Hec ille. Qualiᷣ aūt hō cōpara
tur iumētis oñdit Boeci. li. iiij. de ꝯso. ꝓsa
iij. dicens. Q꞉ exq̄ sola ꝓbitas vltra hoies
queq̄ꝫ ꝓuehere possit. necc̄e est vt q̇s ab hu-
mana cōditōe deiecerit īfra hois meritū d
trudat īprobitas. Euenit ḡ vt si quē trās-
formatū videas varijs vicijs hoiē estiare
n̄ possis Et ibi exēplificat diffuse dicēs. ꝙ
auarꝰ ꝓpᷣ cōtinuā eiꝰ sitim diuitiaꝝ lupo
sil'is ē. detractor sil'is cani. insidiator occul
tus vulpecule. iracūdꝰ sil'is leoni. timidus
sil'is ceruo. accidiosus sil'is asino. incōstās
sil'is auibꝰ. imūdꝰ ꝛ fetidus sil'is porco. Et
infert q̇d necessario seq̇tur. vt q̇ ꝓbitate re-
licta hō esse desierit. cū in diuā clementiaꝫ

transire nõ possit muteť in beluã. Et cõclu
dit ꝙ nõ solũ talis mutať in vnã bestiã sed
etiã in plures. ꝁ pluralitatẽ viciorꝝ. put eti
am deducit Criꝭ. sup Mat. vñ Jero. epl'a
lxxx. Tot habem⁹ pecorꝝ siĺitudines quot
pctã. Ad qđ ꝯcordat ps̃. dicẽs. Facies pec
catorꝝ sumitis. Et Seneca epl'a. clxx. Effi
gies hñt hoim. aios vero ferarꝝ. Job. xxxiij
Respiciet hoies. ꝛ dicet. peccaui. vbi Gre.
xxiij. morꝝ. p⁹ pncipiũ di. Qui affectõi suc-
cubuerint nõ hoies sed iumẽta i stercorib⁹
suis erũt. Sꝫ qđ de talibꝫ bestialr viuẽtibꝫ
dicit Eccs. iij. audiam⁹ Spũs iumentorꝝ
id ẽ iumẽtalit viuentiũ descẽdent deorsũ.
scꝫ in ifernũ. vt exponit glo. iuxta illđ. De-
scẽdẽt in infernũ viuẽtes. Propter qđ hor
taꝛ apl's vt hanc imaginẽ bestialẽ ꝛ terrenã
deponẽtes assumam⁹ celestẽ. di. Sic por-
tauim⁹ imaginẽ ẗreni. porꝛem⁹ ꝛ imaginez
celestis. Et Rom. xij. Nolite ꝯformari hu-
ic seculo. sꝫ reformamini i nouitate sensus
vri. Nã vt ait Aug. epl'a. lxxvij. Deo erim⁹
similiores. qnto in ei⁹ cognitiõe et caritate
pficimus. Siĺis inqt erit deo in filijs dei.
Hec siĺitudo vocaꝛ supscriptio isti⁹ dena-
rij. quẽ dñs a qlibet nrm reqret in iudicio.
Nõ em̃ requirit tm̃ in aia nra rõnẽ volũta-
tem ꝛ memoriã naturalẽ. sed etiã reqrit de
corem ꝛ ornatũ ipius aie in his tribꝫ viribꝫ
ꝛ potentijs aie. sine q decore ipa aĩa est sic
tabula rasa in q nihil est depictũ. vt dicit
Aristo. ij. de aia. Ideoqꝫ sicut denari⁹ hñs
imaginem sine supscriptiõe nihil valet. sic
nec aĩa sine ꝟtutibꝫ gratuitꝫ. p qs deo fit
qdãmodo siĺis. h p gram. in futuro p gliaz
vñ ps̃. petit. ps̃. xxx. Illustra faciẽ tuã sup ꝟ
uum tuum. Exponit Innocẽ. qrtus. i. ifun
dendo gram̃ impme aie mee siĺitudinem. q
siĺitudo maxime cõsistit in cognitõe di Et
est sensus ꝁm eũ. Illustra faciẽ tuã sup ꝟuũ
tuum. id est. fac seruũ tuũ similẽ faciei tue. i
Joh. iij. Nondũ apparet qđ erim⁹. sꝫ cũ ap
paruerit similes ei erimus. Cui⁹ similitu-
dinis nos pticipes faciat dñs nr ihs xpus
q sine fine viuit et regnat. Amen.

Dñica vicesima tertia p⁹ trinitatꝫ. II
Sermo CXXIX

r

Eddite que sũt

cesaris cesari. Math. xxij. Qm̃
vt ait Grego. cui⁹ ꝟba habẽtur
trãssumptiue in đcreto. lxxxix. di. Ad hoc
inquit dispensatõis dĩne ꝓuisio gđ⁹ diuer
sos ꝛ ordines cõstituit esse distinctos i mũ
do. vt dũ minores potioribꝫ reuerentiã ex
hiberent. ꝛ potiores mioribꝫ dilectõez im-
penderẽt vera ꝯcordia fieret. ꝛ ex diuersita
te connexio. ꝛ recte officiorꝝ gereret ammi-
nistratio singulorꝝ. Et sequiť. Neqꝫ em̃ vni
uersitas alia rõne poterit subsistere nisi eaꝫ
hmõi magn⁹ differẽtie ordo ꝟuaret. Hec il
le. Ex qbꝫ verbis ptꝫ qntũ necessaria ẽ pla
tio tam spũalis qꝫ secularꝫ qꝫ etiã tpalis in
eccl'ia militante. sine q nullo mõ eccl'ia dei
pt subsistere. Vñ aplus Ro. xiij. dicit. Ois
aia ptãtibꝫ sublimioribꝫ subdita sit. Et me
rito. Nã iste ordo etiã seruaꝛ in celestibꝫ ie-
rarchijs. vbi archangeli psunt angel'. ange
li supmi medijs. medij infimis purgando.
illuminãdo. ꝛ pficiẽdo. put ptꝫ p Dionisiũ
li. de celesti ierarchia. Sed qꝛ sicut supio-
res nõ pñt meli⁹ pesse subditis nisi p iustici
am. eo ꝙ dicit Aug. li. iiij. de ciui. dei. c. iiij
Sine iusticia regna qđ sũt nisi latrocinia.
Ita ecõuerso inferiores non pñt meli⁹ sub
esse supioribꝫ nisi p iusticiã. Que vt ait ma
crobius. j. li. est vnicuiqꝫ seruare qđ suũ est
Et ꝁm Ber. ꝁmo. xiij. ẽ ꝟtus qđ suũ est vni
cuiqꝫ tribuẽs. s. supiori. inferiori. ꝛ eqli. Iõ
qꝫ saluator q nõ venit soluere legẽ. sꝫ adim
plere. Math. v. volẽs ordinẽ militãtis ec-
clesie seruare. ꝯsultus de redditõne census
impatorꝫ. salubre dedit ꝯsiliũ di. Reddite
que sunt cesarꝫ cesari. In quibꝫ ꝟb tria sũt
cõsiderãda q circa statũ cuiuslibet reipub-
lice. cuiuslibet regni. pncipatus ꝛ dominij
diligẽter sũt obseruãda. Et qꝛ ꝟba nri the
matꝫ ex pcepto dñi suadẽt nob reddeꝛ que
sunt cesarꝫ cesari. p qđ innuiť ꝙ subditi te-
Dixi primo ꝙ circa p̄ntē3 solennitatē considerandū est primo de gl'iose marie ṽgis purificatōe. Est aūt sciendū ꝙ s̄m latinos hec dies d̄r purificatio Marie ideo; q2 ṽgo gl'iosa iuxta leg' p̄ceptū voluit purificari post partū. xl. die. licet ipsa nō indiguerit tali purificatōe. fecit tn̄ hoc ad nostrā informatōe3. Nam lex solū obligabat mulieres ꝯcipiētes ex semine viri ad purificationē post partū. Constat aūt ꝙ hec ṽgo cōcepit sine semine. Esa. vij. Ecce ṽgo cōcipiet. Nō ḡ tenebat̄ purificari: cum nō fuerit cōtaminata. Oīa em̄ mūda mūdis. Et q̇ mūdus est nō indiget lauari. ꝑ ꝯsequens nec purgari Joh. xiij. Fuit aūt puritas virginis huius excellentissima triplici exēplo. Nā ipsa fuit in vtero matr' sue ab originali pctō mūdata vel poti⁹ p̄seruata vt q̇dam pie sentiūt. Vn̄ rōne mūdatiōis a peccato originali fuit sicut lux splendidissima. ⁊ per ꝯseq̄ns iterato purgari nō debuit. Sapie vij. Nihil inq̇natū incurrit in illā. Secundo exēplo specli. Nā de ipa d̄r Sap. vij. ꝙ nō solū est cādor lucis eterne. sed etiam speculū sine macula. Hoc est dicere. ꝙ nō solum fuit mūda ab originali pctō. sed etiam ab actuali: veniali q̄3 mortali. Nō solū em̄ fuit sctificata i matre. sed etiā cū fieri debuit dei mr̄. q2 tūc fuit ml'to copiosi⁹ sctificata ita ꝙ spūssctūs in eā descēdens: illā ab omi pctō imunē custodiuit. vt dic̄ Bern̄. in epistola ad Lugdunēses. Per ṗmā sctificationē fomes remāsit in ea q̄3tum ad essentiam Impediebat̄ aūt ꝑ grā3 sctificantē: ne i peccatū inclinaret aut a bono retraheret. Cōtigit em̄ hūc ligari aliq̄n ne i actū exire posset. vt sciam ꝑ ebrietatē. Sed in scda sctificatiōe fomes essentialiter subtract⁹ est. Immunitatē ḡ pctī ꝯsecuta est nō ꝑ grām ꝯfirmantē. sed ꝑ ligatōe3 fomit' q̇ ad sctificationem ⁊ ꝑ custodiam diuine ꝓuidentie. sine q̄ etiā fomite oī extincto peccare potuisset ꝓpter liber͛ arbitriū. vt dic̄ btūs Tho. exponens illd̄ Cāticor͛. Ecce tu pulcra es. Vn̄ de hac pctī immunitate glo. exponens illd̄ Gratia plena dicit. O dn̄a mūdi angelica salutatōne digna. miraculose maternitatis electione exaltata: licet vas gratie dicta sis. Scriptū est em̄. Aue gratia plena dn̄s tecum. Gratiā tu inuenisti dū tanta pulcritudine plenissime īnocētie splēduisti. Tu em̄ sola es amicta sole. nullis trāsgressiōis tenebris obscuraris. Hec glo. Tercio puritas huius virginis nō indigens purificatione declarat̄ exemplo font' purissimi. De quo Zacharie. xiij. dicit̄. Erit fons patens do

mni iuda. Et ista puritas referri potest ad
pctm̄ veniale quo virgo btā caruit. eo q̄ di
cit Aug⁹. tractās illud. j. Joh. ij. Si dixeri
mus q̄m pctm̄ nō habemus: nosmetipsos
seducim⁹. Si omēs sancti q̄rerent an fuis
sent sine pctō saltem veniali: nihil aliud di-
cerent nisi verbum premissum. Si dixeri-
mus ⁊c. Cum ergo de pctīs mētionē facio
nullam volo de virgine habere memoriā.
Hec Aug⁹. Ex q̄ patet q̄ etiam veniali ca
ruit. In signū etiā huius matrimonio iun
gi noluit. Constat aūt q̄ actus matrimoni
alis si fuerit causa ꝓlis fit sine peccato. Si
causa vitāde fornicatōis fit tunc cum veni
ali. Ne ḡ veniale cōmitteret: elegerat esse si
ne matrimoniali cōiugio. Et licet angelus
sibi ꝓmitteret filiū dei ex ea nascituꝝ ⁊ ipā
matrē eius futurā. eligebat tn̄ mag̃ esse vir
go q̄ȝ tanti dn̄i et filij dei mater. Vn̄ Greg.
exponēs illud. Ecce tu pulcra es. introdu-
cens ꝟbū illud: q̄m virū non cognosco: sic
ait. Quid pulcri⁹ aut puri⁹ castitate huius
virginis: q̄ ne virginalis castitat̃ pulcritu-
dinē amitteret: maluit ꝟgo ꝑmanere sine ta
li filio q̄ȝ mulier fieri ⁊ mr̄ filij di. Deniq̄ȝ q̄
se sibi recipiens totū cōmisit ei q̄ fabricator
est mundi. et mater facta est diuio miracl̄o
et virgo ꝑmansit in voto Hec ille. Sicq̄ȝ
patet quō hec virgo ab oī pctō originali et
actuali tam veniali q̄ȝ mortali fuit sufficien
ter ꝑ spūmsanctū purgata. Et ideo de cete
ro nō debuit purgari: ꝓsertim q̄ spūsancto
concepit et ꝟgo post partū inuiolata ꝑmā-
sit. Nō ergo tenebat̃ ad purificatōem. Vo
luit tn̄ purgari ex triplici causa Prio vt my
steriū natiuitat̃ christi occultaret diabolo
qd̄ maiori modo fuerat reuelandū. sc; ī die
passionis. Sciebat em̄ illud Thobie. xij.
Quia sacramētū reg̃ abscondere honorifi
cum est. Per qd̄ informat nos vt oīa suo tē
pore faciamus. et sic instruit temperantiā
in moribꝫ. Nā tēpus tacendi. tēpus loquē
di. temp⁹ laboris. tēpus requiei Eccēs. iij.
Secūdo voluit purificari ad ostendēdum
virtutē hūilitat̃. Sic em̄ ꝯsulit Sapiens
Ecc̄i. iij. Quāto em̄ maior es humilia te in
oībus. Idem. xxxij. ca. Esto in illis q̄si vn⁹
ex illis. Tertio ad corrigendū nr̄e superbie
prauitatē imo ꝓteruitatē. Si em̄ hec puri-
ficari voluit q̄ sine pctō fuit, quanto magis
nos purificari debemus, ⁊ illa q̄ ꝑ pctōꝝ
mystica purgatiōe instituta sunt assumere
debemus q̄ pctīs pleni sum⁹. Vn̄ Grego.
sup Ezechielē Omel. viij. dicit. Pensandū
est nobis si sine flagello hinc nō exijt q̄ sine
pctō fuit sc; christ⁹. q̄ntis nos flagellis di-
gni sumus qui peccatis pleni sumus. Exē
plo em̄ huius ꝟginis necesse habem⁹ pur-
gari spūaliter in mentibꝫ nostris. B

Et q̄ triplex est status fideliū in ecclesia
christi: ideo triplex erit purgatio. Isti tres
status sunt: incipientiū: ꝓficientiū: ⁊ ꝑfecto
rum. Incipiētes purgāt ꝯsciam. ꝓficiētes
ordinant eā. ⁊ ꝑfecti vsq̄ȝ in finē cōfirmant
Primo ergo incipiētes debēt purgare do-
mū conscientie ab immūdicia peccati: dicē
tes ad dn̄m illud Ps̄. Cor mundū crea in
me deus. Est aūt consuetudo apud nos q̄
ancilla mundatura domū: ꝓus colligit sor
des: deinde eijcit eas. Sic incipiēs debet
ꝓus pctm̄ premeditare ⁊ colligere in men-
te anteq̄ȝ eijciat illud in cōfessione. Vnde
Esaie. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos
meos in amaritudīe aīe mee. s. ꝑ cōtritiōē.
Ex q̄ patet q̄ cōfessio nostra debet esse deli
berata. Isto facto debet incipiēs pala lin-
gue eijcere sordes conscientie extra domū
cordis ꝑ ostium oris. Sed certe quedā do
mus sunt ita ꝓfunde: ita obscure q̄ vix pn̄t
mūdari. Iuxta illd̄ Hiere. xvij. Profundū
est cor hominis ⁊ inscrutabile, quis cogno
scet illud. Quantā em̄ diligentiā ponūt ad
abscondendū: tantā debent ponere ad mū
dandū. Sūt alia corda pinguia q̄ licet ap
pareant exteri⁹ purgata: intus tn̄ remanēt
maculata et neglecta vt hypocritaꝝ q̄ oīa
exteriora volunt habere pulcra et speciosa
in cōuersatione: intus aūt sunt pleni omni
spurcicia. Math. xxiij. Illud arguit nr̄os
curiosos q̄ volunt habere pulcrā caligam.
sed non animā. tunicam: non mentem. io-
pulam: non conscientiam. calceū strictum:
sed conscientiā latam. Hi sciscitant̃ in cor-
de ī honesta: exteri⁹ ꝟo speciosa. vt dic̄ Am
bro. Multum aūt fatui sunt. quia s̄m Au
gustinum in quodam sermone ꝓferunt cor
poralia spūalibus. Similes sunt isti picto
ribus qui formāt exteri⁹ imagines pulcras
sed cor vitale nō possunt eis dare. Sic isti
omnia extra depingunt: cor autē in se mor-
tificant. Sed audiant quod dicitur. j. Re-
gum. xvj. Quia deus intuetur cor. Homo

autem ea q̄ foris sunt. Sed diceret ali-
qs. tñ exterior pulcritudo suadet̄ p aplm. j
Cor. xiiij. vbi dicit̄. Oīa in vobis fiāt ho-
neste z sm ordinē. Ad quod respōdeo sm
Tho. scda scde. q. clij. arti. j. q conuersatio
exterior dicit̄ honesta inq̄tum est demōstra
tiua interioris rectitudīs. Et ppter hoc ra-
dicaliter cōsistit in interiori electiōe: q̄ inte-
rior electio inotescit alijs p exteriores act⁹.
Unde honestas in exteriori cōuersatōe si-
gnificatiue tm̄ cōsistit. i. est signum interio-
ris honestat̄. Ex quo infero q pulcritudo
exterior in vestitu z apparatu quocunq3 in
homine vicioso est poti⁹ hypocrisis q̄3 ho-
nestas. Patet. q̄a in talibus nō concordat
signum cū signato. z p ɔsequēs talis hō est
fraudulentus et fallax. Et hoc est qd salua
tor dicit de quinq3 fatuis virginib3 que lā-
pades habuerūt exterius pulcras: sed oleo
deuotionis interius z charitatis caruerūt.
Math. xxv. Quisquis ergo vult purgare
domum mētis sue incipiat ab interiori ra-
dice cordis sui: omnē turpitudinē mentis
sue mundando. Juxta illud Esa. xiiij. Per
dam Babilonis nomen z reliqas z germē
z pgeniem. Ecce tangit radicem peccati q̄
est cogitatio: ex qua germinant omīa mala
Math. xv. Ex corde eñ exeunt cogitatio-
nes male. Hinc Johānes baptista dic. q
securis ad radicē: nō ad ramos ponēda est
Postq̄3 aūt nostrū cor fuerit mundatum ab
interiori sorde. z tunc lauandum est et asp-
gendum aqua lachrimaꝝ ad abstergendum
puluerē. Et hoc est aqua lachrimaꝝ ex con
tritionis dolore pcedentium. De qua dicit̄
Hiere. iiij. Laua a malicia cor tuū. Sic la
uabat psalmista: dicens de se. Lauabo per
singulas noctes lectū meū: lachrimis me-
is stratum meum rigabo. Isto facto eijciē-
di sunt pulueres aqua conspersi. z hoc per
confessionem totalē. vt nihil in angulis cō
scientie lateat vel nullā circūstantiā obmit-
tat. de pen. dist. v. Consideret.

Secundus status fidelium est proficien-
tium. Et hij purgata conscientia debet eam
ornare floribus z graminibus bonoꝝ ope
rum et exemploꝝ. j. Regū. vij. Preparate
corda vestra dño: z ornate ea. Nō sicut pi-
gra ancilla que sup immundicias et pulue
res ponit herbas. Et significat illos qui in
mortali pctō aliqua de genere bonoꝝ ope-
rum faciunt. Et hij sunt fatui. quia infun-
dunt vinum bonoꝝ operum in vasa vetera
acetosa z corrupta z infecta: cōtra consiliū
saluatoris dicētis. Nemo mittit vinū no-
uum in vtres veteres. Tercius stat⁹ fi-
delium est pfectorū: quorum est purgatā et or
natam domū custodire: z cōseruare pulcri
tudinem eius vsq3 in finē. sicut cōsulit sapi
ens Prouer. iiij. Omī custodia custodi cor
tuū. Quod fit cum hō in accepta grā perse
uerat stabiliter: non cedendo quibuscunq3
aduersitatibus. Non sicut q̄dam qui sicut
ventilegiū al's ventilabrū mouent: nūc ad
hunc ventum: nunc ad illum. volētes nūc
hoc: nunc illud. et cedentes psecutioni etiā
minutissime. imo trepidātes timore vbi nō
erat timor. Hinc dicit btūs Ambrosius li.
ij. de officijs. q non mediocris virtus ani
mi est fortitudo: que sola defendit ornamē-
tum virtutum omniū: et custodit iudicia: z
aduersum omnia vicia manet inuicta. Ex
premissis patet q circa purgationem con-
scientie nō omnes virtutes equaliter se ha
bent. Nam q̄dam istā purgationē inchoāt
in incipientib3 vt fides z penitētia. Act. xv.
Fide purificans corda eorū. j. Cor. v. Ex-
purgate vetus fermentū. Alie sunt que or-
nant consciam in pficientib3. vt opera bo-
na. z psertim opera pietatis: que sunt quasi
q̄dam rami oliuarum ornantes domū cō-
scientie. vt habetur Hieremie. xj. Oliuam
vberem: pulcram: fructiferam: z speciosam
vocauit dominus nomen tuum. Ps. Ego
autem sicut oliua fructifera zc. Et si dice
res. Quomodo pficientes purgant̄ ex quo
iā fuerunt purgati. Respondeo eo modo q̄
christus dicit Johannis. xv. Omnem pal
mitem in me ferentem fructum purgabit vt
fructum plus afferat. Non enim dicit̄ pur
gari talis. q: non est purgat⁹ a malo. sed vt
plus in bono pficiat. Nam nisi cōtinue p
ficeret: deficeret. z sic indigeret pristina pur
gatione. Dicit̄ ergo cōtinue purgari. q: q̄-
tidie in bono proficit. Unde Thobie. xij.
dicitur. Elemosyna a morte liberat et ipsa
est que purgat peccata. Luce. xj. Date ele-
mosinam z omnia mūda sunt vobis. Alie
aūt sunt ꝟtutes que omnia ista conseruant
in pfectis. vt est perseuerantia z constantia
q̄tum ad finalē consummationē que etiam
dicit̄ purgatio. Juxta illud Malachie. iij.

Ipse quasi ignis conflans purgabit filios leui. Sed diceres iterũ. Quõ pfecti sunt purgãdi: cum sunt in summo statu vie. Respondeo ꝙ licet sint in summo statu vie: nõ tamẽ sunt in vltimo gradu illius stat⁹. ideo mereri possunt. Unde dicit Apocal. Qui sanctus est: sanctificet adhuc. Quãdiu em̃ homo est viator potest crescere ĩ merito. de hereti. in clemẽ. Ad nostrũ. cõtra begardoꝝ errorẽ. Unde angeli dicunt purgari. vt dicit Dionisi⁹ de celesti ierachia. D

Dixi secundo ꝙ in ṽbis p̃missis considerandũ est de christi p̃sentatiõe. Ad h̃ em̃ impleti sunt dies purgatõis Marie vt p̃sentaret christũ filium dei deo patri in templo. Circa qd̃ tria sunt cõsiderãda. Primo a quo p̃sentat. Secundo vbi. Tercio a q̃bus p̃sentat⁹ suscipit. De p̄mo patet. quia a parentib⁹ scꝫ a Maria matre ei⁹ vera et Joseph patre putatiuo. Locus aũt p̃sentationis erat templũ in hierusalem: in quo susceptus est a Symeone et Anna ꝓphetissa. Moraliter. Maria p̃sentans xp̄m significat statum omniũ vere penitẽtiũ. q2 maria interp̃tatur amara. Et ꝑtinet ad penitẽtes qui dicunt de se. Ecce in pace amaritudo mea amarissima Esa. xxxviij. Ipi enim faciunt luctum vnigeniti planctũ amarũ Hiere. vj. Tales ergo sic penitentes digni sunt p̃sentare christũ per gratiã ab eis susceptũ. Secundo Joseph significat bona opera facientes ꝛ cõtinuãtes. Interp̃tatur em̃ crescens. Unde de iustis dicitur Prouer. iiij. Justoꝝ semita quasi lux splendens ꝓcedit et crescit vsq3 ad pfectũ diem. Suscipit etiam christus a duabus psonis. sic a duabus presentat. scꝫ a Symeone ꝛ Anna. Symeon fuit grandeuus ꝛ senex. de q̃ dicit Ambrosius ꝙ optabat ardentissimo desiderio videre christum ꝓmissum diuti⁹ a deo per prophetas Unde in oratiõib⁹ suis dicebat quotidie. O quando veniet. qñ nascetur. quando videbo ipsum. putas durabo tanto tempore. putas oculi isti videbunt per quem oculi cordis reuelabuntur Et accepit responsum ꝙ non gustaret mortem donec videret christum domini. Quẽ cum virgo p̃sentasset quadragesimo die a natiuitate sua. ipse accepit eum in vlnas suas benedicẽs deum atq3 dicens. Nunc dimittis seruum tuum dñe in pace. Iste Symeon significat iustos: timoratos et pseuerantes. Dicit em̃ de ipso ꝙ erat iustus ꝛ timoratus expectans cõsolationẽ israel. Justicia em̃ attẽdit in homine q̃libet in hoc ꝙ reddatur vnicuiq3 quod suũ est fm̃ Macrobium. qua habita habent omnes virtutes. eo ꝙ iusticia est virtus generalis vt sic considerata. Quisq3 ergo gratiã suscipe cupit a deo reddat et timorem. Hec est em̃ p̄ma pars iusticie qua homo habet bene se ad deum vt eum timeat. Unde de Symeone dicit ꝙ erat timoratus. Quantũ aũt timor iste apd̃ deum valeat: dicit in ps. Beneplacitum est domino sup timentes eum.

Sed diceres. quomõ beneplacitum est domino super timẽtes eum: cum timor nõ sit virtus sed passio: ꝑpter quam nec laudamur nec vituperamur. ij. de aĩa. ꝛ. iij. Ethicoꝝ. vbi dicitur. ꝙ timor est passio naturalis. Nam inueniunt qui nihil timent neq3 terremotũ neq3 inundatões. et ꝑ consequẽs nec deum. et tamen non laudant. Sic econuerso: qui quemlibet timent. ergo ꝛ deum. Respondeo qd̃ hic loquit nõ loquit de timore natural' passiõis sed affectuose pietatis. et talis est semp cum amore dei. Unde omnis timor ex amore ꝓcedit. eo ꝙ nullus timet nisi contrariũ eius qd̃ amat. vt dicit Thomas scd̃a scd̃e. q. xxv. arti. ij. Multo magis ergo q̃ amat ꝛ timet deum nil negligit. Et iste vocat timor ordinatus. De quo dicit. Beati omnes qui timent dominum. Isto timore timuit Symeon: in quo vt dicitur spũssanctus erat qui est amor. Unde Symeon timebat deum vt patrẽ ne offenderet anteq3 videret christũ domini. ꝛ amabat timendo: vt visum christũ semp amare posset. O si Symeõ iustus in quo spũssanctus erat sic fuit timoratus: q̃ et responsum acceperat a deo. vbi erit peccator. vnde illi securitas. Si em̃ iust⁹ vix saluabit: vbi peccator erit. Justus etiam erat Symeon erga deũ. q2 grãrũ actiões reddebat deo ꝓ oĩbus. Unde de eo legit ꝙ grãs agebat benedicens deum. Secũdo iustus erat Symeon iste erga proximum. vnde de eo dicitur ꝙ expectabat consolationẽ israel Ideo dicit Ambrosi⁹ in sermone hodierno. Bñ dicit Symeon iustus. quia non suam sed populi totius consolationẽ per aduentum

christi expectabat et requirebat. Tercio iust⁹ erat Symeon erga seipm. q2 pacem et requiem sibi postulabat dicens. Nunc dimittis seruu3 tuu dne. Pulcra oratio in q petit dimitti a seruitute in libertate. Sic optabat apostolus dicens Infelix ego ho: qs me liberabit de corpe mortis hui⁹. O si symeon optabat dimitti de hac vita: qui tn cosolationem expectatam obtinuit. qd nos faciemus quos hic miserie premunt. nec tamen ad deum ire aut clamare vt de hijs liberemur compellunt. O si apostolus in q gratia dei nunq3 vacua fuit petebat dissolui et dimitti de carcere vite huius vt esset cum christo. qnta est nostra malicia q pleni peccatis et vinculis huius mundi irretiti non clamamus dimitti. Deteriores certe sum⁹ scrophis aut lupis: q deprehensa clamant in laqueo. Nos aut sumus quotidie in laqueo, iuxta illud. Laqueu parauerut pedibus meis. Et iteru. Funes peccatoru complexi sunt me. et tame no clamamus ad deum p liberatione. In eo aut q iste Symeon erat expectans nec deficiens sed pseuerans: notat constantes et pseuerantes vsq3 ad mortem. iuxta illud Apocal. ij. Esto fidelis vsq3 ad morte. Sed querit vtrum in omni virtute necessaria sit pseuerantia. ita q sine ea nulla sit virt⁹. Respodeo fm sanctum Tho. ij. ij. q. xxxvij. arti. j. q qda sut virtutes que habent finem suu determinatum: qui est terminus virtuosi operis, sicut q miles pseuerat vsq3 ad finem certaminis Alie sunt virtutes quaru actus non habet finem determinatu: sed p totum tepus vite durare debent, sicut fidei: spei: et charitatis que respiciut vltimu finem totius vite humane. Dicendum est ergo q respectu harum virtutum vltimaru necessaria est pseuerantia, q2 act⁹ earu vt virtuosi sint requrunt actu pseuerantie vsq3 ad finem vite. Et sic respodet Augustinus vbi supra. In illis aut virtutibus quaru actus durant vsq3 ad fine determinatu virtuosi operis: non requirit q pseuerantia sit vsq3 ad mortem. Et ideo saluator dixit Math. xxiiij. Qui aut pseuerauerit vsq3 in finem hic saluus erit. no dicit vsq3 ad mortem. E Secunda psona christum suscipiens fuit Anna pphetissa: q comedatur a sex virtutibus conuenientibus omnibus viduis et virginibus. Primo ergo comendat a castitate. quia post morte viri vixit in castitate septuaginta annis. Talis fuit Judith de qua dicit Judith. xv. capitulo. Confortatu est cor tuu eo q castitatem amaueris: et post viru tuu aliu nescieris. Secundo comendat a sancti loci frequentatione. quia dicit q non discedebat de teplo. i. statutis horis visitabat templum. j. Regum. j. Ascendebat vir ille statutis diebus vt adoraret et sacrificaret deo. Tercio comendat de oris mundicia. quia sicut dicit Luce. ij. Loquebatur de illo sc3 christo. Quarto comendat de parcitate cibi. quia erat isistes ieiunijs sicut et Judith. Judith viij. omnib⁹ dieb⁹ vite pter sabbatu. Quinto comendat de orationu instatia. sicut dicitur Luce. ij. q insistebat Anna orationibus et obsecrationibus. Sexto comendat de finali pseuerantia. Quia dicit Luc. ij. q erat seruiens die ac nocte. Talis ergo debet esse qui vult hodie christo obuiare et eu deuote suscipere. Per primum arguunt lasciue puelle et vidue: que statim post morte virorum nubunt. quod vtiq3 est signum incotinentie fm Hieronimum in Apologetico suo, licet in se non sit peccatu. vt de secudis nup. Sup illa. et c. Cum scdm. Quia mulier mortuo viro soluta e a lege viri sui. Per secundum arguunt desides raro templum visitantes. De quibus dicit Aggei. j. Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis. et dom⁹ ista deserta. Per tercium arguunt turpia loquentes in ecclesia: que tamen est domus oratiois Lu. xix. Per quartum arguunt delicati et voluptuosi. De quibus dicitur. Vidua in delicijs viuens mortua est. Per quintu arguuntur indeuoti raro orantes. cum dicit. Oportet semper orare Luce. xviij. Per sextum arguuntur deficientes et pusillanimes q anteq3 ad meta prouenniunt deficiut. vt dicit Grego. primo libro Moral. Cum tamen dicat apostolus. Non coronabit nisi qui legitime certauerit. Et iteru. Sic inquit currite vt comprehendatis.

F

Dixi tertio q in verbis pmissis cosiderandu est de munerum pro christo oblatioe: quibus pgo gloriosa voluit redimere dilectissimu3 filium dominu nostrum Jesum christum.

Est aūt sciendū ꝙ lex purificationis requi
rebat vt quelibet mulier ex viro concipiēs
quadragesimo die a partu in templū cum
puero suo veniret. Et si q̄dem diues foret
agnū anniculū offerret et columbā aut tur
turem pro peccato. Si autē pauper extūc
duos turtures et duos pullos columbarū
Leuitici.xij.caplo. Quāuis autē virgo ad
huiusmodi oblationē nō teneret̄: sicut nec
ad purificationē. tamen voluit hanc obla-
tionē facere. Non autem elegit oblationē
diuitum sed pauperū. Primo propter pau
pertatem. Secundo propter hoc. quia ve
rum agnū offerebat deo patri. Tercio ꝓ-
pter mysticam significationē. Per hoc enī
significabatur ꝙ qui non potest offerre ag
num innocentie: currat ad lachrimas et ge
mitus penitentie. Per ista tria significa
tur triplex oblatio mystica: quam debēt ha
bere fideles ⁊ offerre. Agn⁹ significat tria.
Primo puritatem incorruptionis. Unde
Exodi.xij. dicit̄. ꝙ erit agnus sine macula.
Et Leuitici.j. dicitur. ꝙ debuit esse agnus
masculus sine macula. Sic homo fidelis
debet esse sine macl'a que maculet corpus
vel animā. De quo dicit̄ Salomoni. De-
disti maculam in gloria tua. Nec dubium
quin loquit̄ de macula luxurie: ꝑ quam fu
it ipse resolutus. Secūdo agnus iste signi
ficat humilitatem cōuersatōis. Unde dici
tur ibidē. et anniculus. id est paruus ⁊ hu-
milis: non magnus agnus. Tales eīm ac-
ceptat dominus q̄ paruuli sunt reputatiōe
sua. j. Regū. xv. Nonne cū paruulus esses
in ocul' tuis: caput in tribub' isrl' fact⁹ es.
Matthei. xj. Reuelasti ea paruulis. Ter-
cio agnus iste designat māsuetudinē. Esa.
liij. Quasi agnus mansuet⁹ coram tonden
te se. Debet ergo quilibet fidelis esse humi
lis ad deum. mansuetus ad ꝓximū. imma-
culatus ad corpus ꝓpriū. Certe diues est
in christo qui talem se offert. Secunda ob
latio que fuit paupeꝝ sunt duo pulli colū-
barū. et designant geminā castitatē corpo-
ris et anime. Similiter duplicem simplici
tatem scʒ intentionis ⁊ operis. Unde sal-
uator. Estote prudentes sicut serpentes: et
simplices sicut columbe Math. x. Dicunt
naturales ꝙ in columba duo sunt. scʒ sim-
plicitas. ⁊ cum hoc cautela. Sic in quoli-
bet fideli debet esse ꝑmo simplicitas: q̄ est
duplex scʒ intentiōis et cōuersationis. In-
tentio nostra non debet esse duplex sed sim
plex. Sap. j. In simplicitate cordis queri-
te illū. Ue eīm duplici corde Eccī. ij. Und
Ambrosi⁹ dicit. ꝙ intentio tua opi tuo no-
men imponit. Math. vj. Si oculus tuus
id est intentio fuerit simplex: totū corpus. i.
operis: erit lucidū totum. i. meritoriū. Itē
opatio nostra debet esse simplex. Prouer.
xj. Uoluntas ei⁹ in hijs qui simpliciter am
bulant. i. operant̄. Prouerb. x. Qui ambu-
lat simpliciter: ambulat confidenter. Se-
cundo in colūba est cautela. quarū vna vo
catur prenoscens. altera ꝑcauēs. Iste sunt
duo oculi sponse comparati oculis colum
barum Canticorum quarto. Prima ocu-
lus sinister. Secunda oculus dexter. De
hijs oculis dicit̄ Prouerbioꝝ. j. Frustra ia
citur rhete ante oculos pēnatoꝝ. id est vir-
tuosorum: qui sunt pennati: qui et mala ꝑ-
cognoscunt et ꝑcognita cauent ⁊ vitāt. De
hijs oculis Apocal'. iiij. Quatuor anima-
lia plena oculis ante ⁊ retro. Ante pro ꝓui
sione ꝑmij. ⁊ retro ad cautelā ex timore sup
plicij. Cautela prenoscens in columba est.
q꞉ ꝓuidet vmbrā accipitris in aqua. et ido
residet iuxta aquas. Cautela fugiēs est. q̄a
fugit ad fenestram suam vt euadat accipi-
tres. Sed rex Naas non desiderabat a fi-
lijs israel nisi oculos eoꝝ dextros. quia di-
abolus non multum curat causam preno-
scentem cautelam. sed plurimū odit et ꝑse-
quit̄ cautelam ꝑcauentē. vt dicit Tho. su-
per illud. Oculi tui columbarum. Tercia
oblatio que fuit pauperū est par turturum
In turture sunt tria que debent esse in q̄li-
bet fideli anima. Primo verecundia. Un̄
dicit̄ Canticoꝝ. j. Pulcre sunt gene tue si-
cut turtur̄. Dicit glosa interlinearis. in ge-
nis notatur pudoris signum. Ista verecū-
dia in hoc attendit̄ in anima: vt castitatem
ꝓmisse fidei nulla hereticorū doctrina cor-
rumpat. vt dicit glosa ordinaria. Secun-
do in turture notatur inflexibilis constan-
tia: que tanta prioris mariti memoria tene
tur vt nullatenus posterioris possit recipe
consortium. Ista cōstantia attendit̄ in ani
ma in hoc: vt nullum ꝑter christum amato-
rem admittat. Tertō in turture notat̄ mise
ricordia ordinata. q꞉ sicut turtur gemit pro
morte cōpar̄ sui: sic iustus gemit ꝓ suis et

aliorum peccatis, vt dicit glosa super ista verba sicut turturis. Quem gemitum pro incolatu presentis vite: pro malis pene et culpe: nobis prestet pius dominus noster Jesus christus vt ipso prestante: gemitus noster et tristicia nostra vertatur in gaudium. Tunc complebitur in nobis vaticinium Esaie.xxi. dicentis. Omnem gemitum eius cessare feci. Et eiusdem.xxxv. Et ambulabunt qui liberati fuerint et redempti a domino: conuertentur et venient in syon cum laude: et leticia sempiterna super capita eorum. gaudium et leticiam obtinebunt: et fugiet dolor et gemitus. Amen.

De sancta Agatha et Dorothea.
Sermo XV

Ponsus venit et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias Mat.xxv. Quia iuxta sanctum Gregorium in quadam Omelia. licet quilibet homo cum illis habiturus sit mercedem in choris angelorum in futura gloria quorum officium viriliter hic gessit in via. Tamen virgines non solum habiture sunt in electis dei et angelis gloriam communem: sed etiam supra angelos erunt specialiter quodammodo remunerate. sic dicens. Supgreditur inquit virginitas conditionem humane nature: per quam homines angelis dei similantur. Ecce premium. Et sequitur. Maior tamen est victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne viuunt. virgines in carne triumphant. Hec ille. Cum ergo virgines non solum equantur angelis sed etiam in aliquo excedunt angelos. quid mirum: si digne a christo reputantur intromitti ad nuptias. De quibus dicitur in verbis thematis. quia sponsus venit. et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. In verbis premissis thematis tanguntur tria: que sacratum virginum statum specialiter commendant. Primo enim describitur earum dignitas ex parte christi eas adamantis specialiter. cum dicitur. Venit sponsus. Secundo describitur ex parte ipsarum ornatus speciositas quantum ad meritum quod est gloriosum. cum dicitur: que parate erant. Tercio describitur premij ipsarum iocunditas. cum dicitur. intrauerunt cum eo ad nuptias. A

Dixi primo quod in verbis premissis describitur primo sanctarum virginum dignitas ex parte christi specialiter eas adamantis. cum dicitur. Venit sponsus. Certe magna dignitas habere talem sponsum christum. de quo dicitur. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quante autem pulcritudinis in speciositate: et diuitijs et in omni copia dulcedinis eterne sponsus iste sit: dicitur in Ps. Speciosus forma pre filijs hominum. Ecce pulcritudo. De diuitijs eius dicitur. Gloria et diuitie in domo eius. Et iterum. Longitudo dierum in dextera eius. et in sinistra eius diuitie et gloria. Econuerso etiam talis debet esse virgo que cupit esse sponsa christi: vt primo sit pulchra. De cuius pulcritudine loquitur Canticorum.ij. Salomon. Pulcre sunt inquit gene tue sicut turturis. In genis notatur verecundia. In turture solitudo. Que duo in virgine requiruntur. vt scilicet sit verecunda et solitaria. Et de verecundia dicitur Genesis.xxiiij. de Rebecca. Ecce inquit egrediebatur habens ydriam in scapula sua puella decora nimis virgoque pulcerrima et incognita viro. Que postea cum iret ad virum suum Jsaac cooperuit caput suum pallio. Ista verecundia debet apparere in virginibus: in velatione humili: in habitu decenti: in incessu et in omni gestu in quibus se debent habere deuote et regulariter. Unde dicit Augustinus in libro ad sacras virgines. Dominica virgo sine ornatu capitis sui in habitu communi nec oculis elatis aut letis sed crinibus ad terram cum vultu deposito procedat. Et causam huius subdit. Ideo videlicet ne viles ex se inducat mores. que et si non peccat: causa tamen alijs perditionis existat. Hec ille.

De secundo scilicet solitudine dicit idem Augustinus vbi supra. Dominica virgo inquit publicos debet vitare conspectus. et platearum frequentiam deuitare: atque in domo posita operi lanifico insistere vel lectioni diuine Hec ille. Ecce dicit solitudinem virgini necessariam. non tamen ociosam sed laboriosam. quia cum opere lanifico. Et hoc est quod Rebecca portabat ydriam in scapula sua: que significat laborem. Secundo ad hanc sponsam requiritur vt sit diues et gloriosa in diuitijs. Unde de ea dicitur Prouerb. vltimo. Multe filie regum congrega

uerūt diuitias, tu sola supgressa es vniuer-
sas. Quia licet status cōiugalis ⁊ vidualis
virtutes cōgregant ꝗ̄tum ad premiū essen
tiale, tamē virginitas supgreditur omnes
quo ad premiū accidētale, scȝ aureole. Vñ
dicit Thomas, ꝙ licet Abraam suo tēpo-
re equatur Johanni in castitate. hoc soluȝ
est quo ad premium essentiale: non aūt ac-
cidentale: quod est aureola. Et sic intelligit
Augustinus in libro de bono cōiugali. ꝙ
castitas Johānis nō ꝑfert cōiugio Abrae
vt dicit Thomas, ij. ij. q. clij. ar. iiij. B

Ex hijs respondeo ad questionem qua
queritur Utrū continentia cōiugalis pos
sit esse par castitati virginali. Et breuiter re
spondeo loq̄ndo de premio essentiali ꝙ sic
Imo dico cum beato Thoma. ꝙ licet vir
ginitas melior sit ꝗ̄ continentia cōiugalis
Potest tamen cōiugatus melior esse ꝗ̄ vir
go duplici ratione. Primo q̇dem ex parte
ipsius castitatis, si scȝ ille q̄ est cōiugat⁹ ha-
beat animū magis paratum ad virginitatē
seruādā si oportet ꝗ̄ ille qui in actu est vir-
go. Unde Augustinus instruit virginem
in libro de bono coniugali: vt dicat. Ego
non sum melior ꝗ̄ Abraam, sed melior est
castitas virginalis ꝗ̄ castitas nuptiarum.
Et rationē post subdit. Quod em̄ nūc ago
melius illi egissent si tunc agēdū esset. Se-
cundo quia forte ille q̄ non est virgo habet
aliquā excellentiorē virtutem. Unde Au-
gustinus dicit in libro de virginitate. Vñ
scit virgo se prelatam cōiugate. Certe non
scit, quia virgo ꝗ̄uis sollicita sit que sūt do
mini, tamē necesse est vt timeat: ne forte ꝑ-
pter aliquam sibi incognitam infirmitateȝ
non sit matura martyrio, illa ꝟo mulier cui
se prescribit: iam posset bibere calicem do-
minice passionis. In q̄ aūt precellit vir-
ginitas coniugium. Dicendum est ꝙ in tri
bus ꝓm Thomā. Primo, quia est bonum
diuinum, quod est potius bono humano.
In signuȝ huius christus elegit matrē vir-
gineȝ, vt dicit Hieronimus. Et apostolus
consulit virginitatem, j. Cor. vij. Secun-
do, quia bonū est anime: quod ꝑfert bono
corporis. Tertio quia est bonum vite con
tēplatiue: que ꝑfertur vite actiue. Ex quo
infert Thomas ꝙ indubitāter virginitas
preferenda est cōtinentie cōiugali. Sed
hic est dubium An quelibet virgo habeat
istam excellentiam. scȝ premiū aureole. Ad
quod respondeo ꝙ non, sed solū virgo deo
dedicata, vt dicit Augustin⁹ in libro de vir
ginitate. Nec nos inq̄t de virginibus pre-
dicamus ꝙ virgines sunt, sed ꝙ deo dedi-
cate pia continentia virgines sunt. Ex q̄ in
fert Thomas scd̄a scd̄e, q. clij. ꝙ propositū
seruandi integritatem illud facit virginem
formaliter: cum sit ei⁹ formale. Integritas
autem corporis est materiale: quā nos ha-
bemus a natura. Ex quo sequitur ꝙ soluȝ
ille virgines habebunt aureolam virginū
que propositum habuerunt virginitatem
perpetue seruandi. ꝗ̄uis hoc propositum
interruptum fuerit: integritate tamen car-
nis manente. dūmodo in fine sue vite inue
niatur ad primum propositum redisse. q̇a
virginitas mentis ꝗ̄tum scȝ ad solum pro
positum violatum reparari potest, non au
tem virginitas carnis. ꝓm Thomā in cō-
pendio, libro, vij. caplo penulti. Sed di
ceres. Quid de illis que decesserūt sic cum
proposito nubendi. Respondeo ꝓm Tho
mam vbi supra in cōpendio, ꝙ non est du
bium quin habiture sunt speciale gaudiuȝ
de corporis incorruptōne sed non essentia
le gaudium. Sicut etiam innocētes de eo
gaudent ꝙ innocentes a peccato fuerunt:
ꝗ̄uis opportunitatem peccandi nō habue
runt. Ex his patet ꝙ multum valet votum
in genere castitatis. Nam vt hic videmus
virgines non habent nec habebunt aure-
olam nisi ex firmo ꝓposito seruandi casti-
tatē perpetuā: quod est formale eius. Vñ
potest responderi ad questionem. an meli⁹
sit ex voto vel voluntate seruare castitatem
Respondeo ꝙ melius est ex voto: triplici d̄
causa ꝓm Thomā scd̄a scd̄e, q. viij. ar. vij.
Primo quia est actus latrie, quia est que-
dam ꝓmissio deo facta in obsequiū ⁊ ī cul-
tum suum. Secundo, quia qui vouet ma
gis se deo subijcit: nō solū ꝗ̄tuȝ ad actum.
sed etiam ꝗ̄tum ad potestatem vt nō possȝ
de cetero aliud facere. Sicut dans arborē
cum pomis plus faceret ꝗ̄ dando pomuȝ
sine arbore. vt dicit Anselmus de similitu-
dinibus. Tercio quia ꝑ votū firmat̄ in bo
num. Facere aūt aliquid ex deuotione fir-
mata in bonū ꝑtinet ad ꝑfectiōem virtut̄.
ij. Ethicoꝝ. sicut etiam peccare mente ob-
stinata aggrauat peccatum. C

Dixi secundo ꝙ describitur sctaꝝ ꝟginuꝫ
meritū qđ est ex parte ipsarum ornat⁹ spe-
ciositas: cum dicit̃. que parate erant. Cir-
ca qđ restant duo videnda. Primo de or-
natu virginum. Scđo de ornatu generalr̃
oīm fidelium animaꝝ: qͥliter se ꝑparare de
bent erga istum sponsum. Quantū aūt ad
primū dicendū est. ꝙ ornatus iste quo me-
rent̃ virgies sancte in ꝑsenti consistit in tri
plici virtute. Primo scꝫ in mundicia casti-
tatis. Secundo in pulcritudine humilita
tis. Tercio in ꝓfessione pauꝑtatis. De mū
dicia castitatis dicit̃ Ecci. ij. Qui timēt do
minum ꝑparabunt corda sua: et in conspe
ctu eius suscitabunt animas suas. Ecce q̃
modo castitas includit in se timorē: qui pre
parat corda virginum ꝓ custodia castitat̃:
que debet esse in corde. Duo ergo hic dicit
de virginibꝫ. Primo ꝙ debent esse timora
te. Secūdo qꝛ debent ꝑparare corda ꝛ ani
mas suscitare: ad significandū ꝙ timendū
est virginibus ne amittant virginitatē quā
reparare nō pn̄t. xxxij. q. v. Si paulus. De
hac em̄ dicit̃ ꝙ virgo cecidit nō adijciet vt
resurgat. Unde dicit Hieronim⁹ in episto
la ad Eustochiū. ꝙ cum deus om̄ia possit
nō potest virginē suscitare post ruinā. Ua
let q̇dem liberare de pena. sed nō valet co-
ronare corruptam. s. vt virginē. Sed di
ceres. Tamē deus exoculato potest visum
reddere. ergo virgini ꝟginitatē restituere. Qui
dam dicunt ꝙ hoc intelligit̃ sic. ꝙ deus nō
potest facere quin factum sit factum. sed oē
deꝑditum potest restituere. Sed tunc ideꝫ
esset de exoculato. Et ideo dicendum est ꝙ
hoc nō refert̃ ad carnis corrupte restitutio
nem. sed ad virginalis palme retributionē
Et dicit glo. Non potest. i. nō congruit ei⁹
potētie vt aureola coronet corruptas. hoc
em̄ esset cōtra iusticiam. et ideo illud nō po
test esse. Et Tho. ij. ij. q. clij. ar. iij. ponit exē
plum pulcrū de hoc dicens. Sicut illi ma
gnifico q̇ consumpsit opes suas ꝛ diuitias
per pniām non restituunt̃ diuitie. similiter
ille q̇ peccando virginitatem amisit: ꝑ peni
tentiam non recuꝑat virginitatis ꝓposituꝫ.
Unde ipse dicit ꝙ licet natura virginitat̃
scꝫ corꝑis integritas possit reꝑari miracu-
lose in virgine. nō tamen hoc pōt reꝑari ꝙ
expertus voluptatem venereaꝫ fuerit non
expertus. Secūdo ornatus virginalis cō-
sistit in mansuetudine humilitatis virginee
vt etiam parata sit ad tormēta ire ꝓpter ei⁹
seruationem. dicens illud Ps̄. Ego aūt in
flagella paratus sum. Unde dicit Aug. in
li. ad sacras virgines. ꝙ ꝟgo dn̄ica in pau-
ꝑtate spūs christo accepta debet q̄diu vi-
xerit ꝑmanere. D De secundo ornatu
scꝫ generali oīm christifideliū aīaꝝ q̄liter se
parare debent est sciendū ꝙ oēs fideles de
bent se parare vt puelle in ornatu vultus ꝛ
corꝑis. vt. s. faciem et corp⁹ decēter ornent.
Secūdo vt familia ad cibum corꝑalem la
uans man⁹ suas. Tercio vt milites ad pu
gnam instantē. De ꝑmo ornatu q̇ debet eē
in vultu ꝛ vestitu dꝛ in ps̄. Astitit regina a
dextris tuis in vestitu deaurato. Uestitus
deaurat⁹ sunt oꝑa clarissime charitat̃ q̇bꝫ
ornat̃ aīa quelibet in vultu primo vbi est
imago di. et deinde in ceter̃ mēbris: q̄ sunt
membra spūsſctī. Hanc vestē non hn̄s hō
eijcit̃ extra nuptias. Math. xxij. De scđo
ornatu. Familia ad cibū accedēdo se lauat
Ita aīa accedens ad nuptias ꝛ ad refectio
nem eternā: lauat man⁹. i. oꝑa. pedes. i. affe
ctiones. Unde Esa. j. Lauamī ꝛ mūdi esto
te. Qđ alibi exponit ꝓpha di. Laua a mali-
cia cor tuuꝫ. Un̄ ps̄. q̄rit. Quis ascēdet ad
nuptias celestes. Et rn̄det Innocēs mani
bus. i. oꝑibꝫ. Ecce lotio manuum Joh. xiij
Qui lot⁹ est nō indiget nisi vt pedes lauet.
Sed prochdolor de mult̃ dꝛ hodie. Ma
nus vestre plene sunt sanguie. Tercio ani
me fideles debent se ꝑare vt milites ad pu
gnā instantē. Tota em̄ vita hoīs est vt mi
licia suꝑ terrā. In qua q̇dē pugna habem⁹
multos aduersarios ꝛ fortissimos. Deute-
ro. xx. Unicuiqꝫ ĝuis aduersitas ꝛ pugna.
nūc occulta: qꝛ insidiat̃ vt leo ī spelūca sua
inimicus. nūc manifesta. qꝛ manifesta sunt
oꝑa carnis: q̄ sūt fornicatio: imūdicia: aua
ricia. et insuꝑ quia q̄tidiana est pugna ꝛ ra
ra victoria. dicit Aug. de singularitate cle-
ricoꝝ. ꝛ in li. de agone christiano. E

Dixi tercio ꝙ in verbis ꝑmis-
sis describit̃ sancta
rum virginum celestis premij gloriosa io-
cunditas. cum dicitur. Intrauerūt cum eo
ad nuptias. Tria describuntur q̄tum ad
iocunditatem istarum nuptiarum. Primo
quia sponso occurrerunt. Secundo quia

ad sponsum se preparauerũt. Tercio quia cum eo intrauerunt. Isto modo specialiter nos debemus primo preparare ad bonuz opus. Et quia bona opera maxime consistunt in partib9 penitentie: que sunt quinqꝫ scꝫ contritio. confessio. afflictio. oratio. ⁊ erogatio. Ideo dicit̃ de istis quinqꝫ virginib9 ꝙ habuerũt quinqꝫ lampades: in quibus habebant oleum charitatis: sine quo nihil deo placet. vt dicit Grego. in quadã Omelia super Johannez. Secũdo debemus ei obuiare per desiderium deuotionis. Dicitur autem Ecci. xv. ꝙ homies stulti nõ apprehendunt illum. i. sponsum celestem. sed homines sensati obuiabunt illi. Quis autem stultior illo qui sine deuotione putat ꝑuenire ad conspectũ tanti regis coraꝫ quo angeli cõtremiscunt. Certe vt videm9 stulti repelluntur ab aula regum. vt dicit̃ Hester. iiij. Non decet sacco indutum aulã intrare regis Assueri. Tertio debem9 intrare per contemplationis gustum. hic per fidem: et tandem per apertam visionẽ ⁊ fruitionem dulcedinis diuine. Unde Psalmista hortatur nos hic ad primuz. Intrate in conspectu eius in exultatione. Nuptie autem iste eternales significate sunt per nuptias agni Apocal̃. xix. Beati inquit q̃ ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et bene iocunditas nuptijs celestibus comparat̃. Sicut em̃ in nuptijs fit ornatus vestiũ solennium. sic in gloria patrie celestis erit claritudo nostrorũ corporũ. ad Phil̃. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpi claritatꝭ sue. Ideo dic̃ christus ad animã. Uestiui te discolorib9: ⁊ calciaui te iacincto: ⁊ cinxi te bisso: et indui te subtilib9: ⁊ ornaui te ornamẽto. Ezech. xvj. Secundo quia ibi erunt delicatissima fercula. Ecci. xxiiij. Spũs meus sup mel dulcis. ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauũ. Tunc em̃ dicet christus suis Canticoꝝ. v. Comedite amici et bibite: et inebriamini charissimi. Sed de quo tunc inebriabimur. Certe ab vbertate domus eius ⁊ torrente voluptatis eius: vt ẜm multitudinem dolorum in corde electorum consolationes dei letificent anias eorum. Hoc est qđ ait saluator de se. ꝙ ꝑcinget se ⁊ transiẽs ministrabit illis Luce. xij. ⁊ Lu. xxij. O q̃ꝫ beatus q̃ mãducat panem in regno di Lu. xiiij. Tercio quia ibi erit suauis instrumentorum melodia Thobie. xiij. Per vicos eius cantabitur alleluia. i. laudabitur deus in sanctꝭ suis ineffabiliter. Hoc admirans Bern̄. dic̃. Unde tibi anima mea: vnde tibi tam ineffabilis gloria: vt eius sponsa merearis esse in quem angeli desiderant ꝑspicere. Quid retribues domino ꝑ oĩbus que retribuit tibi: vt sis sacre mense regis cõuiua: socia deniqꝫ thalami: vt introducat te rex ĩ cubiculum suuꝫ. Ad quod nos ꝑducere dignet̃ pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus Amen.

Hi sequentes sermones vsqꝫ ad sermonẽ de corpe christi exclusiue sũt ex Socco.

De sancta Dorothea
Sermo XVI.

Virgo cogitat q̃ dñi sunt ⁊ quõ placeat deo vt sit sancta corpe et spiritu. i. Coꝝ. vij. In verbis ꝑposit̃ tria tangit apostolus. scꝫ statum excellentem. actum cõpetentẽ. ⁊ finem congruentẽ. Primũ ibi. Uirgo. Uirginitas em̃ omni statui excellẽtior est. Secũdũ ibi. cogitat. In quo tãgit actũ tali statui competentẽ. Uirgines em̃ que a maritali debito ⁊ a curꝭ seculi sunt ꝑ oĩa solute: debent merito cogitare q̃ dei sunt. Cõiugate em̃ ex vinculo maritali cõpelluntur cogitare vt viris suis placeant. Sic virgines deo dicate debẽt deo intendere et quõ placeant sponso suo. Tercĩu ibi. vt sit sancta corpore ⁊ spiritu. In hoc tangit finẽ cõgruentẽ. Ad hunc em̃ finem oẽs sacre virgines: cogitationes: locutiones: ⁊ opatõẽs suas debent dirigere. vt sint sancte quaruꝫ sponsus sctũs est A quo ⁊ nullaten9 in thorum maritalẽ assumunt̃: nisi ⁊ ipse sint sancte. Ad hoc studuit gloriosa virgo et martir Dorothea. sicut ꝑbat eius vita et miraculorum euidentia: que deus per eam operat̃ et ꝑpter eam exhibet et exhibebit clarificãs eã toti mundo. vt ex hoc innotesceret q̃nta deuotione studuit vt corpe ⁊ spũ esset sancta Quã ideo de9posuit nobis in exemplũ vt qui dñm Jesum qui exultauit vt gigas ad currenduꝫ viã imitari nõ possum9 puellã teneam9 ⁊ delicatã imitemur. A Quõ aũt ipam in sctitate sua imitari de

beamus vt ⁊ nos similiter simus sancti: do
cet nos btūs Bern̄. dicens. Tria sunt que
faciunt hominē sanctuꝫ. victus sobriꝰ. actꝰ
iustus. ⁊ sensus pius. In quibus tribꝫ ple-
na consistit perfectio. Est autem ſm ꝙ dif
finiūt doctores sobrietas moderatus vsus
temporalium circa solam necessitateꝫ restri
ctus. Cuius obseruantia licet difficilis vi-
deatur hijs qui in carne ambulant. facilis
tamē est illis qui spūalia bona gustauerūt
qui parua bona respectu maiorū ⁊ melioꝝ
pro nihilo reputant. Quod expresse osten-
dit Grego. dicens. Dulce est esse in huma-
nis rebus: sed ei qui adhuc nihil nouit de
celestibus. quia quāto minus eterna intel-
ligit: tanto delectabilius in temporalibꝫ re-
quiescit. Sic qui iam cordis ore gustauit
que sit illa dulcedo celestiū bonorū. quan-
to illud dulce est quod intus habet: tāto ei
in amaritudinē vertit̄ omne quod foris su
stinet. Et iōo facile est ei: imo delectabile vt
foris ꝓpter deum sobrium victum habeat
qui dulciter intus pascitur. Ut ergo spiri-
tussancti ꝑsentia consolatōes consequi va
leamus: qui talem habet in nos transfun-
dere dulcedinem. necesse est vt ꝑ sobriū vi-
ctum carnis consolationibus funditus re
nunciemus. quia nullatenus iste cum istis
miscent̄. De q̄ Bern̄. Si animꝰ habet vn̄
delectetur extrinsecꝰ: sine delicijs manet in
tus. vt ergo interiora nostra in deo ꝓficiāt
omnia exteriora de genere consolationū tē
poralium ⁊ carnalium per victum sobriuꝫ
amputemus. ⁊ sola necessitas ab omni su-
perfluitate in omni vsu tēporaliuꝫ sit restri
cta. Ex quibus verbis colligimus ꝙ nō so
lum sobrium victum vocamus moderatā
cibi et potus sumptionē. sed oīm rerum ad
vsum nostrum pertinentiuꝫ restrictionem.
in quibus omnibus sobrietatem tenemus
si eis moderate vtimur. quod non solū ex-
pedit religiosis. sed omni christiano profi-
cit ad salutem. Quia sicut per gulam primi
parentis ⁊ nos de illis paradisi gaudijs su
mus expulsi. sicut ait Grego. Sic per par-
simoniam ⁊ sobrietateꝫ recte viuendo nos
regredi oportet: vt fiat nobiscū sicut de tri-
bus magis dicitur Math. ij. Per aliā vi-
am reuersi sunt in regionem suam. Et ideo
sicut diligimus patriam a qua cecidimus
per gulam: in omnibus vtendis victum so

brium habeamus vt ad eam reuertamur.
Omnis aūt sobrius vsus consistit in tēpo
ralium moderata fruitiōe. in exteriorū sen-
suum disciplinata gubernatione. in interio
rum motuū cauta ⁊ vigilanti cohibitione.
B Primo dixi. Sobrietas circa vsū
temporaliū stat in eo ꝙ in omnibus quibꝫ
vti oportet tm̄ ad vitam cōseruandam vta
mur. vt est cibus. potus. sumptus. vestes. ⁊
similia. et omneꝫ supfluitatem ex omnibus
hijs amputemus. Et hec sobrietas paup-
tas voluntaria vocat̄. de quo dr̄ Prouer.
xiij. Est paup cum tamē in multis sit diui-
tijs. De hac etiā sobrietate dicit Bern̄. Fe
lix ſm tempus viator qui suorum benefici
orum curam sine qua transire nō posset: in
obsequiū suum scit cōuertere ⁊ vti ad vtili-
tatem. Secundo sobriuꝫ vsum debemꝰ
tenere in vsu sensibiliū ⁊ sensuum. vt om̄es
sensus corporis a rebꝫ vanis ⁊ nociuis co-
hibeamus ⁊ ad sola necessaria ordinemus
Sicut fecit Job q̄ dicit. Pepigi fedus cū
oculis meis ne cogitarem de virgine. vt di
citur Job. xxxj. ca. ⁊ sic de alijs sensibꝫ. Un̄
Bern̄. Habeat homo dei sensus suos exte
riores nō duces sed seruientes. vt dicat hu
ic: vade. et vadit. ⁊ alio: veni. ⁊ venit. et ser-
uo suo: fac hoc. et facit absq̧ contradictiōe
Et subdit. quia magnus est qui vsum sen-
suum suoꝝ nouit expendere in suā salutem
et vtilitatem. et omnes in obsequiuꝫ christi
scit conuertere ⁊ ordinare. Et talis optime
sibi credendus est in quacūq̧ multitudine
conuersetur. Tertio sobrium vsum tene
amus in vsu motuū interiorū: omnes mo-
tus illicitos in suis principijs cohibentes.
hoc em̄ maxie placet deo. Quod pulcre fi-
guratum legimus. j. Regū. xxix. ca. vbi di-
xerunt Philistei ad regem suū. Quomodo
hic melius poterit placare dominū suū q̄
in capitibꝫ nostris. Sic demones cōflan-
tes intra nos motꝰ illicitos: dicere possunt
quō quis placare potest meliꝰ dn̄m suū q̄
si ꝑncipijs taliū motuū resistat. quod cum
quis facit: facilius potest eos euadere. Et
hoc vtiq̧ stat i ꝑtāte nostra Gen̄. iiij. Sub
ter te erit appetitus tuus: ⁊ tu dn̄aberis illi
us. Quod exponens Bern̄. dicit. Potest q̄
dem diabolus excitare in nobis tentatōis
motum. sed in nobis est si volumus dare
ꝯsensuꝫ. Nemo em̄ in h̄ certamine deijciet̄.

innitus. De hoc triplici vsu dicit postilla-
tor sup illud Prouer. Mulier graciosa in-
uenit gl'iam. Merito laudanda est mulier
que res domesticas ad vtilitatē: familiā ad
honestatē: ⁊ seipam ad morū honestatē bñ
regit. Sic anima deuota est gloriosa viro
suo. i. deo: que pdicta tria sub decēti mode
ramine bene regit ordinat ⁊ disponit. Naʒ
per hoc ꝙ dicit res domesticas tangit rerū
fruitionē. ꝑ hoc ꝙ addit: familiā. tangit sen
suum gubernationē. ꝑ hoc vo ꝙ cōcludit:
seipsam. tangit interiorū motuū cohibitio
nem. ¶ Secundū qd iuxta Bernar-
dum nos iustificat vl' sanctificat est iustus
actus. Tūc autē actus nostri iustificāt nos
cum circa ꝓximos nostros iuste agamus.
Vt ergo actus nostros proximis exhiben
dos virtute iusticie informemus: inspicien
dum est illud gl'iosuʒ exemplar quod est de
us. vt ſm formā quā nobis ipse in seipso ⁊
in ꝓximo agendo ꝓposuit: nostros actus vt
iusti fiant ordinemus. Dei em̄ filius in car
ne veniens: se totuʒ et omnia que habebat
hoc est res corpus et aīam ꝓ nobis posuit.
De rebus dicit Hiere. xij. Reliqui domuʒ
meam: dimisi hereditatē meaʒ. Et aposto-
lus. ij. Cor. viij. Scitis quoniā ꝓpter vos
egenus factus est cum diues essʒ: vt ei⁹ in-
opia diuites essetis. De corpore dicit Esa.
l. Corpus meuʒ dedi ꝑcutientibus ⁊c̄. De
anima iterum dicit Hieremie. xij. Dedi di-
lectam animā meam in manus inimicoruʒ
meoꝝ. His ergo tribus taliter vt dictū est
pro nobis positis dicit Exodi. xxv. Inspi-
ce ⁊ fac ſm exēplar quod tibi in mōte mon
stratum est. id est. in xp̄o. Et Josue. ij. Quō
ego feci misericordiam vobiscum: et vos fa
ciatis. Si ergo act⁹ nostros iustificare vo-
lumus: debemus et nos res: corpus: et ani
mā pro fratribus ponere. De rebus dicit. j
Joh. iij. Qui habuerit substantiā hui⁹ mū
di: et viderit fratrem suuʒ necessitatē patien
tem ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo
charitas di manet in eo. De corpore vo po
nendo: habemus exemplū in christo. q̄ fa-
ctus est pro nobis obediens deo patri vs-
ꝗ ad mortem. De anima dicit iterū. j. Jo-
hannis. iij. Sicut ille animā suam posuit
ꝓ nobis: ita ⁊ nos debemus animas pone
re ꝓ fratribus nostris. Incipiētes ergo ab
vltimo. hoc est ab anima: eo ꝙ ab illa tanꝗ

a radice cetera ortū habent. Nemo em̄ res
vel corpus pro ꝓximo ponit: nisi per chari
tatem prius ponat animā suam. Primo
ergo si iustificari cupimus act⁹ nostros ad
exemplar christi: ponamus pro ꝓximo ani
mas nostras: nō vt deus qui in cruce mo-
riens ꝓ nobis animā suaʒ dedit. sed sic po-
namus vt quod salubre est anime hoc ꝓxi
mo exhibeamus. Et hoc fit cum eū ex om
ni corde veraciter diligim⁹. vt videlicet ſm
regulas legis naturalis ei nolimus qd no-
bis fieri minime cupimus. et quod nobis
fieri velimus: ei similiter faciamus. Et iste
est facillimus modus ponēdi animā ꝓ fra
tribus. Ad quod saluator cō descendēs in-
firmitati nostre hortat nos Johis. xiij. di-
cens. Hoc est p̄ceptum meum vt diligatis
inuicem sicut dilexi vos. Nam omnia que
deus ꝓ nobis posuit et exhibuit: charitas
eum vrgebat. quam si solam haberem⁹ fa-
cillime imo gaudenter res ⁊ corpus ⁊ ani-
mā pro fratribus poneremus. Secun-
do si actus nostros iustificari volum⁹ ad
exemplar christi: ponamus pro fratrib⁹ no
stris corpus nostrū. quod si sicut christ⁹ in
mortem dare nō possumus: saltem omnes
actus de corpe possibiles: vt sunt verba cō
solationis. actionis. exhortatiōis. de malo
rep̄hensionis. deuote oratiōis. benigne cō
uersationis: ipsis exhibeamus. ⁊ quecunꝗ
alia fideli exhibitiōe corporis eis exhibere
possumus faciamus. taliter agētes: vt om-
nium mores benigna charitate portemus
vt de quolibet nostro verificari poterit illō
ij. Machabeoꝝ. xv. Hic est fratrum ama
tor et populi israel. hic est qui multum orat
ꝓ populo ⁊c̄. Tercio si iustificari cupi-
mus: actus nostros ad exēplū christi pona
mus: res nostras per opa misericordie ꝓxi
mo impartiamur. Que subuētio tanto est
deo acceptior quanto res impartiende iu-
stius habentur: laboriosius acquiruntur:
tenuius possident. Quod in scriptura ostē
ditur euidēter. quia munus Abel ex iusta
acq̄sitione oblatuʒ. Aq̄ dauid ex laborioso
itinere ⁊ ꝑiculoso deo libata. Et minuta vi
due ex tenui possessiōe sacrificata: deo fue-
runt adeo grata ⁊ accepta: vt in sacra scp̄tu
ra eternalr sint memorie cōmendata. Nec
reꝝ penuria quenꝗ poterit excusare. q2 ab
vnoquoꝗ hoc requirit qd habet Thob. iiij.

Si multum tibi fuerit abundanter tribue
Si exiguum: hoc impartire. q̄ si nihil ali-
ud habemus: saltem potũ aque frigide ex-
hibeamus: p̄ quo merces a dño est p̄missa
Q, si et illud nõ fuerit: saltem affectũ bone
volũtatis exhibere nõ negligamus. Quia
sicut dicit Grego. cor et non substantiã pẽ-
sat deus. nec attendit quantũ: sed ex quan-
to offerat᷑. nec vnq̄ȝ man⁹ vacua erit a mu-
nere si archa cordis repleta fuerit bona vo
luntate. ⁋ Tertium principale quod
ſm Berñ. nos sanctificat est pius sensus.
Pium aũt sensum dicimus internã deuo-
tionem que deo aspirante tantũ inualescit
vt in ea dei p̄sentia feliciter sentiat᷑. Cũ em̃
ſm Bernardũ sit cultus dei: et maxime ta-
lis cult⁹ qui agitur in affectu. hic vtiq̄ȝ cul-
Quis putas puer iste erit Luc. j. Quoniā vt ait Gregorius in libro quarto dyalogorū. licet in regno celorum vna sit beatitudo electorum quā illic percipiunt. dispar tamen est retributōnis qualitas. qm̄ pmia diuersa consequunt. Nec immerito. Dicit em̄ Origenes in libro moralium. ꝙ sicut in hac vita est discretio operum. in alia quoqꝫ vita erit pculdubio discretio dignitatū. vt quo hic alius alium superat in labore. illic alius alium transcendit in retributione. Hec ille. Cum itaqꝫ beat⁹ Johannes baptista om̄es mortales natos ex muliere merito transcenderit. iuxta illud. Inter natos mulierū non surrexit maior Johanne baptista. Merito in pmio omnes preire ꝛ excedere debuit. Ipse enim fuit famosissim⁹ preco christi missus ad nunciādū eius aduentum. Johannis. j. Fuit homo missus a deo cui nomen ꝛc̄. Ipse em̄ fuit christi pcursor ad iter preparanduz. Malachie. iij. Ecce ego mitto angelum meum ante faciē tuam. quod ad litteram intelligitur de Johanne. vt patz Luce. vij. Ipse pdicator ad conuertendum. Ipse nuncius ad hospitiū preparandū. Luce pmo. Ipse preibit ante illū. Ipse vox veritatis. Esaie. xl. Ego vox clamantis in deserto. Ipse propheta futura et secreta reuelando. Etiam dico vobis plus ꝙ propheta. Ipse lucerna ardens in diuina dilectione. Ipse lucens in conuersatione. Johannis. v. Ipse erat lucerna lucens et ardens. Si igitur talis et tāta gratia Johānis: qualis erit gloria. Si tale est meritū: q̄le premiū. Si vera est Pauli sciā q̄ in celo vidit vnicuiqꝫ merito coronā congruā esse dandā: put ipse ait. Unusquisqꝫ pprā mercedē recipiet ſm suū laborē. Et si vera est sicut est imobilis xpi remuneratoris oim̄ veritas q̄ dicit: in domo patris sui māsiones multas esse. Non vtiqꝫ pp̄ter aliud ꝙ pp̄ter diuersitatez meritorum. Certe Johānis corona ceteroꝝ coronis electorū maior est. Quo maior inter natos mulierū non surrexit. ꝛ cui veritas que coronas distribuit tātū testimonium phibuit. merito ergo admirantes natōnes de eo dixerunt. Quis putas puer iste erit. In q̄bꝫ v̄bis triplicem bti Johānis excellētiā cōsidero meritoꝝ ſm triplicē interrogationē. que de ei⁹ sanctitate moueri pōt. vt sic querēti de eo. Quis putas puer iste erit. Respōdeamus ꝙ Johānes. s. est magn⁹ i ingressu vite nature. maior in pcessu vite gr̄e. maxim⁹ ī vita glīe. ſm hoc triplex est testimoniū triū testium ad hāc interrogationē respondentiū. scz humanū. angelicū. ꝛ diuinū. quoꝝ testimoniū est verū. quia quod viderūt testantur. Johannis. iij.

A

Dixi primo ꝙ in verbis pmissis denotat excellentia beati Iohannis in ingressu vite nature. Nam ipsius conceptio fuit sancta. natiuitas leta. impositio nominis miraculosa. Si ergo queris q̄s fuerit vir iste Johannes in conceptōe. Rn̄det tibi angelus Luce. j. ꝙ in ꝯceptiōe ab omni labe est purgatus. qr ex vtō mr̄is sue spūsctō replet⁹. Ecce ꝯceptōis sctitas. Cui⁹ sctitas apparuit

Primo ex gaudio ĩ vtero mr̃is q̃ cepit gaudere ad p̃sentiã saluatoris. Nã ꝺm Augu. fuit in eo accelerat⁹ vsus rationis. Vñ ꝺm Lyrã Lu.j. q̇daꝫ doctor grec⁹ dicit. Reclusus ventre miles agnouit dñm ac regẽ oriturꝝ: vẽtris tegimine nõ obstãte mystica visione ĩspexit. nõ palpebris sed spũ. Secundo testimoniũ sue sctitatꝭ apparuit. qꝛ in eodẽ vtero cepit ꝓphetare. Prophetauit eñ ꝑ os matrꝭ. Vñ dicit Crif. In eo ꝙ Elizabeth cognouit xp̄m cõceptũ ĩ vtero virgĩs vt dꝛ Lu.j. eodẽ etiã spũsctõ Elizabeth nomen ei⁹ sciuit. qđ a marito muto scire non potuit. vt ibidẽ dꝛ. Terciũ testimoniuꝫ sue sctitatis in cõceptõe apparuit in hoc ꝙ contra naturã ex senibꝫ parẽtibꝫ ⁊ sterili mr̃e cõceptus est Vñ qđ natura nõ potuit gratia sanctitatꝭ effecit. Ex q̃ patet ꝺm Lyrã ꝙ ei⁹ conceptio fuit aliq̃ modo miraculosa. quia nõ fuit ꝑ naturã tm̃. sed etiã ꝑ naturã statiꝫ g̃ra diuina adiutã. qꝛ ambobꝫ parẽtibꝫ obstabat senect⁹. sed matri cum h̃ sterilitas.

Secũdo ei⁹ natiuitas fuit leta. Leticiaꝫ aũt ei⁹ p̃dixit angelus Lu.j. dicẽs. Erit tibi gaudiũ. s. in mente interi⁹. ⁊ exteri⁹ exultatio. Dicit̃ eniꝫ exultatio q̃si extra saltatio. Et hoc ẽ ꝓprie tũc qñ gaudiũ est tãtũ interius qđ nõ põt bñ cõtineri q̇n appareat exteri⁹. Erat aũt gaudiũ triplici ꝑsone. Prĩo patri. qꝛ ipso nato apertũ est os Zacharie et ꝓphetauit dicens. Bñdict⁹ dñs de⁹ israel Vñ sic in cõceptione matrẽ fecit ꝓphetare sic in natiuitate fecit patrẽ ꝓphetare. Secũdo erat mr̃i Elizabeth. qꝛ ꝑ hãc natiuitatẽ liberata fuit ab obprobrio ⁊ maledictione sterilitatis. Sic ipsa de se ait. qꝛ sic fecit mihi dñs in diebꝫ q̇bꝫ respexit auferre obprobriũ meũ inter hoĩes Lu.j. Tercio gaudium erat oĩbꝫ cognatis ei⁹ q̇ audientes qm̃ magnificauit dñs miscđiaꝫ suam in Elizabeth. Magnã eñ miscđiam ei fecit auferẽdo sterilitatꝭ obprobriũ: ⁊ dãdo ei tantũ ac talẽ filiũ sic nũciatũ mirabil̃r ⁊ cõceptũ suꝑnatural̃r. et cõgratulabant̃ ei. Nec solum cognati sed etiã m̃lti extranei gaudebãt de natiuitate ei⁹. vt dꝛ Lu.j. M̃lti in natiuitate eius gaudebũt. Qđ ad l̃raꝫ etiã hodie videm⁹ cõpletũ. qꝛ dies sue festiuitatis nõ solũ festiuat̃ a xp̄ianis sed etiã a saracenis. vt dicit Ly. Vñ in honorẽ eius sꝑ tenẽt lampadẽ vt dicit q̇dã doctor. Tercio impositio noĩs eius fuit miraculosa. qꝛ cũ cognati circũcidẽtes pueꝝ vellẽt ei imponere nomen pr̃is. scꝫ Zacharias. mr̃ spũsctõ docta a nullo hoim informata cõtradixit: dicens Nequaq̃. sed vocabit̃ Johãnes. qđ tãdẽ pater scꝑtura approbauit. Et sic pr̃ ⁊ mr̃ cõcordauerunt in impositione noĩs cõtra cõsuetudinẽ solitã: qua solebãt parentes imponere nomen patris in circũcisione. Johannes interꝑtat̃ gratia. Et merito sibi tale nomen imponit̃. qꝛ ipse xp̄m manifestauit. per quẽ veritas ⁊ g̃ra facta est. vt dicit̃ Joh.j. Magna g̃ toti mũdo ex Johanne ꝓfluxit g̃ra. qm̃ prim⁹ viam g̃re p̃dicauit ⁊ tandẽ auctoreꝫ g̃re demõstrauit. Et si q̃ris. quã g̃ram p̃dicauit. Audi illud ei⁹ p̃coniũ gratie quod habetur Math.iij. Penitentiam agite appropinquabit vobis regnuꝫ celorum. id est gratia qua itur ad regnum celorum. B

Dixi secundo ꝙ in ỽbis premissis notatur ꝙ btũs Johannes fuit maior in ꝓcessu scꝫ ⁊ in vita g̃re. Nã vita eius ab infantia sua vsq̃ ad mortẽ eius multũ erat dura et excellens quodãmodo supra hũanaꝫ facultatem. Statũ aũt sue sctitatis in ꝓgressu vite g̃re triplex fidele approbat testimonium. Vñ ad q̃stionẽ qua q̃rit̃ q̇s est Johãnes in vita g̃re. Primo rñdet pater Zacharias spũ ꝓphetico. Et tu puer ꝓpha altissimi vocaberꝭ. Propheta aũt non q̇libet sed ꝓphetaꝝ vltim⁹. Et sic ꝓphetis dignior et nobilior est. qꝛ finis dignior ⁊ nobilior ẽ ordinatis in finẽ. Vñ dꝛ de eo. Lex ⁊ ꝓphete vsq̃ ad Johannẽ. Lu.xiij. Non qꝛ lex ⁊ ꝓphetie tũc cessauerint. sꝫ qꝛ tũc ꝑfectio euãgelica p̃dicari incepit. q̃ inducit ad cõtemptũ tꝑaliũ ꝓpter amorẽ spũaliũ et celestiuꝫ tanq̃ ꝓpter manifestũ bonũ expedientius cõsequendũ. Et qꝛ hoc est difficile ⁊ quasi cõtra naturã vt q̇s contemnat tꝑalia. ideo xp̄s dicit. ꝙ tales honoꝝ tꝑaliuꝫ ꝓpter bona eterna cõtemptores sunt violenter rapientes celum. quia q̃si quandã violentiã eis cõtra naturam inferunt. vt dicit Lyra. Fuit aũt beatus Johannes exími⁹ ꝓphetarũ qꝛ q̃ p̃dixit ỽbo monstrauit digito. Scđo pr̃ eius dicit eum p̃cursoreꝫ: cũ addit. Preibis eñ ante faciẽ domini parare vias ei⁹ Quod etiam angelus nunciauit dicens.

Ipse p̄ibit an̄ illum in virtute ꝛ spū̄ Helye parare dn̄o plebē ꝑfectā, vbi describit eum similē Helye. Primo ꝓpter siĺitudinē vite. qꝛ vterq̄ʒ vixit in austeritate vict⁹ ꝛ vestit⁹. Austeritas victus fuit maxie. eo ꝙ vt dicit̄ Math. iij. Esca eius erat locusta. Que ſm Lyrā ꝛ Gorrā sunt anīalia ꝑua volantia ꝑ modū salt⁹ ꝛ repiunt̄ in deserto iudee. ꝛ frixa cū oleo sunt cibi paupeꝝ. ꝛ mel siluestre Hoc mel repiebat̄ in trūcꝭ arboꝝ. Ibidē dicit tn̄ ꝛ Gorra et Lyra. ꝙ ibi fuerūt arbores hn̄tes lata folia ꝛ rotūda lactei coloris et mellei saporis q̄ natura fragilia manib⁹ ꝯterunt̄ ꝛ edunt̄. ꝛ hn̄t saporē q̄si mellis. talib⁹ vescebat̄ sc̄tūs Johēs. Et ista fuit eius austeritas q̄ntum ad cibū. Austeritas pot⁹ patet Lu. j. vbi d̄r. Vinū ꝛ sicerā nō bibet. id est quenq̄ʒ potū inebriatiuū ſm Lyram Erat aūt nazare⁹. i. ꝯsecrat⁹ dn̄o ꝑ totā vitā suā. ideo ab oī inebriatiōe abstinuit. Sicut nazarei ī veteri lege tpe sepatōis. vt habet̄ Nūeri. vj. cap. Dicit enī Huguitio ꝙ nazare⁹ idē est qd̄ sanct⁹ vel mūdus. Nazareus em̄ dicebat̄ q̄ sanctā comā nutriebat et nihil cōtaminatū recipiebat. abstinēs se a vino ꝛ sicera: q̄ mētē ab integra sanitate ꝑuertit. Vnd̄ sicera est oīs potatio q̄ extra vinū inebriat. cui⁹ nomē licet hebreū sit. tn̄ latinū sonat, ꝑ eo ꝙ suco frumēti vł pomorū cōficit̄, aut palmaꝝ suc⁹ in liquorē extorquet̄. Hec ille. Et sic ceruisia nostra media pōt dici sicera. Austeritas vestit⁹ ei⁹ patet. qꝛ habuit vestē de pilis cameloꝝ factā. vt d̄r Math. iij. Et zonā pelliceā circa lūbos de pelle cruda ꝛ pilosa. Vn̄ recte cōpabat̄ Helye. De q̄. iiij. Reg. j. Vir pilosus ꝛ zona pellicea accinct⁹ renib⁹. Et ꝑ talē austeritatē vite parabat Johēs viā dn̄o in cordibus fideliū. Nam vt d̄r Math. iij. Tunc id est visa tali vita in sc̄tītate exibat tota hierosolima. i. ꝓplūs de hierl'm. et oīs iudea. i. multi. et baptisabant̄ in iordane: cōfitentes peccata sua. Vbi dicit Lyra. ꝙ iste baptismus Johānis ad hoc erat ordinat⁹ quasi q̄dam p̄paratio ꝛ p̄figuratio baptismi ipsius xp̄i de ꝓximo vēturi. Tercio pater eius dicit eū doctorē salutis. Vnde addit. Ad dandā sciam salutꝭ plebi ei⁹. i. missus es ad p̄dicādū salutē fiendā ꝑ xp̄m. ꝑ quā sciam parabat etiā dn̄o plebē ꝑfectā. scʒ ꝑ euāgeliȷ̄ susceptionē. Vn̄ de eo pōt dici illud qd̄ dixit dn̄s ꝑ ꝓphetā. Filie syon exultate ꝛ letamini in dn̄o deo vestro. q̄a dedit vob̄ doctorē iusticie Joel. ij. Secūdū testimonium de sc̄tītate vite gratie sue est iudaici populi. Et hoc tripl'r. Primo per hoc ꝙ ꝓpter ei⁹ sanctitatē vite: ꝛ fame celebritatē: iudei ip̄m christū credebāt. Vn̄ miserūt ad eum ab hierosolimis vt interrogarent eū. Tu q̄s es. vt habet̄ Joh. j. Quā credulitatē verus amator veritatis hūiliter refellit. Non sum inq̄t ego xp̄s. Nō sum ꝓpha. s. ille quē putatꝭ. Scd̄o hoc idē patet ꝑ hoc. qꝛ sine miraculis est accept⁹. Cum em̄ videret̄ q̄si nouū cultū ꝛ statum p̄dicare ꝛ inducere. et nullū miraculū ad hoc ꝓbandū induceret. necesse fuit vt ei⁹ vita tāte sc̄tītatꝭ esset et insuspicabilis vt nullus inde dubitare possʒ Tercio qꝛ licet xp̄s fuerit maxie sc̄tītatis ꝛ vite tēꝑatissime ꝛ austerissime. iudei tn̄ cōparata vite austeritate vtriusq̄ʒ: p̄ferebāt iohānē xp̄o. Vn̄ ꝛ dixerūt. Quare nos ꝛ discipuli iohis ieiunam⁹: tui aūt discipuli nō Nec solū in vita sed etiā post mortē ipi⁹ ꝓpter cōpatōē sc̄tītatꝭ vite xp̄m assimilabāt iohāni. Vn̄ ꝛ Herodes dicebat. Quē ego decollaui iohānē ipse surrexit a mortuis. et ꝟtutes opant̄ in eo. Per h̄ xp̄s credebatur iohānes. eo ꝙ sc̄tūs iohānes fuit mire sanctitatꝭ. Tertiū testimonium de sc̄tītate vite sue gr̄e est euāgelistaꝝ: ꝓphaꝝ et saluatoris. Testimoniū euāgelistaꝝ ē fidelissimū. Testimoniū ꝓphaꝝ ē firmissimū. Testimoniū saluatoris ē excellētissimū. De p̄mo scʒ d̄ testimonio euāgelistaꝝ ē sciēdū ꝙ oēs q̄tuor euāgeliste ꝯfitent̄ ei⁹ sc̄tītatē. Nā Mathe⁹ d̄scribit eū vt hypocritaꝝ rep̄hēsorē Mat. iij. vbi rep̄hēdens pharisceos dixit. Progenies vipaꝝ q̄s demonstrabit vob̄ fugere a vētura ira. Est natura vipe ſm Crit̄. cum mordet ad aquā fugit. sʒ si aquā nō īuenit morit̄. et est a foris picta et int⁹ venenosa. Sic isti ad iohis baptismū currebāt p⁹ facta mortifera aliq̄n vt cōmodū asseq̄rent̄. vt picl'm mortꝭ solū euaderēt. tn̄ a foris erāt pulcri: int⁹ aūt veneno pleni. Scd̄o Marcus describit eū tanq̄ʒ penitētie p̄dicatorē Marci. j. vbi d̄r. Erat Johānes in deserto p̄dicās baptismū pn̄ie. hoc est. ꝙ p̄dicabat baptismū dandū ꝑ xp̄m in ꝓximo venturū. vt dicit Lyra. Tercio Lucas describit eū tanq̄ʒ salubrē ꝯsultorē. Nā cuilibet

statui ɔsuluit salubriter. vt patet Lu. iij. nā turbis cōsuluit. Qui habet duas tunicas det vnā nō habenti. Ubi ɔsulit oib⁹ q̄bus cūq̧ supfluūt vestimēta. cōsiderata ɔuenienti necessitate stat⁹ psone ſm Lyrā vt det talia supflua. Itē publicanis z collectorib⁹ cēsuū q̄ solent esse pni ad plus colligēdū q̄ʒ sit eis mādatū. z quod ampli⁹ eis remanet cōsuluit: ne plus q̄ʒ est eis mādatū exigant. Itē militib⁹: ne aliquē ɔcutiāt. scʒ opp̄mendo paupes z eos despiciēdo: neq̧ calūniādo. scʒ ne imponerent falsum crimē diuitibus z potētib⁹ vt occasionē torq̄ndi bona eoꝝ haberēt. q̄z p aliā viā a talib⁹ bona capere nō pñt. Sed ait. Cōtenti estote stipendijs vestris. q̄ dabunt eis ab imperatore p labore militie quē debēt sustinere in defensione patrie. Nā ſm Lyrā. reddit⁹ q̄s bñt multi milites p hoīes sibi subditos habēt loco stipendioꝝ. z ideo debent esse cōtenti. Quarto Johānes describit eū tanq̄ʒ supne luc̄ p̄cursorē Joh. j. vbi dr̄. Fuit hō missus a deo cui nomen erat Johes. hic venit in testimoniū vt testimoniū phiberet de lumine. Fuit aūt ista missio ſm Lyrā nō solū p internā missionē sed etiam p exp̄ssam dei missionē z opatōeʒ exteriorē. licet mod⁹ h⁹ opationis nō sit scp̄tus. Uñ idē Johānes dicit de se Joh. j. Qui misit me baptisare ī aq̄ ille mihi dixit. Sup quē videris sp̄ūm descendentē zc̄. Ecce nobilissimū esse testē supni luminis. i. filij dei. Secūdo testimoniū p̄phetarū fuit firmissimū. Naʒ Esaias scīficat⁹ in vtero dicit Esa. xl. Uox clamātis in deserto. Christus em̄ clamauit quasi verbū dei patris: p Johannē tanq̄ʒ p vocē Quia sicut vox verbū p̄cedit. sic Johānes p̄cucurrerat saluatorē. Secūdo Jeremias dicit eum p̄phetā datū gentib⁹ q̄ʒtū ad exēplarē ɔuersatōem Jere. j. Prophetā in gētib⁹ dedi te. Tercio Malachias dicit eum angelū p̄pter puritatē z officij nobilitatem Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meuʒ añ faciē tuā. Et idē christ⁹ allegat Mat. xj. et Lu. vij. Quarto accedit testimoniū christi q̄ dicit eū oīm maiorē inter natos mulierum. C

Dixi tercio q̄ btūs Johānes fuit maximus ī vita glīe citra xp̄m z eius matrē vt pie credit. Est aūt duplex glīa in vita eterna. vna cōmunis. alia singularis p̄mij eterni. Prima vocat p̄miū substantiale. Secunda vocat p̄miū accidētale. Prima cōpat corone auree. Scd̄a aureole. Cōsiderādo igit in btō Johāne p̄miū essētiale habet coronā sextuplicē. scʒ stat⁹ nature angelice. stat⁹ innocentie. stat⁹ p̄triarchalis. stat⁹ pōtificalis. status regalis. z stat⁹ p̄phetalis. Et isti sunt sex status q̄ p̄cesserūt xp̄m. Habet etiā coronam statuū q̄ sequunt xp̄m. scʒ aplo̅ꝝ. martiruʒ. ɔfessoꝝ. doctoꝝ. v̄ginū. z religiosoꝝ. Et sic habet coronā duodeciʒ stellaꝝ. Quo ad p̄mā coronā auree dr̄ in Ps̄. Corona aurea sup caput ei⁹. Sed ad scd̄am scʒ coronam aureole dr̄. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Uñ nō solū posita est corona. sed etiā vere magna corona. q̄z magna est glīa ei⁹ ī salutari tuo. glīaʒ z magnū decorē imponēs sup eū. Uñ de ip̄o pōt dici illud. Qm̄ p̄uenisti eū in bñdictōib⁹ dulcedinis. posuisti in ca. eius zc̄. Nō em̄ vna bñdictōe bñdict⁹ est aut p̄uēt⁹ sed plurib⁹. Nā magna fuit p̄uētio in amotione culpe Eccl. xxxix. Bñdictio ill⁹ q̄si fluui⁹ inūdabit. q̄ scʒ lauet sordes. Uñ bñ dicit. p̄uenisti. i. ab īmunitate pctī ante ortū in mundū abluisti. q̄ nos oēs fedamur z q̄si maledictione p̄uenimur. Est tñ differētia int ip̄m et xp̄m. q̄z xp̄s etiā ante ɔceptōem fuit p̄uētus ab īmunitate pctī. sed Johānes p⁹ cōceptionē: añ tamē natiuitatē suā. Scd̄o p̄uent⁹ est in collatōe grē. Gen. xxvij. Det tibi de⁹ de rore celi z de pinguedīe terre abūdantiā. Sed q̄z paꝝ fuit dare donū grē nisi etiā daret donū p qd̄ ɔseruaret grāʒ. ideo p̄uenit eum in ɔseruatione grē Deut. xxxiij Benedictio illius q̄ apparuit in rubo veniat sup caput Joseph. Sed q̄z parū essʒ cōseruare grām equaliter cuʒ ceteris nisi etiā multiplicaret eadem grā. ideo p̄uenit eum in benedictione multiplicando gratiā. Hebre. vj. Terra sepe venientem super se bibens imbrem et germinās herbam opportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem a deo. Ideo Ps̄. Benedictionem dabit legislator: ibūt de virtute in virtutem. Sed q̄z ista omnia p nihilo valerēt si deesset largitas glorie. Ideo deus beato Johanni maiorem cōtulit hijs omnibus benedictionibus. scilicet in glorie largitione. Eccl. xj. Benedictio dei in mercedem

iusti festinat. Hee sunt bñdictões dextere quas vocat merito bñdictões dulcedinis Sinistre amaritudinis sunt q̃ cõsistunt in collatõe dignitatũ ⁊ diuitiarũ. Habet autẽ sanctus Iohãnes excellẽtissimã coronam aureole inter ceteros sctõs, eo q̃ simul collectas habet tres aureolas, scȝ virginũ, martyrũ, et doctoꝝ. Virginuȝ quia fuit carnis sue exteri⁹ mortificator, vt patet ex vite austeritate supius deducta. Secũdo doctoꝝ. qȝ fuit pdicator tã iudeoꝝ q̃ gẽtiliũ. q̃a romanis militib⁹ q̃ tunc erant gentiles apud herodem ⁊ pilatũ formã viuendi pdicauit et diuersos status informauit, vt supi⁹ dictum est. Tercio martirũ, qȝ intrepide caput gladio submisit. Ideoq̃ magna est gloria eius in salutari tuo deus.

De sanctis Petro et Paulo. Sermo XXX.

b Beatus es simõ Petre. Matthei. xvi. Si iuxta aplm laus ⁊ honor debet oĩ credenti in xp̃m, vt dr Rom. ij. Quãto magis laus ⁊ honor debet illis q̃ nõ solum ipi crediderunt in christũ veraciter, sed etiã plurimos ad credẽdũ in xp̃m induxerũt. cuiusmodi fuerũt isti duo sancti apli Petrus et Paulus q̃z hodie solẽnia celebramus: qui inter aplos pmatũ obtinent: ideo, quia maiora p fide christi ptulerũt certamina. Merito igit btũs Petrus meruit a christo audire inter ceteros vba thematis nr̃i. Beatus es symon Petre. In q̃b⁹ verbis btũs Petrus excellẽtissime reddit cõmendabil ex eius singulari dignitate. Non em̃ a creatura sȝ a creatore recepit testimoniũ. Christus em̃ nouit in homĩe quid sit. vt dicitur Ioh. ij. Et ideo q̃a nouit corda et renes et abscondita cordis scrutat: falli ⁊ decipi nõ põt. Cũ g̃ Petro dr. Btũs es symõ Petre cõmendat Petrũ nõ pre ceteris singularit sed p ceteris excellenter. Tripliciter igit cõmendat in verbis nostri thematis, ꝓpt tres causas, ex q̃b⁹ merito dici potest beat⁹. Primo nãq̃ redditur cõmendabilis et venerabilis tanq̃ oĩa p christo relinquens. cũ dicit. Beatus es. Secundo reddit cõmẽdabilis ⁊ venerabilis tanq̃ christuȝ fideliter confitens. cum dr. symon. Symõ em̃ interptat confitens. Tercio reddit cõmendabilis ⁊ venerabilis tanq̃ xp̃m ardenter diligens. cũ dr. petre. Petrus em̃ interptat cognoscens vel diligens. A

Dixi primo q̃ btũs petr⁹ reddit cõmẽdabilis ⁊ venerabilis tanq̃ oĩa p christo relinq̃ns cum dicit Beatus es. Circa qd sciendũ q̃ licet ceteris statibus debeat btĩtudo, tamẽ pcipue paupertati voluntarie. Unde licet btĩ sunt misericordes: quia opib⁹ misc̃dle insistentes mlta p deo dimiserunt. Iuxta illd Dispsit dedit paupib⁹. De q̃b⁹ dicit. Beatus qui intelligit sup egenum ⁊ pauperem. Multo tamen beatior est qui oĩa simul p christo reliquit, vt christum expeditius seq̃ret. Secundo infero q̃ relinquentes pro christo ppria: in beatitudine glorie ppinq̃ores christo erũt, ⁊ q̃dãmodo ceteris digniores apparebunt. Istud patet p illd Mat. xix. Uos qui reliq̃stis oĩa et secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hoĩs in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super sedes iudicãtes duodeciȝ trib⁹ israel. Ibi apparet q̃ eis pmittit ista duo, s. iuxta se sessionẽ. cũ di. Cũ sederit filius hoĩs sedebitis ⁊ vos. Scd̃o iudiciariã ptãtem p approbationẽ. cũ di. iudicãtes duodeci trib⁹. Und̃ Iob. xxxvj. Iudiciũ paupib⁹ tribuit. Cũ g̃ btũs petr⁹ p xp̃o oĩa reliq̃rit vt dr Math. iiij. Nec solũ reliq̃t volũtarie sed etiã pmptissime ⁊ facillime. Nã vt ibidẽ dr: q̃ mox vt vocẽ dñi audiuit: relictis oĩb⁹: cuȝ fratre Andrea secutus est xp̃m. pp̃ter qd appellatus est symõ, i. obediẽs. Certe magna obediẽtia. Nihil em̃ dixit. inducias nullas petijt. impossibilitatem nõ allegauit. Uñ admirat Grego. Omelia sup Matheum dicens. Ad vnius iussionis vocem Petr⁹ et Andreas relictis omnib⁹ secuti sunt xp̃m. Nulla euȝ adhuc miracula facere viderãt. nihil ab eo de pmio eterne retributõnis audiuerant. ⁊ tñ ad vnuȝ dñi pceptũ hoc qd possidere videbant obliti sunt. Et q̃ ibidẽ Grego. statim nostrã arguit inaduertentiã et negligentiã dicẽs. Quãta nos miracula ei⁹ videm⁹, q̃t flagellis affligimur. q̃nt̃ minarũ asperitatib⁹ deterremur. ⁊ tñ vocantẽ seq̃ ptẽnimus. Et post pauca. Quid igit in eius iudicio dicturi sum⁹ q̃ ab amore mundi nec pceptis nec vberibus deterremur.

Sed qreres qd Petrus magni p christo reliquit: q nihil pter rete z nauem habuit. Ad qd respondeo fm Grego. In hac re magis psiderat affect9 q census. Multum em reliqt q totu desideriu habedi finaliter reliqt. Unde si Petro postea fuisset impiu romanu oblatu: si oes diuitie gemaz indie auri arabie aut hyspanie: delicie troie: Alexandri honores: Salomonis gl'ia: aut qcunq maiora hoz excogitari possent. Petrus oia renuisset de cetero p christo. vt dicit socius suus Paulus. Oia arbitrat9 sum vt stercora vt xpm lucrifaciam. Nec miru Sciebant em quia leuius currit ad portu nauis vacua q onerata. Sic leo du venatores ipm agitates sentit ventre cibis euacuat. Sic symea dum agitat a venatorib9 licet filios multu diligat quos secu portat: nisi eos a se reiecerit: faciliter in manus venatoz incidit. Sic ceruus dum se grauari pinguedine sentit latebras querit et pastu fugit vt macer expeditius fugiat. Sic fecerunt isti apl'i q scientes christum non posse aliter meli9 sequi nec beatitudine pseq q p exonerationem diuitiaz: oia reliqrut. Un dicit de ipsis Bern. Beate Petre no ad insipientia tibi oia reliqsti. sciebas em q seq non poteras oneratus. Qui em onerat9 e vix p terram vadit. quo in celu ascedere poterit. Sed di. Dne ista sunt dura. naz sic oportet nos esse monachos. z p pseques nullus est ver9 xpian9 q no oia p xpo relinquit. Ad qd ego respondeo. Constat bene xpianu esse cu diuitijs. Unde si qs no pot dimittere realiter: dimittat saltem affectualiter. Dimittat g pctm q aia maculat. Dimittat seculares vanitates qb9 ad vana ptrahunt. Dimittat ppria volutate qua in supbiam eleuant. Dimittat pcupiscetia auaricie q semp ad pgregandu illicite diuitias iniustas impulsant. Un Johanes i canonica sua no dic. Nolite habere ea q in mudo sunt. sed nolite concupiscere. Omne em qd est in mundo. aut est cocupiscentia carnis. aut pcupiscetia oculoz. aut supbia vite. nec dauid dixit. Diuitie si affluat nolite eas recipe. s; dixit. nolite cor apponere Nec aplus dixit. j. Thimo. vj. Diuitibus pcipe oia dimittere. sed dixit. pcipe eis no sublime sape. nec sperare in incerto diuitiaz: bn agere: facile tribuere.

Dixi secundo q beat9 Petrus redditur comendabilis z venerabilis tanq xpm fideliter confitens. cu di. Symon. Symon em interptat cofites. Petr9 aut cofessus est xpm vez dei filiu. Na alijs dicetib9 eu esse Helyam. alijs Jeremia. alijs Johane baptista. alijs vnu ex pphetis. Rndit Petr9. Tu es christus fili9 dei viui. Sup cui9 cofessionem christ9 fundauit eccl'iam sua;. sic hic di. Sup hac petra edificabo ecclesia; mea. i. sup hac fidem pfessionis tue. Propt qua fide etia meruit a christo btificari. Na ei dictu est vbum themat;. Beatus es Simon bariona. q; caro z sanguis no reuelauit tibi. Habuit aut istam fidez tripl'r. Primo in corde. Corde em credit ad iusticia;. Ro. x. Secudo habuit ea in ore. q; ore cofessus ea ad salute sua z alioz. Tercio habuit eam in ope. q; p fide morte subijt sub Nerone impatore. Et talis fides est pfecta Alioqn fides in corde sine oris cofessione dum op9 est z sine opib9 est mortua. vt di. ij Jaco. Nam demones sic credut z contremiscut. Certe multi sunt hodie de quib9 dicit apl's. cofitent se nosse deu. factis aut negant. Sunt aut triplices hoies int christianos male fidei. Primi sut q credut corde tm. Et sunt illi q omnib9 assentiut qcunq pdicant. sed tn no faciut iuxta illa q in pdicatione fidei audiut. Ista fides est demonum: q etia inuiti oi veritati assentiunt. vt dicit Jacob9. Alij sunt q corde credunt et ore pfitent tm. sed nunq se ad opa extedut Sicut illi q de fide mlta dicunt: pdicat: instruunt. sed opa fidei ptraria agut. vt hypocrite De qb9 saluator dic. Populus hic me labijs honorat: cor aut eoz loge est a me. i. opatio ex corde pcedes. Tercij sunt q nec corde nec ore credunt nec confitentur. imo qd deteri9 est: ptrariu et ipsi credunt z alijs pdicant. sicut heretici. Et isti sunt pessimi. Isti ergo non merent btitudine sed penaz eterna. Juxta illud Qui vo non crediderit pdemnabit Marci vlti. Ultra istos sunt alij q credut corde ex deuotoe et ore pfitentur fidem tpe opportuno se offerete. z alios a se docent z instruut ad edificatione et cu hoc operant fm ea que docent. Et isti sunt viri beati Petri imitatores. De qb9 Mat. v. dic xps Qui aut sic fecerit z docuerit: hic

magnus vocať in regno celoꝝ. Et vere nō
ſolū in futuro ſed etiā magnus in pñti ē
q̇ ſic credit. Et hoc q̄ntū ad plura etiaꝫ in
pñti. Nam pͥmo magnus eſt apud deū.
Quia ꝑ talē fidē obtinet remiſſionē pecca
toꝝ. Per talē eñ fideꝫ remittunť peccata
Scđo magnus eſt. Quia talis mereť de-
monioꝝ expulſionē Marci. vlti. Signa
aūt eos q̇ crediderint hec ſequenť. Et ſeq̇
tur. In noīe meo demonia eiiciēt. Tertio
talis fides mereť optatoꝝ ꝯſecutionē. Iu
xta illud Marci. xj. Omīa quecūq꜠ oran-
tes petitis credite qꝛ accipietis. ⁊ euenīēt
vobis. Et Iaco. j. Poſtulet in fide nihil
heſitans. Iſtud ptꝫ de Alexādro magno
qꝛ licꝫ paganus. tñ quia credidit potētie
dei. ad ipſius petitionē deus ꝯcluſit filios
captiuitatis decē tribuū inter montes ca
ſpios q̇ ibi detinebanť ꝓpter ydolatriā per
eos cōmiſſam. Vñ Ioſephus ait. Deus
q̇d facturus eſt ꝓ fidelibꝫ ſuis. ſi tantū fe-
cit ꝓ infidelibꝫ. Idem ptꝫ de regulo. Ioh.
iiij. Ad cuius fidē xp̄s ſanauit filiū ſuum
Ideꝫ de Centurione. cui ꝓ ſola fide puer
ſanatus eſt. Math. viij. Vltimo fides cō
fert beatitudinē ⁊ eternā bñdictionē Ioh
xx. Beati q̇ nō viderūt ⁊ crediderūt. Vbi
Grego. dicit ꝙ in hac ſententia ſumus nos
ſignati qui eum quem carne nō vidimus
mente tenemus. C

Dixi tertio ꝙ in verbis pmiſ
ſis beatus Petrus
reddiť cōmendabilis tanq̄ꝫ xp̄m ardenter
diligēs. cū dr̄. Petre. Petrus eñ dr̄ agno
ſcens vel diligēs vel firmus. Ipſe eñ xp̄i
diuinitatē ceteris clarius agnouit. agnitā
dilexit. ⁊ in eius dilectione poſtea firmioꝛ
extitit. ⁊ per ꝯſequens tres ſtatus in ſe ex
pſſit. ſcꝫ incipientiū. ꝓficientiū. ⁊ ꝑfectoꝝ.
De ipſius autem dilectione qua ardenter
xp̄m dilexit habeť Ioh. xxj. vbi dr̄ ꝙ xp̄s
eum ter interrogauit an eum diligeret. Et
ipſe reſpondit ter dicens. Tu ſcis qꝛ amo
te. Cui xp̄us cōmendando vniuerſalē ec-
cleſiam dixit. Paſce oues meas. Bene ꝗ
q̄rit ab eo. Symon diligis me plus his.
Quaſi expſſe diceret. Ille q̇ eligiť ad offi
ciū p̄lationis debet deū diligere p̄ ceteris
Quia ſm Grego. tm̄ debet p̄cedere actio-
nē ꝑpli vita p̄ſulis. q̄ntū diſtat a grege vi
ta paſtoris. Et ideo videť ꝙ ille q̇ aliquē
eligit ad tale officiū teneť ſꝑ eligere melio
rē. Non tñ intelligať melioꝛ. i. litratioꝛ vel
aſtutioꝛ. ſꝫ ille q̇ oibꝫ ꝯditiōibꝫ pēſatis me
lioꝛ ē tali officio ad honorē dei: ⁊ eccleſie
vtilitatē ſm iudiciū eligētis. Aliter aūt ſi
eligēs aut ꝓmouēs nō attēdit ad honorē
dei: ⁊ eccl'ie vtilitatē nō videť diuinū iudi
ciū euadere. Et ſic cū dilectꝭ ſufficit elige
re. Ꝙ aūt ſm iura dr̄ de elec. c. Cū nob̄ olī
⁊. c. Cū dilectis. ſufficit eligere ſufficientē
Hoc ē ſm iudiciū hūanū ꝑ qđ tal' nō ē pu
niendus. cū ſm ꝟitatē aliq̄ mala ꝑmittāť
hūano iudicio incorrecta ꝓpť maiora ma-
la vitanda. q̄ tm̄ diuino iudicio ſunt corri
gēda. ſm qđ dic̄ Aug. li. j. de libe. ar. Sꝫ
q̇d dicit Petrus xp̄o. audiamus attētius
Dicit eñ. Tu ſcis dn̄e qꝛ amo te. Nō dic̄
ſm Lyrā. plus q̄ꝫ alij. ſꝫ abſolute r̄ndit. qꝛ
exꝑtus ꝓprie facultatis in xp̄i negatōe nō
fuit auſus vltra ſe efferre in xp̄i dilectiōe.
ſed ꝟitatē ⁊ ardorē ſue dilectōis poſuit in
iudicio xp̄i q̇ ſecreta cordiū ſcrutať. Vnđ
ſequiť. Et ꝯtriſtatus Petrus: qꝛ xp̄s dixit
ei tertio. Amas me. Non eſt intelligendū
ꝙ eſſet ꝯtriſtatus ex indignatione ꝯ xp̄m
qꝛ ter repetiuit querendo eū. nō acq̇eſcen
do ꝟbo pͥmo ipſius Petri. ſed fuit turbatꝰ
eo ꝙ ſciebat eū ſcire etiaꝫ omīa futura ꝓpť
qđ timuit ex tali replicatiōe ꝙ xp̄s vellet
ſibi p̄dicere aliquē caſum ſuū futuꝝ ſicut
pͥus fuit factū Math. xxvj. Mar. xiiij. ⁊
Luc. xxij. Vbi p̄dixit ei negationē futurā
Et iđ merito turbať petrus. ꝓpter qđ dixit
ei. Dn̄e tu ſcis oīa. qꝛ amo te. q. d. Tu ſcis
omīa pñtia ⁊ futura. ⁊ iđ nunc ſcis qꝛ dili
go te. Sed q̇d mihi ſit futuꝝ neſcio. ſꝫ tu
ſcis. Ex quo ptꝫ ꝙ dilectio Petri fuit ma-
gna maioꝛ ⁊ maxima vltra alios apl'os er
ga xp̄m. ſaltem ꝓ tunc cū eū queſiuit. Nā
Petrus iam tunc erat paratus ⁊ diſpoſi-
tus ꝓ xp̄o omīa cōtemnere. Et iſte ē pͥmꝰ
gradus dilectionis. qū ꝓ amico bona no
ſtra nō ponderamus. Canticoꝝ vltimo.
Si dederit homo ꝓ dilectione omnē ſub
ſtantiā ſuaꝫ quaſi nihil deſpiciet eā. Fuit
etiaꝫ diſpoſitus tunc relinquere oēm affe
ctum carnalē amicoꝝ filioꝝ vxoris ⁊ pa-
rentū ꝓ xp̄o. Et iſte eſt maioꝛ gradus dile
ctionis. Math. xix. Omīs qui reliquerit
vxorem vel filios. aut patrem aut matreꝫ
Fuit etiam paratus tunc ponere animā ꝓ

xpo. Et iste est maximus gradus dilectionis Joh.xv. Maiorē hac dilectionē nēo habet nisi vt aīam suam ponat q̄s p amicis suis. Insup fuit tunc paratus ponere vitam ppriam. Non soluȝ p psona christi inquantū occurreret eū iterū mori sed etiam p eius quolibet minimo fideli. Et iste fuit intentissimus gradus dilectiōis xpt qd xps cōmisit sibi eccl'iam: q2 in eo osiderauit maximū zelū quē habuit ad sbditos xpi. sicut ptȝ i eo q2 vt dr Math.xviij quesiuit q̄tiens dimitteret fratri in se peccanti. z de Johe q̄d esset de eo futurum. Joh.vlti. Et ipm sepius de dispositione ecclie z suoȝ fideliū interrogauit. Ex q̄bȝ oibȝ ptȝ q2 xps multū sibi ponderat aīas fideliū exquo ita studiose curā ipsaȝ Petro cōmisit. Nec mirū pcioso em̄ sanguie eas redemit. q2 p mortē redemit. Vn̄ dr Joh.x. Scdo ex h habet q2 cura aiaȝ nō nisi diligentibȝ deū dȝ cōmitti. Vn̄ nō est dictū petro. diligas oues. sed me. vt significaret q2 mercēnarius est q̄ oues pter lanā tpalis cōmodi diligit z nō honorē dei in eis querit. vt dr Joh.x. Tertio ex h habet q2 curā aiaȝ suscipiēs debet habere dilectionē dei z maiorem ceteris. scȝ vt diligat cordis affectione z opis exhibitione. Et q2 hoc tertiū graue est. ideo merito cōtristatus est petrus in tertia interrogatiōe. Quia igit beatus petrus hec tria habuit ideo in dilectione dei maior fuit. Et p ɔsequens in gloria celesti super alios maior extitit. Ad quod nos pducat zc.

De visitatione beate Marie vgis. I.
Sermo. XXXI.

Benedicta tu inter

mulieres. Luc.j. Licet virgo gloriosa mater dn̄i nr̄i iesu xpi oim gratiaȝ copia sit repleta. eo q2 sic eam angelus salutauit. Aue inquit gratia plena Luc.j. Et ipsa de se dicit Ecci.xxiiij. In me omis gratia vite z veritatis. Tamē de nulla vtute reddit sic cōmendabilis sicut de virtute hūilitatis. Unde ipsa quasi oblita oim virtutū z graȝ de se dicit. Respexit humilitatē ancille sue. Nō mirū. q2 nō est via securior z tutior pueniendi ad regnū celoȝ pter hūilitatē p quā z nō aliaȝ ipse xps z mater sua. imo oms sancti maiores z minores ad regnū celoȝ puenerūt Nam de christo dicit. Humiliauit semet ipm: formā serui accipiens. De aliis sanctis dicitur Esa.xl. Omnis vallis exaltabitur. quo ad maiores sanctos. z omnis collis hūiliabit. quo ad minores. Licȝ autē pncipiū huius vie sit multū infimū. tn̄ finis eius est summū. Nam finis eius in pn̄ti est grā. Juxta illud Jaco.iiij. Humilibȝ dat gratiā z in futuro gl'iam. Juxta illud Job.xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gl'ia. Cum igitur virgo gloriosa fuerit summe humilis. eo q2 facta regina celorū z dn̄a angeloȝ z hoim se ancillam appellauerit Luc.j. merito ad sūmā bn̄dictiōeȝ peruenit. Hoc autē q2 se ancillā humilem noiauit verbo. sicut dixit: sic fecit z opere compleuit. tunc vicȝ quādo Elizabeth cognatā suam visitauit vt ei seruiret in partu. Scdm Bern̄. Vere magna hūilitas Marie q̄ habens tā pciosum thesaurū totius mūdi. vnigenitū videlicet dei filium creatorē celi z terre. nō dedignat fatigari ad eius seruū Johem in vtero Elisabeth ɔceptum. Hanc humilitatē Elizabeth cōsiderans in Maria ɔticere nō valuit. sed quasi admirando clamauit dicens. Vnd mihi hoc vt veniat mater dn̄i mei ad me. Ex qua q̄dem hūilitate quid cōsequeret. ɔsequēter dixit. Beata que credidisti. qm̄ pficient in te q̄ dicta sunt tibi a dn̄o. z eris bn̄dicta inter mulieres. vt dicūt verba nr̄i thematis. Circa verba nr̄i thematis tria sunt ɔsideranda. ex quibȝ reddit virgo intemerata multum cōmendabilis z gloriosa. z hoc scdm triplicem eius in euāgelio psenti excellentissimā virtutem. Vocat em̄ hūilis a seipa. ab Elizabeth fidelis z credula. z ab eadem mirabiliter pclamat genitrix fecunda. Ac p hoc ex his omībȝ redditur digne cōmendabilis tanq̄ inter mulieres bn̄dicta. Primū tangit de se dicens Respexit humilitateȝ. Scdm Elizabeth dicens. Beata que credidisti. Tertiū cum addit. Unde mihi h vt veniat mater dn̄i mei ad me.

A

Dixi primo

q2 vgo beata reddit cōmendabilis ex virtute humilitatis. Circa qd sciendū q2 virtus hūilitatis inter omnes virtutes

reddit͂ cõmendabilis ex q̄tuor. Primo ꝓpter grē impletionē. Secūdo ꝓpter imple te augmentationē. Tertio ꝓpter augmētate ↄseruationē. Et q̄rto ꝓpter ↄseruate vel ↄfirmate glificationē. Primo nāq₃ hūilitas meret͂ grē impletionē. Juxta illud ps Qui emittis fontes in ↄuallib⁹.i. grā₃ tuam ꝑstas hūilib⁹. inter mediū montiū ptrāsibūt aque. Duo montes sunt due spēs supbie. Quaꝝ vna nascit͂ ex re tpali. alia ex re spūali. Jnter istos duos mōtes est vallis hūilitatis nō declinās ad aliquā spēm supbie. Et in isto scȝ medio ptransibūt aq̄ graꝝ. Scdo hūilitas replete grē meretur augmentationē. Et h pōt ondi p tria exēpla. Primo p exēplū pupille. q2 ſm Greg. q̄nto pupilla est nigrior ⁊ minor: tanto est lucidior. Sic ⁊ hō q̄nto est despectior corā seipso. tāto est maior corā deo Canti.j. Nigra sum sed formosa. Nigra sum in reputatione mei. ⁊ ideo formosa in ↄspectu dei. Quo ad h compat͂ hūilitas lapidi pcioso calcedonio q̄ est pallidus: nec lucet ī domo inter parietes inclusus: sȝ in aere ⁊ in radijs solarib⁹ posit⁹ Sic hūilitas pallescit reputatiōe sui. q2 gliam nō petit ab hoib⁹. Nec lucet inter parietes ꝑsentꝭ corruptibilitatis. Juxta illud. Nunc filij dei sumus. sed nōdū apparet qd erimus. Sȝ dū venerit ad ↄspectū veri solis postq̄ dissoluent͂ parietes corpis mortalis tunc apparebit pulchritudo ⁊ claritas hui⁹ lapidis. Scdm exēplū ptȝ p exēplū candele. q̄ q̄nto plus inclinat͂ tāto plus inflāmat͂. Sic ⁊ hō q̄nto plus inclinat͂ p hūilitateȝ tāto plus inflāmat͂ in dei charitate. q̄ corda fideliū ita accendunt͂ ita q2 fere sint in amorē ↄuersa. sicut ferrū piectū in ignem totū ē ignis. Cant.v. Amore langueo. Et sicut cera in igne q̄ tota fit liq̄da ⁊ ignea. Cant.v. Anima mea liq̄facta est. Et sicut hō vulneratus q̄ totā intentionē ad vim sui doloris ↄuertit. Vñ dicit ibidē. Vulnerata charitate ego sum. Et sicut aer illūinatus q̄ totus in radios lucis ↄuertit͂. Tertiū exemplū ptȝ p exemplū aque. que q̄nto plus descēdit tāto plus ascēdit. Vñ Aug. Descendite vt ascendatis ad deum Descendistis em̄ ↄ eū ascendēdo. Tertio hūilitas meret͂ grē augmētate ↄseruationē. Et h ostēdit p tria exēpla. Vnū exemplum est cineris. Sicut em̄ cinis ↄseruat ignē. sic hūilitas ↄseruat grām spūssancti Vñ Ecci.x. Quid superbis terra ⁊ cinis. Et sicut cinis ignē sic hūilitas ↄseruabat Abraā in grā dicētem Geñ.xviij. Loquar ad dñm. q. d. nō. cū sim cinis ⁊ puluis. Secūdo ptȝ h p exēplū arboris. Rami em̄ arboris q̄ sūt in imo sūt securi positi. sȝ q̄ sūt in altū leuati sepe frangunt͂ a violētia vēti. Ideo lucifer corruit q2 in supmo stare voluit Esa.xiiij. Silis ero altissimo. Tertio ptȝ p exemplū pulueris. Virtutes em̄ sine hūilitate sunt sicut pulueres. sed cuȝ hūilitate sunt sic̄ firma terra ⁊ solida. Vñ Greg. Qui sine hūilitate ꝟtutes ↄgregat q̄si q̄ puluerē ↄtra ventū portat. Quarto meret͂ hūilitas grē ↄseruate glificationē. Et h ostendit Aug. p tria exēpla. Primo p exemplū turris dicēs. Cogitas magnā fabricā ↄstruere celsitudinis: de fundamēto cogita hūilitatis. Qui em̄ vult turrim cōstruere p quā ascendet ad celestē celsitudinē: ponat p fundamento hūilitatē. Istud fundamentū ponebat apl's dicēs.j. Cor.iij. Dei edificatio estis vt sapiēs architectus fundamētū posui. Scdo p exemplū arboris. Vñ dicit. Arborē attendite. figit radicē in hūili. vertice tendit ad celū. Si sine radice auras petit ruina est nō incrementū. Qui igit͂ facit sine figit radicem in hūilitate faciet fructuȝ altissimū in celesti hereditate. iiij. Reg. xix. Quicūq₃ relictus fuerit in domo iuda mittet radices suas deorsuȝ ⁊ faciet fructū sursū. Tertio p exēplū etatis. Vñ dicit ibidē Aug. Si magnus vis eē incipe a minimo. Hō em̄ pmo est puus: ⁊ postmodū p etatem crescit ⁊ fit magnus. Iō.j. Re.xv. dr. Nōne cū puus esses in oculis tuis caput in tribub⁹ fact⁹ es. Hoc saluator p exēplū ondit. Nā statuēs puulū dixit. Quicūq₃ hūiliauerit se sicut puulus iste. hic maior est in regno celoꝝ Math.xviij. Quia igit͂ btā virgo pfectā hūilitatē habuit. iō meruit fieri mater xpi. Dicit em̄ Berñ. q2 btā ꝟgo ⁊ si ex ꝟginitate placuit. tñ ex hūilitate ↄcepit. Quātūcūq₃ em̄ fuisset ꝟgo: si hūilis nō fuisset: deū ñ ↄcepissȝ. Vñ q2 ex hūilitate ↄcepit. iō hūilitas q̄dāmō dr mr xpi. B

Dixi secūdo q2 virgo gliosa reddit͂ cōmenda

bilis ex fide pfecta credulitatis. Qd testat Elizabeth dicēs. Beata q̄ credidisti. Circa h sciendū q sicut hūilitas meret btitudinē: vt ipsa dicit in Cant. Ecce eñ ex h beatā me dicēt oēs generatōes. Ita fides meret btitudinē. Juxta illud. Bti q̄ nō viderūt z crediderūt Joh. xx. Fuit aūt fides in vgine btā pfecta. pfectior. z pfectissima Perfecta qz fuit opibꝫ piūcta. Perfectior qz charitati annexa. Perfectissima qz fuit pseuerans z firma. Primo fuit ei⁹ fides pfecta. qz fuit opibꝫ piūcta. Opa eñ vtutū cardinaliū vt fortitudis. tpantie. prudentie. z iusticie. in ea pfecte fuerūt. Nā p fortitudinē restitit diabolo. p tpantiā carni z appetitui inordiato. Per prudētiā mūdo. Per iusticiā regulate vixit cū pximo. Jō z ista fides ē pfecta. Alioqn siue opibꝫ hꝫ ociositatē. Et ista ē fides malo𝔷 xpiano𝔷 Jaco. ij. Fides sine bonis opibꝫ mortua ē Secūdo adhuc habuit fidē pfectiorē. j. Co𝔷. xiij. Si habuero oēm fidē ita vt mōtes trāsferā. charitatē aūt nō habeā. nihil mihi pdest. Ista ē fides demonū q̄ sūt extra statū merendi: nec vlterius charitatē pñt hēre. De q̄𝔷 fide dr Jaco. ij. Tu credis qz vnus ē deus z bñ facis. z demones credūt z ptremiscūt. O q̄multi mlta mira d se iactāt clarissimā fidē se hēre asserentes. Sꝫ qz sine charitate dei z pximi. i. nō intendūt p h pximo𝔷 edificationē aut dei honorē. iō audiēt in iudicio. Discedite a me male. qz nūq̄ vos noui. Mat. xxv. Quid g dicūt q̄dā hesitātes de fide catholica z aplica: q̄ ē sb obedictia eccl'ie romane. Ecce heretici faciūt miracula Ecce subijciūt ipo𝔷 ditioni orbē terra𝔷. Ecce nullus pt eis resistere: si nō eēt eo𝔷 fides recta nūq̄ de⁹ eis adesset p suos xpianos vos. Nū qd nō defendit eos de manibꝫ eo𝔷 Quibꝫ ego rñdeo. q h de⁹ pmittit iusto z tñ occulto iudicio. Primo fm Amb. xxiij. q. v. Remittūt zc. ad puniendū pctā hoim fideliū Vñ dicit ibidē. Qz sicut duobꝫ modis remittunt pctā. s. p orōnē vel p pdicationē h est p vbū dei. z p pfessionē sacerdoti factā. Ita etiā duobꝫ modis puniunt. s. p iudices q̄ ptāte ad tps vtūt. Et p pplos alienos iussu dei excitatos. Sicut sepe legimus q ppt diuine maiestatis offensam subiectus ē pplus iudeo𝔷. Vñ dicit ibidē. q aliqñ pctā puniūt p nesciētes. sicut p sennacherib z p Antiochū z Titū z Uespasianū. z alios reges gentiliū p q̄s iudei erāt puniti. Et hij sunt q̄si instrm diuine iusticie ppt qd compāt serre vl' securi Esa. x. Que sunt instra insensibilia. q̄ glīari non pñt sicū eis manus artificis aliqd faciat. Sil'r est de hereticis. Nō eñ pñt glīari dicētes. Quia deus ē nobiscū. qz p nos talia facit. Aliqñ vo pctā punit p scientes. sic p iudeos puniuit amorreos: q̄𝔷 terrā iudei receperūt z possederūt ipis expulsis de spēali mādato dei. q̄ dictū ē abrae Geñ. xij. Semini tuo dabo terrā hanc. q. d. tibi nō dabo. sꝫ semini tuo. Cui⁹ rō sequit. Nōdum eñ sunt psūmata pctā amorreo𝔷. q̄ tūc intelligunt pmo fuisse psūmata cū isrl' exijt de egypto. Et q̄tiens h fit tūc est iustū bellū z noxius sanguis sine culpa effundit. Aliqñ vo excitant mali ad puniendū peccata malo𝔷. i. in signū eo𝔷 q̄ sūt futuri boni. vt tandem p bonos correctores ipsi q̄ꝫ puniant. Sicut in libro iudicū de Jabin rege chananeo𝔷. z de Madianitis legit Judicū. iij. Qz ppter ydolatriā ppli suscitauit eos dñs deus isrl' vt affligerēt z terrā eo𝔷 occuparent. Cū aūt pplus dei sub manibꝫ eo𝔷 diutius afflictus pctm suū recognosceret z p penitentiā sibi deū placaret Et ex pcepto dei Barach comitatus Delborā pphetissam vxorē Lapidoth. Jabin regē chananeo𝔷 z Zizarā ducē exercitus sui contriuit. Et gedeon zebee destruxit z Salmana. Unde z reges Madianitarū z Oreb z Zeb duces eo𝔷 morti tradidit. Itē pꝫ p historiā de Juda duce isrl' ptra tribū Beniamin Judicū. xx. Qui pstrati fuerūt pter eo𝔷 pctā. qz voluerunt vlcisci pctm adulterij leuite eo𝔷 in Gabaa factū existētes ipi pctōres. tertio tñ postq̄ egerūt pniam deus dedit eis victoriā. Et ex h dicit Greg. Qz q̄ vult aliū corrigere pus debet ipse pctō carere. Ex his igit patꝫ si nō essent pctā in xpianis heretici nō preualerent eis. Unde Achior loquens ad Holofernē Judit. vj. dixit. Nūc g mi dñe pquire si est aliqua iniq̄tas eo𝔷 in pspectu dei eo𝔷 ascēdamus ad illos. qm̄ tradens tradet illos tibi deus eo𝔷. Si autem nō est offensio populi huius coram dño deo suo nō poterim⁹ resistere illis. Hec ibi. Hinc

dicit Leuit. xxvij. Si in pceptis meis am-
bulaueritis psequmini inimicos vr̃os ꝛ cor-
ruēt corā vob. Si g̃ volūt catholici poti-
ri victoria ꝯ hereticis hēant secū deū. exēplo
Abrae. Dauid. Josue. ꝛ alioꝝ. Tertio fi-
des marie fuit pfectissima. Primo qꝛ pse-
uerans ꝛ firma ꝯtra fidē dubitantiū p pu
sillanimitatē. quibꝫ dꝛ. Modice fidei q̄re
dubitasti. Math. xiiij. ꝛ Luc. viij. Ad tps
credūt. sꝫ in tpe tētationis recedūt. Non
sic Maria q̄ tpe passiōis xpi oībꝫ dubitā-
tibꝫ ꝛ fugiētibꝫ firma pmāsit in fide. Jō ꝯ
ea pt dici illud Mat. xv. O mlier magna
ē fides tua. pꝫ qꝺ btā es q̄ credidisti. ℂ

Dixi tertio Quod vgo gl'iosa red
dit̃ cōmendabilis
ex vtute materne fecūditatis. vñ ei dꝛ. Vñ
mihi h vt veniat mr̃ dñi mei ad me. Cir-
ca qꝺ sciendū ꝙ vgo gl'iosa est mr̃ xpi p
naturā. ꝛ oīm fideliū p grām ꝛ misericor-
diā. Et ex hoc est sūme benedicta int̃ mu-
lieres. qꝛ nulli mulieri est h collatuꝫ vt sit
mater dei p naturā. ꝛ mater totius generis
hūani p grām. Licꝫ em̃ Eua fuit mr̃ gene
ris hūani. nō tñ p grām. sꝫ p naturā ꝛ cul
pam. Et ideo fuit mr̃ maledicta nō bñdi-
cta. Tria igit̃ sunt ꝯsideranda. Prīo quō
vgo gl'iosa fuit mr̃ xpi. Scđo quō mr̃ no
stra. Tertio quō bñdicta inter mulieres.
De pmo sciendū ꝙ vgo gl'iosa fuit va mr̃
ꝛ studiosa mr̃ ꝛ pia mr̃. Vera mr̃ fuit: q̄a
materiā carnis sibi dedit. ꝛ ꝯuenientē lo-
cū in vtero tribuit. Sic ipa de se ait. Qui
creauit me reqeuit in tabnaculo meo Eccī
xxiiij. Et cū hoc ei ꝯueniēs nutrimētū ex-
hibuit. Jsta em̃ faciūt eā verā matrē. Vñ
in psona xpi dꝛ Sap. vij. Jn ventre mr̃is
figuratus sum caro. Scđo fuit mater so-
licita circa xpm. ipm educando. ipsuꝫ ab
inimicis ꝯseruando. ipm in tēplū ducēdo
ꝛ circa ipm oīa opa misericordie exercen-
do. Nā ipm nouē mensibꝫ hospitauit. car
ne vestiuit. in cruce positū visitauit. ꝛ ad
sepulchꝝ deduxit ꝛc̄. Tertio fuit pia mat̃
erga eū. qꝛ nūq̄ȝ aliq̄ duro vbo eū corripu
it. sꝫ pie hortabat̃ Joh. ij. Fili vinū nō ha
bent. Et Lu. ij. Fili q̄d fecisti nob sic. Nec
mirū ꝙ tā pia fuit: qꝛ in ea fons pietatis no
uē mēsibꝫ hospitauit. De scđo quō ipa sit
mr̃ nr̃a. mr̃ mie ꝛ grē. Sciēdū ꝙ maria ē
gratiosa pctōribꝫ. Primo qꝛ est mediatrix

inter deū ꝛ hoīem. sicut aurora inter diē ꝛ
noctē. Ps. Facta est nox. in ipa ptrāsibūt
oms bestie silue. Qñ em̃ pctōr est in tene-
bris peccatoꝝ. tūc bestie infernales ptran
seūt cor suū ꝛ pascūt̃ oblectamētis vicioꝝ.
sed cū apparet aurora. i. gratiosa mr̃ Ma
ria. tūc fugiūt ad latibula infernalia ꝛ ab
scondunt̃. Vñ sequit̃. Ortus ē sol ꝛ ꝯgre
gati sunt ꝛ in cubilibꝫ suis collocabūt̃. Et
tūc pmo hō exibit ad opationē suā: qꝛ tūc
hō abilis fit ad bñ opandū qñ ad inuoca
tionē marie demones recedūt. Scđo est
mr̃ gratiosa. qꝛ est semp auxiliari pata ꝛ p
pinqua. Vñ compat̃ lune q̄ sic̄ ceteris stel
lis est terre vicinior. sic maria ceteris san-
ctis est ppinq̄or. Et sicut luna hꝫ efficaciā
sup̄ mare. sic maria sup̄ amaricatos pctō
res q̄s dulciter ꝯsolat̃. Vñ ipa dic̄ Ecci.
xxiiij. Trāsite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me ꝛ
a generatiōibꝫ meis implemini. Et seq̄t.
Spūs meus sup mel dulcis. q̄ scꝫ amaritu
dinē vestrā dulcorabo. Tertio est mr̃ gra
tiosa qꝛ est adiutrix cōissima sicut sol oībꝫ
lucet Math. v. Et sicut sol hꝫ tres plane
tas sup̄ se ꝛ tres infra se. ꝛ ipe ē in medio.
Sic maria hꝫ tres psonas diuinas sup̄ se
ꝛ tres status saluādoꝝ infra. scꝫ vginū. cō
tinentiū. ꝛ ꝯiugatoꝝ. Quarto ē mr̃ gratio
sa. qꝛ est ptectrix ordinatissima. Vnꝺ dꝛ.
Terribil' vt castroꝝ acies ordinata. Et ve
terribilis demonibꝫ q̄si hostibꝫ. Vñ demo
nes timent nomē suū vl' salutationē eiꝰ si
cut baculū vel vgā verberantē. eo ꝙ ipa ē
vga ex isrl' orta. Nūeri. xxiiij. Siue g̃ gra
uemur a diabolo. sicut Theophilus. siue
a carne. vt maria egyptiaca. q̄ appellauit
ad miam dei p clementiā marie Et Aug.
dicit. Peccator iusticia dei sniatus appel-
let ad miam marie ꝛ ꝯsequit̃ miam. Licꝫ
aūt oēs sancti sint misericordes sic̄ pr̃ eoꝝ
misericors ē Luc. vj. Tñ marie mia ē ma-
ior. Est em̃ mia eius excedēs. ꝯgrua. ꝛ po
tens. Excedēs in h. qꝛ nō est respectu vni
us certe psone aut patrie aut regni: sed oī
bus diffundit̃. Et in h excedit sctōs alios
q̄bꝫ in certis casibꝫ est ꝯcessum auxiliū mi
sericordie sue īpendere. Vt sctō Nicolao
in piculis aquaꝝ. Sancto Anthonio in
piculo ignis. ꝛ sic de alijs. Sed ista in oī
bus. Vnde clamamus ad eā. Jn omi tri-
bulatione ꝛ angustia nr̃a. succurre nobis

piissima virgo maria. Est etiã ei⁹ mia congrua: qr tũc cũ est magis necessaria adest. Juxta illud Ecci. xxxv. Speciosa mia in tpe tribulatiõis. Unde cõpaȓ lune plene. q̃ lucet p totã nocte tribulatiõis nõ tm̃ in pncipio. aut in medio. aut in fine. Sunt eñ aliq̃ scti q̃ iuuant tribulatos nõ in pncipio. s; aliq̃n pmittũt eos tribulari in pncipio ꝛ in medio. s; tñ iuuant in fine. Sic legiȓ de btõ Hiero. q̃ in fine tribulatiõis Siluanũ epm in nazareth adiuuit cũ decapitari debuit. Sed virgo gl'iosa est sicut luna plena. q̃ lucet in pncipio tribulatõis dando ꝯstantiã. in medio dando pseuerãtiã. in fine dando coronã. Nec mirũ ꝙ sic tribulatos adiuuat cũ ipa etiã fuit tribulata tripl'r. Pˀio fugiẽdo in egyptũ. Secũdo pdendo filiũ in festo. Tertio vidẽdo filiũ crucifixũ in patibulo crucis. Est etiã eius mia patens. eo ꝙ oib; pt;. Nã q̃dam scti claudũt suas misericordias indignis sed ista offert indignis. ꝛ de indignis dignos facit. Unñ ꝯpat se oliue nõ clause in orto: s; aperte in campo. Ecci. xxiiij. Ego q̃si oliua speciosa in campis. ad quã q̃libet sc; põt accedere. Et Canticoꝝ vocat se florem cãpi ꝛ liliũ ꝯualliũ. i. depressoꝝ. vñ ipa dat facil'r. qr apertã manũ sp tenet largiter. qr q̃tũcũq; q̃s põt optare. plenã manũ porrigit. qr gr̃a plena. Et vniuersa liter dat. qr oib; idifferneȓ. Uñ nõ est q̃ se abscondat a calore ei⁹. De q̃ dicit Ber. De plenitudie ei⁹ accipiũt vniuersi. Eger curationẽ. Tristis ꝯsolationẽ. Pctõr veniã. Justus gr̃am. Angelus leticiam. Filius hũanitatẽ. et tota trinitas gl'iaz. Propter igiȓ tã excellentes pˀogatiuas hũilitatis credulitatis fecũditatis virgo gl'iosa dr inter mulieres benedicta. D Pro q̃ sciendũ ꝙ virgo gl'iosa fuit benedicta a trib;. Primo ab angelo salutante. Luce. j. Scdo ab Elizabeth exclamante ꝛ ꝓphetante. vt hic. Tertio a deo ipam ꝯfirmãte verificauit eccl'iaz. Bñdicta tu filia a dño xiij. Benedicta es tu filia a dño deo excelso p̃ oĩb; mulierib; sup terrã. Et in hac triplici differentia designat ꝙ oĩs natura intellectualis: siue hõ: siue angelus: siue deus. in laude vginis delectaȓ: ꝛ q̃dãmõ benediciȓ. Prima benedictio fuit ad manifestandũ ipsius excellentiã quã habuit in corpore. Secũda ad eã quã habuit in mente. Tertia ad eã quã habuit in vtroq; Uñ Elizabet est substantia corporea. Angelus substantia incorporea: ꝛ deus vtriusq; ꝯditor. Habuit igiȓ in natura corporea q̃druplicẽ benedictõis excellentiã sup oĩs mulieres. Oĩs eñ mulier concipit corrupta. lactat ꝯtaminata. parit anxiata moriȓ postmodũ incinerata. Ista est maledictio data Eue Geñ. iij. Et multiplicabo erũnas tuas. Ecõtra virgo gl'iosa concepit sine corruptiõe. lactauit sine ꝯtamiatione. peperit sine lesione. obijt sine incineratione. De ꝯceptione dr Geñ. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. cui benedixit dñs. Sicut eñ odor ab odorifero ꝓcedit sine corruptione. sic filius dei õ virgine sine ventrꝭ marie corruptõe. Uñ ipe dicit Ecci. xxiiij. Ego q̃si vitis fructificaui suauitatẽ odoris. Scdo fuit benedicta in aĩa quadruplici benedictiõe sup oẽs mulieres. Mulier eñ est seducibilis ad credendũ. leuis ad loquẽdũ. facilis ad irascendũ. ꝛ grauis ad indulgendũ. ꝛ debilis ad patiendũ. De seductiõe pt; Geñ. iij. vbi Eua dixit. Serpens decepit me. De leuitate in locutiõe dicit aplus. Mulierem in ecclesia loqui nõ pmitto. sc; ꝓp leuitatẽ. De facilitate ire Ecci. xxv. Non est ira sup irã mulieris. De debilitate patientie dr Prouerb. vlt. Mulierẽ fortẽ q̃s inueniet. Sed ecõtra virgo gl'iosa se habuit. Fuit eñ pnuncia fidei nostre in preclara cognitione. Magnã certe fidem habuit cũ se credidit habiturã plem ꝛ nõ pditurã pudorẽ. Cog'scebat se vginẽ hũilẽ. ꝛ tñ credebat se ad tã incõprehẽsibile mysteriũ electam. Et qr a virgine pcessit auctor fidei ꝛ totius generis hũani. Ideo tã beata dr ꝙ deus benedictionẽ oĩm gentiũ dedit illi Ecci. xliiij. Contra secundũ fuit magistra eccl'ie. in verbi xp̃i ꝯseruatione. Luce. ij. Maria cõseruabat omnia verba hec. que apostolis postea reuelauit. Contra tertiũ fuit regina misericordie in defectuum nostroꝝ compassione ꝛ in tristicia. ita vt de ea dicaȓ illud. j. Regũ. xxv. Benedictus deus israel qui misit te in occursum meũ. ꝛ benedictũ eloquiũ tuũ. ꝛ benedicta tu q̃ ꝓhibuisti me ne irem ad sanguinẽ. Sunt vba dei pr̃is ad virginem spõsa

